




3
1
7
236
















A
XIII
BRIET.
3

I

V



Sur
b

PARALLELA
GEOGRAPHICA
ITALIÆ
VETERIS ET NOVÆ.

APPENDIX AD TOMVM II.

Auctore PHILIPPO BRIETIO *Abbauillæo, Societatis* IESV *Sacerdote.*



PARISIIS,
Sumptibus SEBASTIANI CRAMOISY, Regis & Reginæ Regentis Architypographi: ET GABRIELIS CRAMOISY. viâ Iacobæâ, sub Ciconiis.

M. DC. XLIX.
CVM PRIVILEGIO REGIS.

ORBIS AN

AFRICA

PARAL

GEOGRA

VETE

ET

NOV

Autho

PHILI

BRIET


Societatis

Sacerdo

Gab. le Dame

PA


ORBIS ANTIQVVS
ASIA
AFRICA
FACIT GEMINO
COMMERCIA
MVNDO.
PARALLELA
GEOGRAPHIÆ
VETERIS
ET
NOVÆ.
Authore
PHILIPPO
BRIETIO
Societatis IESV
Sacerdote.
ORBIS DELINEATIO
Gab. la Dame in. et fe.
PARISIIS Apud SEB. et GAB. CRAMOISY. via Iacobea 1649.





ILLVSTRISSIMO DOMINO D.

HONORATO
DE CHAVLNES
DVCI

AC PARI FRANCIÆ,
PRIMO REGNI MARESCHALLO,
ET ALVERNIÆ PROREGI.

QVANDOQVIDEM *Italia propter operis amplitudinem, de se corpus, & volumen exigit, interpellabit illa te quoque suo nomine,* VIR ILLVSTRISSIME, *rogabitque ne sibi præsidium deneges & opem, quæ sola est ausa procedere, atque inco-*

mitata. Vidit illa te quondam cum lectissimis Picardiæ copiis Ludouico Iusto egregiam nauantem operam, & mirari satis non potuit Regis optimi in seligendis deliciis suis sagacitatem, qui te amore suo atque beneuolentiâ diuitem effecerat, vt ipse potentior esset, tibi commiserat opes, vt iisdem difficillimis regni temporibus vteretur. Quid hîc præterea commemorem Melitensibus rebus, exhibitum bis è domo tuâ præsidium; & quoniam quem addixeras huic tutelæ iunior Filius, spem tantùm huius Insulæ, atque Religionis alere videbatur, qui hunc ætate præcedebat, præsentem obtulit fructum, & se Christi militem professus est, cùm iam ei infulas, & præcipuas dignitates suas Ecclesia pollicebatur. Non negabis itaque toti Italiæ præsidium, qui iam minimæ eius parti

bis per duos liberos tuos auxilium obtulisti. Neque enim tota hæc Italia nostra minùs obtrectatorum linguas timet, quàm Melita pars eius, Ottomanici gladij furores; præstabis vtramque tutam & filij fortitudine, & authoritate tuâ, huius tibi gratias referet Religio Christiana, illius tibi grates habebit immortales

Deditissimus tibi PHILIPPVS BRIETIVS
Societatis IESV.



OECONOMIA
LIBRI QVINTI ET SEXTI, SEV ITALIÆ VETERIS ET NOVÆ.

LIBER QVINTVS.

De Italiâ Antiquâ.

NVM. 7.

LIBRI QVINTI ET SEXTI.

LIBER SEXTVS.

De Italiâ secundum recentiores.

VIII

LIBRI QVINTI ET SEXTI.

TABVLÆ GEOGRAPHICÆ ITALIÆ VETERIS ET NOVÆ DESCRIPTIONEM ILLVSTRANTES.

TABVLÆ ANTIQVÆ.

TABVLÆ RECENTES.





PARALLELA GEOGRAPHIÆ VETERIS ET NOVÆ.

LIBER QVINTVS.

De Italia Antiqua.

DEVENIMVS tandem ad Regionem omnium εὐδαιμονεστάτην, vt eam appellauit Dio oratione de Troiâ: *Pulcherrimam omnium quacumque cæli conuexitas vergit*, vt Plinius lib. 37. cap. 13. cuius laudes omnes hoc elogio complexus videtur, cùm de eâ lib. 3. cap. 5. ſic locutus eſt. *Terra omnium terrarum alumna, eadem & parens, numine Deûm electa, quæ cælum ipſum clarius faceret, ſparſa congregaret imperia, ritúſque molliret, & tot populorum diſcordes feráſque linguas ſermonis commercio traheret ad colloquia, & humanitatem homini daret, breuitérque vna cunctarum gentium in toto orbe patria fieret:* lege & caput vltimum Hiſtoriæ naturalis, cuius iam partem libauimus.

CAPVT PRIMVM.

De Italia in genere.

§. 1. *Italiæ nomina.*

VARIA huius Regionis nomina, apud Antiquos ſcriptores leguntur, quorum inuſitatiſſima, & rariſſima ſunt *Argeſſa*, & *Camaſene*, de quibus lege Cluuerium: quæ ſequuntur illuſtriſſima ſunt, & à pluribus vſurpata.

SATVRNIA à *Saturno*, cuius vocis meminere Dionyſ. Halic. lib 1. Iuſtinus lib.43. Macrobius 1. Saturn. cap 7.

HESPERIA à Græcis nominata eſt, vel quòd in Occidentem procurrat, vel ab Heſpero ſtellâ, vel ab Heſpero fratre Atlantis qui pulſus à germano Italiam tenuit, inquit Seruius. Dicitur autem vel antonomaſticωs *Heſperia*, vel *Magna*, cùm Hiſpania dicatur *Heſperia Vltima*, ſic Seruius & Iſidorus; *Magna* autem vocata eſt ob res magnas in eâ geſtas vt omnes fatentur.

LATIVM quoque dicta eſt Italia tota, quòd in eâ Saturnus Iouis iram fugiens latuiſſet.

TYRRHENIA, vt vult Tzetzes in Lycophronem, & Dionyſ. Halicar. lib.1. vnde factum vt Roma à quibuſdam vrbs Tyrrhenica diceretur.

MAGNA GRÆCIA, vt tradit Iſidorus lib. 14. Orig. cap. 4. *Italia olim à Græcis populis occupata Magna Græcia dicta eſt.*

AVSONIA, vt fabulantur Poëtæ ab Auſone Vlyſſis, & Calypſus filio, vel vt loquitur Hiſtoria, ab Auſonibus populis indigenis, & perantiquis. Verè autem dicebatur Auſonia à Circeio Pro. ad Fretum Siculum, vt poſtea docebimus.

OENOTRIA, vel ab Oenotro Rege, vel ἀπὸ τοῦ οἴνου à vino optimo, vt Seruius: meliùs ab Oenotris populis nomen accepit, qui cum Peucetiis ducibus Oenotro, & Peucetio Lycaonis filiis ex Arcadiâ in extremam Italiæ partem venerunt, vnde Auſonas expulerunt, vt poſtea dicemus: noménque inditum minimæ parti in vniuerſam Italiam propagatum eſt.

CHONE, vt ſcribit Heſychius ex Antiocho Xenophanis filio lib. 1. de Italiâ, à *Cone* Regiunculâ inter Sybarim & Crotonem.

Italia denique communiter vocata est, vel ab Italo quodam, vel à Bobus quos Græci Ιτάλους dicunt, ita Varro. Quis autem fuerit ille Italus discussum reperies apud Cluuerium sub initium suæ Italiæ.

§. 2. *Quantitas Italiæ antiquæ.*

TERMINI ITALIÆ.
- *Termini antiquissimi* Italiæ fuerunt Æsis Fl. *Iesi*, & Arnus *Arno*, postea deuictis Senonibus Rubico *Fiumecino*, quibusdam *Pisatello*.
- *Noui* autem termini Antiquæ Italiæ fuerunt ab Occidente Varus Fl. vel vt aiunt Polybius & Strabo, Alpium radices; ab Oriente Arsia, Fl. *Arsa*, vel vt alij volunt vrbs Pola, *Pola*.

LONGITVDO ITALIÆ.
- *Plinio* lib. 3. cap. 5. ab Alpino iugo, seu Augustâ Prætoriâ per vrbem Capuam cursu meante Rhegium; *decies centena & 20. millia passuum*: idem censent Solinus, & Martianus Capella.
- *Straboni* lib. 4. *decies centenum millium.*
- *Rutilio* lib. 2. Itinerarij: *Millia per longum decies centena feruntur.*

LATITVDO ITALIÆ.
- **MAXIMA.**
  - Plinius lib. 3. cap. 18. à Varo Fl. per Vada Sabbatia Taurinos, Comum, Veronam, Vicentiam, Opitergium, Aquileiam, Tergeste, Polam, ad Arsiam Fl. ıɔccııı millia passuum colligit; Cluuerius emendat ıɔccx m. p.
  - Idem Plinius lib. 3. c. 10. & Solinus maximam eius latitudinem, seu vt plurimùm esse cccx. vbi fortè error pro ıɔcccx.
- **MEDIOCRIS.**
  - Plinio lib. 3. c. 10. *vbi minimum*, ait, cxxxvi. Mil. Pas. Idem sentit & Solinus.
  - Rutilio 2. Itinerarij vbi tamen angustissima dicitur — *Angustissima tellus, Triginta & centum millia sola patet.*
- **MINIMA.**
  - Plinio lib. 3. cap. 10. ad portum quem Annibalis vocant, 40. mil. pass. vbi error irrepsit pro 20.
  - Martianus Capella 20. Mil. Pas.

FIGVRA ITALIÆ.	*Trigona* Polybio lib. 3. quem refutat Strabo lib. 5. sub initium.
	Querneo folio similis; *Plinio* lib. 3. cap. 5. *Solino* cap. 8. *Martiano Capellæ* lib. 6. *Rutilio* Itinerarij libro secundo.
AMBITVS ITALIÆ.	Propositus à Plinio, Solino & Martiano Capella stare non potest, idcirco eum appellare prætermitto vt ineptissimum, & à vero longiùs abhorrentem.
MEDIVM ITALIÆ.	Plinius lib. 3. cap. 12. ex Marco Varrone, Solinus, & Capella, in Agro Reatino locant ad Cutiliæ lacum quem Italiæ vmbilicum vocant: *Pozo Ratignono*.

§. 3. *Qualitas Italiæ Antiquæ.*

FERTILIS. Dionys. Halicarnasseus lib. 1. eam fertilitate anteponit Babyloniæ, Ægypto, & omnibus terris. Ælianus lib. 9. Var. cap. 16. agnoscit in eâ ἀρετὴν πάμφορον καὶ εὔβοτον. Marcus Varro de re Rustica lib. 1. cap. 2. post multas & eximias laudes, ait in eâ vnum iugerum dare denos & quinos culleos vini. Plinius omnia his verbis videtur complexus esse lib. 37. cap. 13. *Quidquid est quo vita carere non debeat nusquam est præstantius, fruges, vinum, olea, vellera, &c.* Strabo denique libro 6. χρηστοκαρπίαν *frugum præstantiam* in eâ laudat.

RIGVA. Vocat eam Ælian. Var. lib. 9. cap. 16. εὔυδρον, & Strabo lib. 6. laudat ibidem, τὸ μέγεθος καὶ πλῆθος τῶν ποταμῶν καὶ λιμνῶν, *amplitudinem & multitudinem fluuiorum*; lege Plinium lib. 3. cap. 5.

PORTVOSA. *Ælian.* lib. 9. cap. 16. θάλασσα ἀγαθὴ παράκειται αὐτῇ, ὅρμοις πανταχόθεν διειλημμένη καὶ καταγωγαῖς ἀφθόνοις, καὶ κατάρσεσιν. *Solinus* cap. 8. agnoscit Italiæ littora portuosa, oráſque patentibus gremiis commercio orbis accommodatas. *Plinius* lib. 3. cap. 5. nominat eam gremium terrarum patens vndique, & ad iuuandos mortales auidè in maria procurrentem Italiam. *Strabo* tamen lib. 6. in eâ agnoscit ἀλίμενον κατὰ τὸ πλεῖστον, & habere λιμένας μεγάλους καὶ θαυμασίους, & vtrumque vtilissimum esse docet.

POPVLOSA. *Ælianus* lib. 9. Variarum cap. 16. ait antiquitus in

Italiâ numeratas esse vrbes septem & nonaginta supra mille. Idem asserit multos in eam commigrasse illectos suauitate morum eius incolarum. *Solinus* cap. 8. Colonias in eâ frequentes laudat. Sed illustris est *Plinij* locus lib. 3. cap. 20. *Hæc est quæ L. Æmilio Paulo, & C. Attilio Regulo Coss. nunciato tumultu Gallico, sola sine externis auxiliis, etiam tunc sine transpadanis, equitum octoginta millia, peditum septingenta millia armauit.*

DIVES. *Plinius* lib. 3. cap. 2. *Metallorum omnium fertilitate nullis terris cedit, sed interdictum est veteri Senatusconsulto Patrum, Italiæ parcentium;* quæ & ferè repetit lib. 33. cap. 4. Item etiam *Strabo* lib. 6. laudat in Italiâ τῶν μετάλλων εὐπορίας παντοδαπῶν.

§. 4. *Linguæ Antiquæ Italiæ.*

VMBRICÆ meminit Pompeius Festus, dum ait Plautum Vmbricè vocare *Strebula* coxendices victimarum.

TVSCÆ linguæ vocabula sunt *Æsar* Deus Suetonio: *Subulo* Tibicen: *Cupra* Græcis αἶξ: *Verse* ignis: *Arse* auerte: *Cupra* Iuno: Liuius lib. 10. disertè docet non fuisse Romanam.

VOLSCORVM: *Sublices* asseres vnde pons sublicius: & apud Festum, *Obscè & Volscè fabulantur nam Latinè nesciunt.*

OPICORVM, seu OSCORVM & SABINORVM, eandem fuisse linguam satis benè demonstrat Cluuerius, & Oscè locutos esse quorum magistratus Capuæ Mediastuticus dicebatur, quæ vox Osca est: innuit quoque Liuius lib. 10. Samnites Oscâ linguâ vsos esse. Marsi quoque fortè Oscorum idiomate loquebantur: siquidem vox *Herna* mons, quæ apud Seruium vox Sabina est, apud Festum dicitur Marsa. Nihilominus sequentes voces perhibentur

OPICORVM, seu OSCORVM fuisse: *Daliuum*, insania; *Famel*, Seruus; *Mæsius*, Maius; *Mamers* Mars; *Mediastuticus*, Magistratus: *Pettora* quatuor, vnde currus 4. rotarum *Petoritum*; *Sollum* totum seu solidum.

SABINORVM autem; *Ciprum* bonum; *Creperum* dubium, vnde crepusculum; *Februum* purgamentum; *Cuba* lectica, vnde cubiculum; *Curis*, hasta; *Nar* sulphur; *Herna* saxa, vnde Hernici; *Nero* fortis & strenuus: *Cascus* vetus.

§. 5. *Politia antiquæ Italiæ.*

ITALICORVM populorum alij fuere αὐτόχθονες, & indigenæ; alij exteri, qui bonitate terræ illecti in Italiam irrupere. Vmbri antiquissimi dicebantur Italiæ populi, sic Florus lib. 1 cap. 13. sic Plinius lib. 3. cap. 14. vbi & notat quasi *Ombrios* dictos esse secundùm quorumdam opinionem, quòd *inundatione terrarum ex imbribus superfuissent.* Indigenæ quoque fuerunt *Siculi*, quos Oenotrij qui se dixere Aborigines, expulerunt ex agris Sabino, & Latino, & iterum ex inferiori Italiæ parte Ausones, seu Sabini, túmque in Siciliam immigrarunt quam de suo dixere nomine. *Euganei* quoque verè Itali fuerunt, sed eorum agri pars occupata est à Venetis, alia à Carnis. Reliqui dicti sunt *Opici*, *Osci*, *Ausones*, & *Sabini* qui se præ cæteris Italiæ αὐτόχθονας, dixere, vt ait Strabo libro 5. & eorum proles fuere populi qui partem Meridionalem Italiæ penè totam obtinuerunt.

Exteri autem, vel Asiatici fuere, vel Arcades, vel Celtæ. ex Asiâ profecti sunt *Etrusci* nempe ex Lydiâ, vt aiunt omnes antiqui, vno reclamante Dionysio Halicar. vt postea dicemus. Ex Troade, & Paphlagoniâ *Veneti* Duce Antenore, ex Græciâ, seu Arcadiâ *Pelasgi*, *Oenotrij*, *Iapyges*, seu *Peucetij*, aut *Apuli*. *Rhæti* pars Etruscorum fuere, qui expulsi ex agris suis ad Alpes profecti sunt. *Oenotrij* qui se postea *Aborigines* dixere genuere *Latinos*, & eorum pars *Rutuli*; *Volsci* quoque fortè Oenotriorum proles fuerunt, aut veriùs eorum origo nescitur, sed hæc fusiùs postea, in singulis illis populis, quorum tibi obiicimus sequens stemma, quod tibi non inutile videbitur ad intelligendos veteres historicos.

STEMMA POPVLORVM ITALICORVM.

- **EXTERI POPVLI ITALICI**
  - **ASIATICI.**
    - Ex Troade & Paphlagoniâ → Veneti Duce Antenore.
    - Ex Lydia → Etrvsci
      - Etrusci propriè dicti inter Tiberim & Arnum.
      - Rhæti versùs Alpes.
  - **GRÆCI seu ARCADES**
    - Oenotrii, qui postea se dixere Aborigines
      - Latini, quorum pars Rutuli,
      - Volsci fortè; nam eorum genus ignoratur.
    - Pevcetii, Græcis Iapyges Latinis Apvli
      - Daunij.
      - Peucetij.
      - Messapij.
    - Pelasgi qui se Oenotriis & Sabinis iunxere.
  - **CELTÆ, seu generis CELTICI**
    - Ligvres gens Celtica vsque ad Rhodanum fusa.
    - Carni gens quoque Celtica, Euganeorum domitrix.
    - Galli seu Galatæ
      - Transpadani
        - Libici. Insubres.
        - Læui. Orobij.
        - Cænomani.
      - Cispadani
        - Amanes. Boij.
        - Lingones. Senones.
- **INDI-** [text ends here on the page]
  - Vmbri antiquissimi Italiæ populi.
  - Sicvli eiecti in Siciliam ab Ausonibus.
  - Evganei præda Venetorum, & Carnorum.

- GENÆ POPVLI ITALICI seu αὐτόχθονες
  - OPICI seu OSCI, dicti & AVSONES eorum pars
    - SABINI qui se αὐτόχθονας dicunt:
      - Picentes quorum pars Picentini, à supero mari ad inferum traducti.
      - Frentani.
      - Marrucini.
      - Peligni.
      - Vestini.
      - Marsi.
      - Æqui, seu Æquicolæ.
      - Hernici.
    - eorum PROLES
      - SAMNITES vnde nati.
        - Hirpini.
        - LVCANI vnde nati
          - Brutij.
        - Campani.

§. 6. *De Apennino monte vniuersam Italiam decurrente.*

NOMEN Apennini, cur sit huic monti inditum nemo sapienter dicere potest. Nam dubio procul nugantur Seruius, Isidorus, & Paulus Diaconus qui eum à Pœnis dictum volunt. Totam Italiam percurrit, sectúsque in duo cornua, altero Siculum altero Ionium spectat; procurrens autem ad Iapygium Promontorium *Vultur* appellatur ab indigenis, vt vult Strabo.

ALTITVDO Apennini par Alpinæ dicitur apud Silium Italicum lib. 2.

Alpibus æquatum tollens caput Apenninus.

Sed Lucanus hyperbolicωs eum etiam supra Alpes euehere videtur lib. 2. Pharsalidos.

—quâ collibus Apenninus
Erigit Italiam, nullo quà vertice tellus
Altiùs intumuit, propiúsque accessit Olympo.

LONGITVDO eius pendet ex principio & fine: de *fine* nulla difficultas, certum est enim in Leucopetram, seu Brutium Promontorium desinere vulgò *punta delle Saëtta*: de INITIO reperio quinque discrepantes sententias.

Prima

Prima opinio est Appiani in Annibalicis, qui eum statim ab Alpibus exoriri putat, ideóque totam Italiam decurrere. Idem dicere videtur Polybius lib. 2. qui Apennini cum Alpibus connexionem supra Massiliam (hoc est in parte agri Massiliensis) agnoscit; & Padum oriri ex Vertice, Alpes & Apenninum connectente.

Secunda opinio, hoc initium statuit ad Vada Sabbatia, sic Decimus Brutus apud Tullium lib. 12. Famil. *Ad Vada peruenit, qui locus iacet inter Apenninum, & Alpes.*

Tertia est Strabonis libro 4. qui ab vrbe *Genua* inchoat Apenninum: errauit tamen eodem in loco, cùm Alpes terminat ad Vada Sabbatia: quis enim vnquam hiatum inter illos duos montes agnouit?

Quarta opinio est Titi Liuij lib. 21. qui connexionem Alpium, & Apennini locat ad fontes Fl. Trebiæ, hodie etiam *Trebbia*.

Quinta opinio est scriptorum medij æui, qui Alpes ad Tusciam, & Æmiliæ finem promouerunt: sic Agathias lib. 1. Montes inter Tusciam, & Æmiliam Alpes vocat; & Lucanus lib. 2. ait Rubiconem intumuisse *Alpinis niuibus*. Agathiæ adstipulantur Seruius & Isidorus: quorum opinionem firmare videtur quòd in præsentiâ inter Florentiam, & Cæsenam stet oppidulum dictum *Castellum dell' Alpi*. Cluuerius putat Apennini hanc partem à Gallis Alpes vocatam esse, quoniam hi linguâ patriâ omnes editos montes, Alpes vocant.

ANTIQVA ITALIÆ DIVISIO GENERALIS.

ITALIÆ PARS SEPTENTRIONALIS.
- GALLIA CISALPINA
  - Tranſpadana: *Mediolanum.*
  - Ciſpadana: *Bononia.*
  - Liguria: *Genua.*
  - Venetia: *Patauium.*
  - Pars Rhætiæ: *Tridentum.*
- TVSCIA. In qua 12. populi ex 12. vrbibus dicti.
- VMBRIA: *Spoletium. Ariminum.*
- SABINIA: *Cures. Reate.*
- LATIVM: *Roma Gentium Domina.*

ITALIÆ PARS MERIDIONALIS.
- SAMNIVM: Vbi Piceni, Samnites, Marſi, Peligni, &c.
- CAMPANIA: *Capua.*
- MAGNA GRÆCIA.
  - APVLIA
    - APVLIA
      - Daunia: *Sipontum.*
      - Peucetia: *Canuſium.*
    - MESSAPIA
      - Calabri: *Brunduſium.*
      - Salentini: *Tarentum.*
  - OENOTRIA.
    - Lucani: *Pæſtum. Sybaris.*
    - Brutij: *Rhegium. Hipponium.*

INSVLÆ AD ITALIAM
- MAIORES
  - SICILIA: *Syracuſæ. Meſſana.*
  - CORSICA. *Aleria: Mariana.*
  - SARDINIA: *Calaris.*
- MINORES PRÆCIPVÆ
  - Ilua.
  - Pontia.
  - Ænaria.
  - Capreæ.
  - Diomedeæ.
  - Æoliæ.
  - Ægades.
  - Melita.


ITALIÆ
ANTIQVÆ PARS
MERIDIONALIS.
SINVS
ADRIATICUS
SEU
MARE
SUPERUM
IONIUM
MARE
MARE
SEU TUSCUM INFERUM
PARS ILLYRICI DALMATIÆ
MACEDONIÆ PARS
TUS CIA
LA TIUM
ROMA
PICE NUM
INS. DIOMEDEÆ
Dyrrachium
Rhizonicus sinus
Ænaria
Capreæ
Strongile I.
Hicesia I.
Phœnicusa
Ustica
Ericusa I.
Hiera I.
Lipara I.
ÆOLIÆ INS.
SICILIÆ
Messana
Panormus
Ætna
Portus Herculis
LOCRI
Lacinium pro.
Iapygum pro.
Zephyrium pro.
Herculis pro.
Cocintum pro.
Locri
Croto
Crimisa pro.
Neæthus fl.
M. Clibanus
Cosentia
Sibaris
Lau
Cerilli
Tempsa
Salarus
Posidonium
Pæstum
Velia
Potentia
Acalandra
Heraclea
Metapontus
Electrus I.
Callipolis
Ucentum
Sallentinū pro.
Hydrus
Brundusiū
Egnatia
Barum
Vultur M.
Apenestæ
Barduli
Aufidus fl.
Sipontum
Salapia
Luceria
Bovianum
Sinuessa
Vulturnum
Surrentum
35 36 37 38 39 40 41 42 43

ITALIÆ SEPTENTRIONALIS DIVISIO.

- GALLIA TRANSALPINA.
  - VENETIA.
    - ISTRI. Pola : *Pola.*
    - CARNI. Aquileia : *Aquilée.*
    - VENETI. Patauium : *Padouë.*
  - PARS RHÆTORVM. Tridentum : *Trente.*
  - GALLIA TRANSPADANA.
    - CENOMANI. Cremona & Mantua.
    - EVGANEI. Tuſculanum : *Tuſculano.*
    - INSVBRES. Mediolanum : *Milan.*
    - OROBII. Bergomon : *Bergamo.*
    - LEPONTII. Oſcela : *Domo d'Oſcella.*
    - SALASSI. Auguſta Prætoria : *Aôſte.*
    - LIBICII. Vercellæ : *Vercelles.*
    - LÆVI. Ticinum : *Pauia.*
    - TAVRINI. Auguſta Taurinorum : *Turin.*
    - SEGVSINI. Seguſio : *Suze.*
  - GALLIA CISPADANA.
    - ANAMANI. Placentia : *Plaiſance.*
    - BOII. Mutina : *Modene.*
    - LINGONES. Forum Cornelij : *Imola.*
    - SENONES. Rauenna : *Rauenne.*
  - LIGVRIA.
    - CAPILLATI. Genua : *Gennes.*
    - MONTANI. Dertona, *Tortone.*
- TVSCIA, ſeu ETRVRIA.
  - Trans-Arnum Fl. APVANI. Piſa : *Piſe.*
  - CIS-ARNVM Fluuium Duodecim populi.
    - 1. Volaterani. 2. Vetulonij. 3. Ruſſelani. 4. Tarquinij.
    - 5. Cæretani. 6. Veientes. 7. Volſinij. 8. Faliſci.
    - 9. Cluſini. 10. Aretini. 11. Cortonenſes. 12. Peruſini.
- VMBRIA.
  - VILLVMBRI, ſeu Trans-Apenninum. Ariminum : *Rimini.*
  - OLVMBRI, ſeu VMBRI Cis-Apenninum. Spoletium : *Spolette.*
- SABINIA.
  - CIS-VELINVM Fl. Cures : *l'Eueſché des Sabins.*
  - TRANS-VELINVM. Reate : *Rieti.*
- LATIVM.
  - LATINI. Roma æterna : *Rome la Sainƈte.*
  - RVTILI. Ardea : *Ardea.*
  - ÆQVICOLI. Algidum *periit*; hodie locus *l'Oſteria.*
  - HERNICI. Anagnia : *Anagni.*
  - VOLSCI. Antium : periit ; *Antio rouinata.*
  - AVRVNCI. Caieta : *Caiete.*


ITALIÆ ANTIQVÆ
PARS SEPTĒTRIONALIS.
MARE TUSCUM
SEU INFERUM
SINUS
ADRIATICI
PARS
PANNONIÆ SVPERIORIS PARS
CARNICÆ
GALLIÆ PARS
LIGVRES
BOII
VENETI
TRANSALPINA
PICENVM
29
30
31
32
33
34
35
36
37
41
42
43
44
45
46

ITALIÆ MERIDIONALIS DIVISIO.

SAMNIVM.

- PICENTES olim, & *Picentini* dicti.
  - VERVM PICENVM. Ancona: *Ancone.*
  - PICENVM ADIECTITIVM vbi AGRI.
    - PALMENSIS. Asculum Pic. *Astoli.*
    - PRÆTVTIVS. Castrum Nouum: *Flauiano.*
    - HADRIANVS. Hadria: *Atri:*
- VESTINI. Amiternum: *Amiterno rouinata.*
- MARRVCINI. Teatea: *Chiéti*, vel *Tiéti.*
- FRENTANI. Ortona: *Ortona.*
- PELIGNI. Corfinium: Ruinæ prope *Pentina.*
- MARSI. Marrubium: *Mornea*, seu *Marno.*
- SAMNITES propriè dicti
  - Beneuentum antea Maleuentum, hodie *Beneuent.*
- HIRPINI. Abellinum: *Auellino.*

CAMPANIA.

- CAMPANI. Capua: *Saincte Marie de Capoue.*
- PICENTINI. Salernum: *Salerne.*

MAGNA GRÆCIA.

- **APVLIA.**
  - APVLIA vera.
    - DAVNIA. Sipontum: *Siponto.*
    - PEVCETIA. Canusium: *Canosa.*
  - MESSAPIA.
    - CALABRI. Brundusium: *Brindes.*
    - SALENTINI. Tarentum: *Tarento.*
- **OENOTRIA.**
  - **LVCANI.**
    - CIS APENNINVM, vbi *Posidoniates*
      - Pæstum, seu Posidonium: *Piesti* ruinæ.
    - TRANS-APENNINVM, vbi *Sybaritæ.*
      - Sybaris & Thurij: *Sybari* ruinæ.
  - **BRVTII.**
    - CIS-APENNINVM
      - HIPPONIENSES
        - Hipponium: hodie *Monte Leone.*
      - RHEGINI
        - Rhegium: *Reggio.*
    - TRANS-APENNINVM.
      - CROTONIATÆ: Croto, seu Crotona: *Cortona.*
      - LOCRI. Locri: *Gierazzo.*


ITALIA ANTIQVA
MARE TYRRHENUM SEU INFERUM
MARE IONIUM
SINUS SUPERUS SEU ADRIATICUS
MARE SUPERŨ
PANNONIA SUPERIOR
PANNONIA INFERIOR
MARE LIGUSTICUM
MARE SARDOUM
SARDINIA
SICILIA
MAGNA GRÆCIA
GALLIA
PARS

CAPVT II.

Galliæ Cisalpinæ Historica.

AD discrimen veræ Galliæ quæ dicta est *Vlterior* & *Vltima*, & *Transalpes*, & *Gallia Subalpina*, Regio de quâ agimus vocata fuit *Citerior Gallia*, *Gallia intra Alpes*, *Subalpina Italia*, *Gallia Circumpadana*, *Italia Gallica*, *Gallia Togata*, scilicet ad discrimen Galliæ quæ Braccis vtebatur, ex quo Togam, Italicam vestem, Galli eò transmissi assumpserunt. Porrò agemus hoc capite 1. de transitu Gallorum in eam regionem, deinde de eius finibus, tum de Alpibus eam ambientibus, denique de Pado Fl. hanc alluente.

§. 1. *De transitu Gallorum in Italiam.*

CAVSA huius quadruplex ex variis historicis colligitur. *Prima*, intestina discordia, sic Iustinus. *Secunda*, ficus, vuæ, vinum, oleum quæ Elico fabrilem artem Romæ professus domum retulit; Plinius lib. 12. cap. 10. Liuius lib. 5. *Tertia*, immensa hominum multitudo quam Gallia non poterat alere; sic Plutarchus in Camillo, Zonaras Ann. lib. 2. Iustinus lib. 24. vbi notat trecenta hominum millia exiisse ad quærendas nouas sedes. *Quarta*, Gallos ductos cupiditate lætissimæ, & amœnissimæ regionis, quam præ oculis habebant, leui causâ ad hanc expeditionem commotos esse; Polybius lib. 2.

MODVS, & TEMPVS. Ad tollendam confusionem inter opiniones auctorum, historiam hanc ex omnibus scriptoribus probabiliter sic concinno, ex Polybio, Liuio, Plutarcho, Iustino, Strabone, &c.

Celtæ qui regionem incoluerunt inter Sequanam, & Matronam Fluuios, *la Seine & la Marne*, montémque Gebennam *les Seuennes, &c.* penes Biturigas eorúmque regem Ambigatum fuerunt: is Ambigatus cùm videret hominum multitudine, & seditione regionem suam prægrauari, sororis suæ filios Bellouesum, & Sigouesum ad nouas sedes quærendas cum trecentis circiter bellatorum millibus emisit. Sigouesus suos Boios deduxit in Boiohæmiam, vnde regioni nomen in Germaniâ: Bellouesus cum aliis conflatis

flatis ex variis nationibus Cenomanis, Aruernis, Senonibus, Boiis & aliis in Italiam transire molitus, consedit primùm in parte Galliæ quæ postea Narbonensis dicta est, vbi & Massiliensibus auxilio fuit; at hæc condita Olymp. 45. Vrb. cond. 154. Tarquinij Prisci 14. quando contigit

Prima Transmigratio cùm per Alpes Taurinas transiit cum Insubribus suis Bellouesus, & regionem ad Mediolanum occupauit.

Secunda Migratio, seu expeditio fuit Cenomanorum paulò pòst sub Elitouio duce, per easdem Taurinas Alpes. De tempore hoc statui potest, eos non multis annis interiectis transiisse, quia Liuius lib. 5. ait eos Alpes transiisse Belloueso fauente.

Tertia expeditio Libiciorum fuit, sed quo Duce, aut tempore non constat; & eodem itinere cum superioribus, ex Liuio, videntur transiisse.

Quarta Migratio, Boiorum fuit, & Lingonum, qui non videntur eò irrupisse ante annum Vrbis conditæ 232. Olymp. 64. annum 3. Tum enim Vmbri cum Etruscis qui Padum accolebant, oppugnabant Cumas, vt ait Dion. Halic. lib. 7. at Etrusci expulsi sunt à Boiis & Lingonibus, vt habet Liuius.

Quinta denique & extrema expeditio, fuit Senonum quæ incidisse videtur in annum V. C. 359. tunc enim ait Liuius lib. 5. Etruscos dixisse in concilio non posse se iuuare Veios contra Romanos, quòd haberent nouos incolas Gallos cum quibus nec pax satis fida, nec bellum pro certo esset. Certè iidem post quatuor annos hoc est Olymp. 97. an. 2. Clusium obsederunt, & sequenti Romam incenderunt V. C. 364. Olymp. 97. an. 3.

Quæritur vtrum hi Galli vrbes habuerint, an tantùm in vicis habitarint? Qui *negant* vrbes condidisse, nituntur auctoritate Plinij lib. 19. cap. 1. & Strabonis lib. 5. ex Polybio, vbi vocatur Mediolanum vicus, additúrque Gallos vicos incoluisse. Qui aiunt, innituntur Plutarcho dicenti in Camillo Gallos in 18. vrbibus Etruscorum quos depulerant, habitasse.

§. 2. *De Finibus Galliæ Cisalpinæ.*

QVIDQVID terrarum fuit ab Arsiâ Fluuio ad Æsim vsque, & Anconam, & à Varo Fl. ad Arnum sub Coss. Romanis Galliæ Cisalpinæ adiudicatum est. De Arsiâ Fl. probatur: quia lanæ Alti-

nates Gallicæ dicuntur apud Columelam de re Rust. lib. 7. cap. 2. & apud Vibium Seq. Timauus Aquileiæ, Galliæ fluuius est. Apud Melam lib. 2. cap. 4. *Carni & Veneti colunt Galliam Togatam.* Aliquando tamen Veneti excluduntur à Galliâ Cisalpinâ; sic alueus citimus Padi dicitur Venetos à Galliâ Cisalpinâ dirimere.

De Anconâ citari solet idem Mela loco iam laudato: *Ancon inter Gallicas, Italicásque gentes quasi terminus interest*: sed clariùs Plinius lib. 3 cap. 14. *Ab Anconâ ora Gallica incipit, Togatæ Galliæ cognomine.* Vulgò tamen Rubicon Fl. hodie *Fiumecino*, aut *Rugone* statutus est ab eâ parte Galliæ limes; ita Cicero 6. Philippicâ, Plutarchus in Iulio, Suetonius, Appianus in ciuilibus, Lucanus, Plinius, &c. Hanc tamen opinionum varietatem conciliat Strabo libro quinto, dum ait: *Is limes sæpe à Magistratibus mutatus est, & primùm Æsim voluerunt, postea Rubiconem.*

De Arno fluuio, & quòd Liguria eò vsque protracta, sit adiudicata Galliæ, arguit is locus ex Suetonio in Iulio, vbi dicuntur Crassus & Pompeius Iulium conuenisse Lucam, in vrbem prouinciæ suæ; at Luca iacet inter Macram & Arnum.

§. 3. *De Alpibus Galliam Cisalpinam ambientibus.*

NVMERVS I. *Nomen.*

ALPES in plurali, & Alpis in singulari Poëtis, & in Itinerariis, in Alpe Graiâ, Pæninâ; Græcis Ἄλπις ιος. Hoc nomen habere dicuntur *primò* à *candore*, nam Festus ait Sabinos *album* dicere *alpum*. *Secundò* ab *altitudine*, nam Galli altitudines montium vocant Alpes inquit Isidorus Orig. lib. 14. cap. 8. & Seruius in 10. Æneid. vnde factum vt montes Pyrenæi & Carpathos Alpes vocarentur. *Tertiò* à *transitu*, sic enim Galli vocant transitum inter angustias, inquit Procopius lib. 1. Goth. *Quartò* vt Mythologi ab *Albione*, vel *Alebione* filio Neptuni qui hîc contra Herculem dimicans occidit. *Quintò* vt vult Tzetzes in Lycoph. à quodam *Alpi* qui hîc interfectus est.

TAVRI vt pluribus probare nititur Cluuerius, vnde & populi Taurisci dicti: certè in Norico nominibus illis additur vox illa *Taurn*, & aliter *Alben*, vt *Felber-Taurn*, seu *Felber-Alben*.

RIPHÆI montes; sic disertè Athenæus lib. 6. cap. 4. Alpium

iuga πάλαι μὲν Ριπαῖα, ὕστερον Ολβια, νῦν δὲ Αλπια. Et Protarchus apud Stephanum Alpes ait dictas esse Riphæos montes, & omnes populos supra Alpes incolentes vocatos esse Hyperboreos: vnde Æschylus & Apollonius poëtæ Istrum ex Riphæis montibus elicuerunt.

NVM. 2. *Quantitas Alpium.*

LONGITVDO Alpium & extensiones statui non possunt, nisi earum principium & finis statuantur, de vtroque auctores antiqui in varias opiniones distracti sunt.

INITIVM ALPIVM.	*Prima opinio* est Strabonis & veteris Scholiastæ Horatij, qui initium Alpium à Vogeso monte ducunt; nam ex Alpibus Ararim, & Sequanam eliciunt. *Secunda*, eas inchoat ab vrbe Vienna; sic Ausonius *Alpino quæque Vienna iugo*; & *Alpinæ tecta Viennæ*. Idem sentit Polybius lib. 2. dum meminit Gallorum qui ad Rhodanum Alpes incolunt. *Tertia opinio*, eos ducit à Massiliâ; sic Polybius libro 2. sed hæc opinio ad sequentem reduci potest, quia Massilia sumitur, & pro vrbe, & pro regione, vt Eustathius in Dionysium Afrum docet. *Quarta* denique & *communissima* Alpes ait esse limitem Galliæ, & Italiæ; ac proinde à Varo Fl. easdem inchoat.
FINIS ALPIVM.	*Prima opinio*, est Melæ lib. 2. cap. 3. qui Alpes in Thraciam promouet. *Secunda*, est Plinij qui eas ad finem Dalmatiæ extendit, ad montem Scodrum; sic cap. 25. lib. 3. *Tertia opinio*, est Strabonis lib. 4. Herodiani lib. 2. & 8. atque aliorum vulgò ad Italiæ Orientalem limitem, vltra Ocram montem, non produci.
EXTENSIO ALPIVM.	*Straboni* est δισχιλίων καὶ διακοσίων σταδίων. *Plinio* per Cluuerium emendato, à supero mari ad inferum, decies centies mille passuum. Cluuerio *à Varo Fl. ad Arsiam Fl. octingentorum millium passuum, vt ipse dimensus est.*

LATITVDO. Plinius lib. 3. cap. 19. de eâ sic statuit: *Alpes in la-*

titudinem Cornelius Nepos centum millia, T. Liuius tria millia stadiorum excurrere docent; quod vtrumque verum est diuersis in locis; nam & centum millia explent aliquando, vbi Italiam à Germaniâ submouent; nec LXX. *millia explent, reliquâ sui parte graciles.*

ALTITVDO. *Primò*, Plinius lib. 2. cap. 65. ait quosdam arbitrari Alpium vertices tractu non breuiore L. millibus passuum assurgere.

Secundò, earum Altitudo colligi potest ex aliis montibus: conferantur ergo cum Olympo, & Pindo montibus editissimis: Strabo lib. 4. docet vtrumque vno die conscendi posse ab expedito viatore: Plinius ait Dicearchum inuenisse ad perpendiculum Pindum esse passuum MCCL. Plutarchus in Æmilio notat Olympum supra δέκα σταδίους assurgere, idque ostendit ex epigrammate de Xenagorâ filio Eumeli. At Strabo lib. 4. negat à quopiam intra quintum diem Alpes superari posse, ex quâ comparatione quàm editæ fuerint intelliguntur.

NVM. 3. *Qualitas Alpium.*

DESCRIBVNTVR Alpes à Silio Italico lib. 3. vbi canitur Annibalis transitus, Polybio lib. 2. & 3. Liuio lib. 21. Petronio Arbitro in Satyrico, qui aiunt hîc niues esse pænè cælo immixtas, pecora & iumenta frigore torrida, homines intonsos, & incultos: in collibus nihil pabuli, valles satis lætas, & aquis irriguas; nullos incolas in cacumine; earum latera vbique coli, & arbores syluásque gignere.

NVM. 4. *Diuisio Alpium in partes.*

DIVIDVNTVR Alpes in Maritimas, Cottias, Graias, Penninas seu Pœninas, Rhæticas seu Tridentinas, Noricas, Carnicas, Iulias seu Pannonicas.

ALPES MARITIMÆ porrigebantur à mari ad montem Vesulum *M. Viso*, seu *Veso*: malè ex eodem monte Appianus, & Seruius Rhodanum eliciunt.

ALPES COTTIÆ, Tacito Coctianæ Alpes, extenduntur à monte Vesulo, *Viso*, ad Cenisium, *le mont Cenis*.

ALPES GRAIÆ, quasi Græcæ, inquit Seruius, fortè ab Herculis transitu, quem tamen aliqui per Alpes Maritimas transiisse

autumant, vnde portus Herculis Monæci dictus. Tacitus meminit Graij montis, qui Liuio lib. 21. Cremonis iugum dici videtur, hodie *le petit S. Bernard.* Alpes autem Graiæ decurrunt à M. Cenisio ad summum Penninum, vulgò *Monte-Ioue*, Gallicè *Mont-Iou*, aliter *le grand S. Bernard.*

Alpes Penninæ, aliis Poeninæ, quasi à Pœnis, quòd quidam putent per eas Annibalem traiecisse; at id falsum est. Nomen ergo habent à Deo Pennino qui in summo Pennino colebatur, vt intelligimus ex Liuio: Hinc etiam dicta Pennina Vallis per quam decurrit Rhodanus. Alpes autem illæ iacent inter summum Pœninum *le grand S. Bernard*, & Adulam M. *S. Gotard*, ex quo Rhodanus, Rhenus, Ticinus, & Arola Fl. existunt.

Alpes Rhæticæ, sic dictæ sunt à Rhætis populis, aliter Tridentinæ ab vrbe Tridento *Trente*; & procurrunt ab Adulâ monte, seu S. Gotardi, ad Alpium montem ex quo procedunt Drauus, *le Draue*, & Æsacus, seu Attagis, vulgò *Laisoch.* Magna tamen pars illarum Alpium dicitur mons Adula, Festo Auieno Atulla, hodie *S. Gotard*, *Crispalta*, *Braulio.*

Alpes Noricæ, sic dictæ à Noricis populis, & Norico; extenduntur à Draui fontibus, ad fontem Fl. Natisonis *Lizonso.* Hac voce non vtuntur veteres, sed tantùm medij æui scriptores Iornandes, Aimoinus & alij.

Alpes Carnicæ, à Carnis populis dictæ, ducuntur à fontibus Natisonis, ad fontes Nauporti *Laubach* in Sauum influentis, & Formionis *Rizano* cadentis in Hadriaticum mare; seu meliùs ad montem Ocram *monte Cese*, qui duos hos fluuios euomit, & circa Formionis fontes vixere populi Subocrini Plinio. Dicitur autem mons Ocra, hodie *Monti della Vena*, humillima pars Alpium per quam merces curribus Aquileiâ deferuntur Nauportum *Laubach.*

Alpes Iuliæ, producuntur à fontibus Formionis & Nauporti, ad fontes fluuij frigidi *Vvipach.* Sic dictæ sunt à Iulio Cæsare, qui primus iter per eas aperuit, & muniuit. Tamen Rufus Festus tradit hanc viam à Iulio inchoatam, perfectam ab Octauiano dum in bellum Illyricum incumberet. Amm. Marcel. lib. 31. ait has olim dictas esse Venetas; Tacitus lib. 2. Hist. & 3. eas Pannonicas appellat, quæ voces eumdem montium tractum significant.

NVM. 5. *Transitus Alpium.*

ALPIBVS sic coronata est Gallia Cisalpina, vt in eam nisi per angustas fauces non detur aditus, de quibus Liuius, Polybius, Strabo, Plinius, Herodianus, &c.

PRIMVS TRANSITVS, *per Alpes maritimas*, seu *per Ligures*, dicitur tritus fuisse à Cæsare vt Virgilius 6. Æneid. Hâc quoque transiisse ferunt Herculem maximè ob portum Herculis Monœci; sic Petronius Arbiter, qui tamen has cum Graiis confudit; sic Amm. Marcellinus lib. 15. vbi notat Herculem prædictum portum extruxisse. Hæc autem via secundùm littus procedebat: postea autem alia via exscisa est noua à Segusterone *Cisteron*, de quâ libro sequenti.

SECVNDVS Transitus *per Alpes Graias*, per quas traiecisse ferunt Herculem, ideóque dictæ *Graiæ*, vt habet Plinius lib. 3. cap. 17. Idem habet Æmilius Probus in vitâ Annibalis. Hâc transiisse putauit Annibalem Cœlius Antipater apud Liuium, videlicet per *Cremonis iugum*; sed delusus est, eruditorum omnium iudicio.

TERTIVS *per Alpes Cottias*, quæ munitæ sunt à Cottio Rege amico Augusti, vt ait Amm. Marcel. lib. 15. per has transmisere Galli duce Bellouesо, quia Liuius lib. 5. ait eos traiecisse per Taurinos saltus, at illi respondent viæ quæ est à Segusione *Suse*, per Alpes Cottias. Eodem quoque itinere Cenomani, & Libicij vsi sunt: eodem Pompeius, quem magni facit in epist. ad Senatum, cuius meminit Salustius 3. histor. vocátque Annibalico iter opportunius.

QVARTVS à superiore parum admodùm differt, & Asdrubalis fuit. Cùm enim diuersus fuisse dicatur à quatuor aliis quos Varro commemorat, quorum 1. per Ligures, 2. quo Annibal; 3. quo Pompeius, 4. quo Asdrubal, 5. quo Græci, restat ille qui pergit ex valle Maurienâ per montem Cenisium, & Segusionem ad Augustam Taurinorum. Quòd autem dixerunt aliqui Asdrubalem eâdem viâ venisse quâ Annibal, ideò dixere quòd per viam à Cottio stratam postea, putarunt Annibalem traiecisse. Differt autem hic à præcedenti; tertius enim pergit Ebroduno *Ambrum*, Brigantione *Briançon*, Segusione *Suse*; hic autem quartus vel vallem Maurienam, montem Cenisium, Segusionem, Augustam Taurinorum ducit. Eodem quoque videtur vsus esse Cæsar, quem descri-

bit lib. 1. de bello Gallico; nam hîc mentio fit Garocellorum, & Ocelli vulgò *Ezilles*, quò itur Segusionem, & hinc in Taurinos.

QVINTVS, fuit Annibalis *per Alpes Penninas*, reclamante licèt Liuio, qui hanc improbat opinionem; sed fide dignior Polybius, longè diligentior, & qui hæc loca se inspexisse profitetur. Confirmatur auctoritate Plinij lib. 3. cap. 17. *Alpes Graias atque Pæninas, his Pœnos, illis Herculem transisse.* Hæc autem via in duas scinditur, quarum vna breuior est quidem, sed angustior, hodie dicitur *Val Pelina*, altera longior, sed latior, hodie *Val d'Aosto*, & *Val di Bardo*, in quibus Annibal equos suos, & elephantos refecit. Quæ autem dicuntur de aceto, & igne quibus Alpes illæ exscisæ sunt, fabulæ meræ sunt; siquidem de his tacuit accuratissimus Polybius. Meminit quoque huius viæ Cæsar 3. de bello Gallico.

SEXTVS, per easdem *Alpes Penninas*, per *montem Adulam*, *le mont S. Godard*, per Belitionem *Belizona*, deducit in Heluetios. Eum tenuit Constantius Imperator cùm progressus est in Alemannos. Eâdem quoque viâ Alemanni irruperunt in Italiam tempore Claudij qui Gallieno successerat; quando ab eodem Imperatore cæsi sunt ad lacum Bennacum.

SEPTIMVS, per *Alpes Rhæticas*, ducitur secundùm Larium lacum, *le lac de Come*, Curiam, & Brigantium *Coire* & *Bregentz*, per quem transiere Tiberius & Drusus bello Rhætico finem imposituri, cuius meminit Dio lib. 54. Eodem quoque vsus Stilico; nam Claudianus de bello Gothico meminit Larij lacus.

OCTAVVS, per *Alpes Tridentinas*, qui ducit Tridento *Trente*, Augustam Vindelicorum *Ausbourg*. Per has irrupere Cimbri in Italiam, vt quidam putant, nam Florus lib. 3. cap. 3. ait Tridentinis iugis in Italiam prouolutos ruinâ descendisse. Eâdem quoque viâ videntur Galli in Veneticum agrum descendisse, ann. vrb. C. 566. quando & vrbem in agro Aquileiensi moliti sunt, cuius meminit Liuius lib. 39.

NONVS Transitus, per *Alpes Carnicas*, ab Aquileiâ per Iulium Carnicum *Zuglio*, de quo nihil occurrit.

DECIMVS, per *Iulias Alpes*, in Pannoniam ad Nauportum *Laubach*, deducebat. Hoc iter ab Iulio, & tentatum, & confectum est, quando Gallicæ Prouinciæ Illyricum curauit adiiciendum. Rufus Festus ait sub Iulio & Augusto perfectum esse: fortè Augustus hoc muniuit diligentiùs; & per has fauces Romani in Pannoniam & Illyricum suas copias vulgò deduxere.

§. 4. *De Pado fluuio Galliam Cisalpinam alluente.*

NVM. 1. *Nomen Padi.*

DICTVS est PADVS teste Metrodoro Scepsio apud Plinium lib. 3. cap. 16. à voce Gallicâ *Pades*, quæ *piceam* sonat, quoniam arbos illiusmodi ad caput eius plurima: cùm linguâ Ligurum BODINCVS vocaretur: hoc est *fundo carens*.

ERIDANVS quoque nuncupatus est *Rex fluuiorum* Virgilio, ab Eridano solis filio quem Phaëtontem dicunt, qui fulmine afflatus in hunc fluuium cecidit, vt ait Isidorus lib. 13. cap. 21. Quomodo autem veteres inducti sint in fraudem, & hunc Eridanum Italicum cum Sarmatico confuderint qui ad Gedanum cadit *Dantzich*, dicitúrque hodie *Radune*, seu *Radaune*, & *Redane*; itémque de Electro ibidem crescente, quod Italiæ perperam veteres affinxere: lege bene longam Philippi Cluuerij diatribam cùm in Italiâ suâ, tum in Germaniâ.

NVM. 2. *Fons Padi.*

ORITVR Padus ex Vesulo monte (hodie *Veso*, seu *Viso*) aiunt Plinius, Solinus, & Mela: ex triplici fonte, vt volunt Seruius & Isidorus; vt Polybius & Mela ex fontibus. Addunt Plinius & Solinus fontem eius *visendum* esse, vnde occasio errandi Blondo existimanti nomen proprium Padi fontis esse *Videndus*; certè Martianus Capella errandi occasionem abstulit dum eum *Mirabilem* dixit. Ratio autem eius miraculi affertur à Plinio lib. 2. cap. 103. *Padi fons mediis diebus æstiuis velut interquiescens semper aret: postquam passuum tria millia decurrit cuniculo hauritur* (hodie ad vicum *Pisana*) *sicque hauritur vt nihil eius appareat; at post duo milliaria iterum emergit*: Plinio quidem in Foro-Vibiensi agro, Solino & Capellæ in Vibiensi agro. Augetur autem maximè ad Canis ortum liquatis niuibus, vt omnes veteres putauere, & pleraque flumina Galliæ ebibit, de quibus in Geographicâ descriptione cap. 3. & 4.

NVM. 3. *De Ostiis Padi.*

DE numero ostiorum huius fluminis duplex est veterũ sententia.

Pri-

Prima, est Polybij lib 2. duo esse Padi ostia, Paduam & Olanam: pro *Padua* legendum putat esse Cluuerius *Padusa*, : Plinius notat Olanam postea dictum esse *Volanen*. Padusæ Virgilius, Claudianus & Plinius meminere; hic addit olim Messanicum dictum. Hodie Volana nominatur *il Pó di Volana*, Padusa *il Pó d'Argenta* Padus Argentanus.

Secunda sententia Pado 7. ostia assignat, quæ ideò septem maria appellata sunt: sic Plinius, Herodianus, Mela, & alij. Vnde factum vt Apollonius Rhodanum 7. ostiis in mare deuolui dixerit, quia eum cum Eridano confuderat. Ea ostia sic tibi digerimus procedendo à Meridie in Boream.

I. & Meridionalius AVGVSTA FOSSA, aliter Fossa Asconis dicta, quæ Rauenam vsque protracta erat: & hodie dicitur *il Canale di S. Alberto*.

II. PADVSA, aliter MESSANICVM OSTIVM, & SPINETICVM, itémque VATRENI PORTVS, quo ingressus est Claudius Cæsar è Britanniâ triumphans prægrandi illâ domo veriùs quàm naui, ait Plinius lib. 3. cap. 16. Dicitur idem PADVS MAGNVS, quia præcipuum est ostiorum Padi: *Spinetum* autem à Fl. Spine ad quem vrbs Spina condita erat: *Vatreni* autem à Vatreno Fl. *Santerno*, qui Forum Cornelij alluit; cur Messanicus, nescio: hodie Padus Argentanus *il Pó d'Argenta*, & *Primaro*.

III. CAPRASIA, hodie Ostium dicitur *Bocca di bell'Ochio*, Alueus autem *Virginese*.

IV. SAGIS, & infra Comaclum cadit in mare, hodie *Porto Magno*, aliter *Porto di Magna Vacca*, à diuersorio publico hîc sito. Quòd autem hic alueus ita dictus sit, arguit vicus *Fossege* ei affixus, quasi *Fossa Sagi*.

V. VOLANE, antea OLANA, vt ex Plinio antea innuimus: hodie nomen retinet *il Pó di Volana*.

VI. FOSSA CARBONARIA, ostium hodie *il Porto di Goro*, Alueus *il Pó d'Ariano*.

VII. FOSSA PHILISTINA, aliter TARTARVM, quia hîc erat olim Tartari fluminis ostium, qui Ptolemæo Atrianus Fl. dicitur, hodie *Tartaro*, ostium autem & Alueus hodie vocantur *il Pó Grande*. Fossa verò committens tria hæc posteriora ostia FOSSA NERONIS appellabatur.

CAPVT III.

De Populis Galliæ Transpadanæ.

HI vulgò populi Galliæ Transpadanæ accensentur; *Histri, Carni, Veneti*, quos aliqui excludunt; alij ab omnibus admissi sunt Cenomani, Euganei, Insubres, Orobij, Lepontij, Salassi, Libicij, Læui, Taurini, & Segusini.

§. 1. *Descriptiò Historica.*

NVM. 1. *De Histris & Histriâ, seu Istriâ.*

NOMEN Histriæ plerique omnes ab Istro flumine deducunt, per quem Argonautæ humeris & machinis Argo nauem suam elatam in Hadriaticum deportarunt: sic Scyllax, Mela lib. 2. cap. 3. Plinius lib. 3 cap. 18. Veriùs Iustinus lib 32 ait dictos esse Histros à fluuio ex quo concesserant ad hanc maris oram, quod etiam ait Isidorus. Quis porrò fuerit ille fluuius per quem Argonautæ descenderint in Hadriaticum non est facile statuere. Græculi recentiores *Aquilim* vocant, ita Sozomenus & Zosimus: Plinius ait nesciri quo fluuio vsi fuerint lib. 3 cap. 18. sed id contigisse, ait non procul à Tergeste: arbitratur Cluuerius Argonautas per Sauum progressos esse, & Nauportum, & ad vrbem Æmonam *Laubach*, eam ex aquis deduxisse, & in Timauum detulisse. Fauet huic opinioni quòd veteres arbitrarentur Danubium, seu Istrum cuniculis in Timauum subire. Sunt igitur Histri origine Colchi: Scymnus tamen eos Thracas facit, alij Celtas quibus subscribere videtur Cluuerius. Vtrum autem dicti sunt Scenici *Histriones* ab *Histris* putat Festus Pompeius, negat Liuius lib. 7. vbi Histrionum nomen deducit à Tuscâ voce *Hister* quæ Ludionem sonat.

QVALITAS Histriæ: de eâ Theodoricus apud Cassiod. lib. 12. epist. 22. ait, *diuino munere grauida, vini, olei, tritici fœcunditate gratulatur, & Rauennæ Campania est.* Eius Oleæ laudantur etiam apud Martialem.

FINES. Arsiâ Fl. *Arsa* Italiæ limite, & Alpium iugis, quæ nunc *Albia* dicuntur, aut vt habent Tabulæ nouæ *Monti della noua*,

à Iapygibus dirimitur Histria. Olim à Venetis dispescebatur Timauo flumine; posteà Carnis Formione Fl. *Rizano* separata est.

NVM 2. *De Carnis.*

NOMEN. Carni apud Liuium *Sarni* nominantur Celtici generis, apud Orosium disertè Gallica gens. Deuicti sunt à Q. Martio Rege Consule an. Vrb. Cond. 635. vt aiunt Epitomistes Liuij, & Orosius.

FINES eorum à Septentrione fuerunt Alpes, vnde dicuntur Alpina gens Floro, Orosio gens sub radice Alpium sita. Olim supra Venetos protensi erant, quando Veneti ad Timauum extensi erant, & Histris continuabantur, vt ex Strabonis lib. 5. intelligitur. Postea ergo his finibus coërciti fuere Carni; à Septentrione Ocrâ monte, hodie *Monte Cese*; ab Oriente Fl. Formione, *Rizano*; ab Occidente Fl. Tilauempto, *Taiamento*; à Meridie Hadriatici maris recessu, *mare Hadriatico*.

NVM. 3. *De Venetis, seu Henetis.*

NOMEN. Strabo lib. 5. saltem dubitare videtur, vtrùm non sint hi dicti à Venetis Gallis. Reliqui scriptores Polybius, Liuius, Mela, Plinius eos ex Asiâ cum Antenore accersunt. Erât hi ex Paphlagoniâ pulsi, dictíque Heneti, Regéque Pylamene ad Troiam amisso, cum Troianis quibusdam iuncti, eò appulerunt, pulsisque Euganeis eorum agri partem occuparunt; sic Liuius, sic Strabo. Polybius tamen hanc Henetorum cum Antenore commigrationem explodit. Confirmatur quòd hi apud Liuium, Polybium, Plinium semper opponantur Gallicis. Herodotus lib. 1. vocat Henetos Illyricam gentem. Item Dio Chrysos. oratione de Troiâ ait Antenorem in hac regione inuenisse Henetos. Iulianus Imp. ait eos antequam Ro. parerent dictos esse Henetos, postea vnam literam mutatam esse. Regio dicta est *Henetia*, & *Venetia*.

QVALITAS. Quàm fuerit fertilis, & populosa Venetia arguit quod ait Scymnius cùm eam vocat ἀρίστην καὶ καρπίμην, & habere vrbes πεντήκοντα. Stephanus in voce Αδρία, ait pecora bis hîc in anno parere, & capras eniti simul 3. aut 4. hædos, & quandoque quinque; Gallinas in die bis oua emittere, quod extremum con-

firmat Plinius lib. 10. cap. 54. Emittebat quoque hæc regio equos præstantissimos, quos Veneti magnâ curâ alebant, vt ait Strabo lib. 5.

FINES. Olim Tuscos per Galliæ Cisalpinæ partem istam sparsos separabat à Venetis Fl. Athesis *l'Adice*; sed Tuscis per Gallos eiectis factus est limes Venetiæ, & Galliæ Cispadanæ Alueus Citimus Padi vulgò *il Pó d'Argenta*, quare à Propertio Eridanus *Venetus* nuncupatur. Olim etiam ab Histris separati sunt Fl. Timauo: postea Fl. Tilauempto *Taiamento* à Carnis discreti sunt, Carnis in plana deductis. Ad Addam *Addua*, quoque Fluuium olim Veneti pertinuisse perhibentur; postea vltra Veronam non sunt extensi.

NVM. 4. *De Cenomanis.*

NOMEN habent à Cenomanis Gallis, & Liuio Cænomani, Plinio Cenomanni dicuntur: perperam quidam scioli Germanos dictos esse putauerunt, quia in inscriptionibus M. Marcelli spoliorum vident cum Insubribus iunctos Germanos, sed ignorant illi tum Cenomanos fuisse socios pop. Ro. vt ex Polybio intelligitur; Sigonius ergo per Germanos putat intelligi Gæsatas, de quibus postea. Antequam duce Elitouio in Italiam transcenderent habitarunt iuxta Massiliam in Volcis, vt ait Plinius lib. 3. cap. 17. postea consedere vbi Verona & Brixia, vt habet Liuius lib. 5.

FINES Cenomanorum, *à Septentrione* Euganei; *ab Oriente* Veneti; *à Meridie* Padus; *ab Occidente* Insubres.

NVM. 5. *De Euganeis.*

NOMEN. Dicti videntur quasi εὐγένιοι *nobiles*, quia ex comitatu Herculis hîc relicti sunt cum Lepontiis, vt innuit Strabo lib. 3. cap. 10.

QVALITAS. Lanæ hinc exquisitæ, quare apud Iuuenalem pro molli sumitur, *& Euganeâ quantum vis mollior agnâ.*

FINES. A *Septentrione* Alpibus Rhæticis separantur à Rhætis; *ab Occidente* Montium ductu qui inter lacus Verbanum & Larium excurrunt, *le lac Maieur, & le lac de Come*, quo à Lepontiis separantur; *à Meridie* Orobiis & Cenomanis contermini sunt; denique *ab Oriente* à Rhætis fluuio Athesi diuiduntur.

NVM. 6. *Insubres.*

NOMEN. Polybio *Isombri* dicuntur, Plutarcho *Insombres*, & *Insombri*, Stephano *Insubares*, Straboni *Sombri* & Ἰνσουβροι, Latinis constanter *Insubres*, vnde Liuio eques Insuber. Liuius lib. 5. significat eos conflatos esse ex variis gentibus, Biturigibus, Aruernis, Senonibus, Æduis, Carnutibus, Aulercis: sed cùm non procul à Ticino Fl. *le Tessin* vicissent Tuscos, & locum in quo consedissent appellari cognouissent Insubrium, eiusdem nominis cum pago Æduorum, omen sequentes loci, vno nomine se Insubres nominasse. Polybius lib. 2. hanc maximam gentem Gallicarum Italicarum nuncupat.

FINES. A *Meridie* Læuos habent, *ab Occidente* Libicios, *à Septentrione* Orobios, *ab Oriente*, Cenomanos.

NVM. 7. *De Orobiis.*

NOMEN habent vt prodit Cornelius Alexander apud Plinium lib. 3 cap. 17. quòd in montibus viuerent à Græcis ὄρος & βίος. Certè Cluuerius Bergomum eorum vrbem deriuat à Teutonicis vocibus *Berg*, hoc est *Mons*, & *Home*, id est *Domus*, quasi *Domicilium in Monte*. Cato apud Plinium fatetur se nescire. Non fuerunt autem Insubres, quia Liuius lib. 33. Comenses ab Insubribus distinguit.

FINES. A *Septentrione* Lepontiis & Euganeis contermini sunt; *ab Oriente* iisdem Euganeis; *ab Occidente* prædictis Lepontiis; *à Meridie* denique Insubribus.

NVM. 8. *De Lepontiis.*

NOMEN. Sic dicti sunt teste Plinio lib. 3. cap. 20. quòd ex comitibus Herculis hîc relicti essent, à Græcâ voce λιπεῖν, vel λείπειν; obsistit tamen quod apud Strabonem Ληπόντιοι scribuntur, qui & perperam eos Rhætis admiscet. Cato eos Tauriscæ gentis arbitratur. Cæsar ait ex iis nasci Rhenum: malè Marcell. lib. 15. Rhenum per eorum agrum decurrere tradit.

FINES. Diuiduntur *à Septentrione* à Sedunis & Rhætis, *ab Occidente* Salassis, *à Meridie* Libiciis, *ab Oriente* Euganeis.

NVM. 9. *De Salaßis.*

ORIGO. Galli origine fuerunt, vt ex Obsequente, & Orosio liquet, sed hos Cato apud Plinium lib. 3. cap. 20. ait Tauriscæ gentis fuisse. Gens Inalpina vulgò ab Historicis dicitur. Strabo lib. 4 ait Salassos habitasse in valle quam Fl. Duria eluit, & hoc vsos esse ad eluendum aurum, quo regio abundabat. Ab Appio Claudio Consule domiti sunt, non sine cæde & clade Romanorum, ait Florus. Anno V. C. 610. post centum annos rebellarunt, inquit Dio, sub Augusto, & à Valerio Mesallâ deuicti sunt. Sed cùm post decennium ab eodem Augusto defecissent, per Terentium Varronem, vt habet Dio lib. 53. penitus exscisa gens, venditi 36. millia, præter 8. millia armatorum qui conscisi sunt, agérque eorum Prætorianis cohortibus concessus est.

FINES. *A Septentrione* habent Veragros & Sedunos, *ab Occidente* Centrones, *à Meridie* Ideonni regnum, *ab Oriente* Lepontios.

NVM. 10. *De Libiciis.*

NOMEN & ORIGO. *Libici* apud Plinium & Ptolemæum nominantur, apud Liuium *Libicij*, itémque *Libui*, & *Lebui*, Polybio *Lebecij* dicuntur. Orti sunt teste Liuio lib. 5. ex Saluiis; Plinius ex Saliis eos accersit, & Vercellas eorum vrbem tradit fuisse lib. 3. cap. 17. Liuius scribit eos ad Ticinum Fl. consedisse, & eorum sæpe meminit vt lib. 21. & 33.

FINES. *ab occasu* separantur Orgo Fl. *Orco* à Taurinis; *à Septentrione* Alpium radicibus à Salassiis, & Lepontiis diuiduntur; *ab ortu* Guniâ Fl. *la Gogna* à Læuis; denique *à Meridie* Padus Fl. *le Pô*, eos à Liguribus dispescit.

NVM. 11. *De Læuis & Mariscis.*

NOMEN & ORIGO Apud Polybium Laï dicuntur, & Λᾶοι, suntque origine Galli: at Liuius & Plinius eos Ligures esse contendunt; conciliari possunt omnes, quia Ligures gentem esse Gallicam certissimum est.

Iis iuncti fuerunt MARISCI qui quondam ab illis discreti demum in gentem vnam coaluerunt, & Marisci inferiores perdidere

nomen. Certè Plinius lib. 3 cap. 17. ait Læuos & Mariſcos Ticinum vrbem, *Pauia*, condidiſſe.

Fines. Diuiduntur *ab Oriente* Guniâ Fl. *la Gogna* à Libiciis; *à Meridie* Pado à Liguribus; *ab ortu* Lambro *Lambro*, vel *di Monza* à Cenomanis; *à Septentrione* ab Inſubribus.

Nvm. 12. *De Taurinis.*

Nomen & Origo. Nomen traxiſſe videntur à voce Celtica *Taur*, quâ ſignificari Alpes ſuprà innuimus, vnde omnes populos Inalpinos contendit olim dictos eſſe Tauriſcos Cluuerius in ſuo Illyrico. Certè apud Stephanum noſtri hi Taurini, Tauriſci nominantur, apud Eratoſthenem Teuriſci. Liguſtici generis eos faciunt Liuius lib. 21. Strabo lib. 4. Plinius lib. 3. cap. 5. ſed Polybius eos gentibus Illyricis accenſet lib. 2. & 3.

Fines. Orgo Fl. *Orco* ſeparantur *ab Oriente* à Libiciis, item & Pado à Liguribus, vt *à Meridie; à Septentrione, & Occidente* à Seguſinis.

Nvm. 13. *De Seguſinis, ſeu de Regnis Cotij, & Ideonni Regulorum.*

Cotivs princeps, ſeu Cottivs fretus latebris ſuis, & aſperitate locorum deuictis Galliis libertate vſus eſt, neque paruit Romanis; donec depoſito timore, & delinitus ab Octauiano in eius amicitiam receptus eſt, viámque ſtrauit Gallis & Romanis peropportunam, vt intelligimus ex lib. 15. Ammiani Marcellini. Sed quando Rex appellatus eſt? Auctor Collectanearum hiſtoriarum apud Cluuerium, ait Olymp. 105. an. 4. à Claudio Imperatore M. Iulio Cotio, paternum Imperium adauctum eſſe, & tum Regem primò appellatum eſſe. Demum ſub Nerone mortuo Cotio ſiue eodem, ſeu eius filio in formulam prouinciæ tractus ille redactus eſt, vt tradunt Suetonius, Sext. Aurelius Victor & alij.

Fines autem eius Regni extendebantur à Seguſione *Suſe* ad Ramam *Rame* oppidum, & à Veſulo monte, *Viſo*, ad Ocelum, *Eſilles*.

Ideonni regnum coniungit Strabo cum Regno Cotij: certè per vtrumque Seguſinos populos ſpargunt plerique. Quidam etiam Centrones populos eò referunt, quorum caput Tarentaſia

Moustier en Tarentaise. Cluuerius putat hoc regnum restrictum fuisse monte Cenisio *le mont Cenis*, & minore S. Bernardi *le p tit S. Bernard*, cui subscribimus. Ouidius lib.1.de Ponto Eleg.7.scribens ad Vestalem quem facit oriundum à Regibus huius ditionis, vocat illud regnum Donni.

§. 2. *Geographica descriptio populorum Galliæ Transpadanæ.*

NVM. I. *Histri hodie*, la pluspart de l'Histrie, & vne petite partie du Frioul.

VRBES HISTRIÆ.

- ÆGIDA oppidum ciuium Ro. *Cabo d'Istria*; in Insulâ posita, sic dicta ab Ægide Palladis, vt habet nobilis inscriptio, reparata à Iustino filio Iustiniani Imperatoris, vnde dicta Iustinopolis, vt eadem testatur inscriptio.
- Parenticum: *Parenzo*, cuius incolæ Parentini.
- POLA postea Pietas Iulia dicta, à Colchis habitata, & eorum opus; dicta à voce Colchicâ *Polis*, quæ exulem sonat, quia hi re infectâ ad Æætam redire veriti, hîc sibi exilium indixerunt. Sita est ait Strabo in sinu portuoso continente multas Insulas frugiferas, subducendis nauibus opportunas quas Pullarias postea dicemus: hodie nomen retinet *Pola*. Ab eâ quoque nomen habuit Promontorium Polaticum: hodie *Punta di Promontoré*.
- Nesactium: *Castel nuouo*, cuius meminit Liuius lib. 41. vbi oppugnatio vrbis describitur.
- Piquentum, *Piguento*, oppidum in Mediterraneis Ptolemæo.

FLVVII HISTRIÆ.

- ARSIA: Fl. *Arsa*, Italiæ limes Plinio & aliis; apud Lycophronem videtur Diserum nuncupari, ad quem malè collocat Polam.
- Formio: *Rhezano*, Carnorum Histrorúmque terminus.

INSVLÆ

- ABSYRTIDES: cuius incolæ Absyrtenses, vbi Medea fratrem suum dicitur interemisse. Apollonius videtur eas Brigeïdas appellare à Brigis populis eas incolentibus. In his Colchi vrbem condidere nomine Absorim: Ptolemæus vnicam facit Insulam Absorum, in quâ locat duas vrbes Crexam, seu Crespam, & Abso-


HISTRIÆ VENETORV̄
ET CARNORVM
DESCRIRTIO
HADRIATICI SINVS
RECESSVS
ALPES
MONS ALPIVS
DRAVVS FLVVIVS
SAVVS FLVVIVS
SINVS FLANATICVS
Athesis fl.
Sontius fl.
Tergeste
Bellunum
Scultenna fl.
Rhenus fl.
Fossa Carbonaria
Sagis fl.

HISTRICÆ.

sorum. Mela duas Insulas facit Absorum, & Absyrtim: hodie media & maxima *Cherso*, ei magnitudine pænè par *Osero*, reliquæ duæ in Boream *Ferosina*, & *Cao*, ex quibus vnam faciunt nouæ Tabulæ *Perosina*, posterioribus temporibus dictæ sunt Insula Flanonẽsis, & Flanone, Socrati, Histor. Tripart. & Paulo Diacono.

Sepomana: *S. Nicolao*, è regione Parentij.

Vrsaria: *Conuersera.*

Cissa: *Figaruola.*

Pullariæ Insulæ Polæ portum prætexentes: hodie earum maxima *Brioni* dicitur.

SINVS

POLATICVS, seu FLANATICVS, sic dictus ab vrbibus Polâ, & Flanonâ: hodie *Golpho di Carnero*, de quo lib. sequenti.

NVM. 2. *Carni*, la partie Orientale du Frioul, petite partie de l'Istrie, le Comté de Goritz.

VRBES MARITIMÆ CARNORVM.

AQVILEIA Colo. *Aquileia*, vel *Aquilegia*, ab Aquilâ volucre nomen accepit, aiunt Eustathius, & Iulianus Imp. alij ab Aquilone comite Antenoris, alij ab aquis quibus probè eluebatur. Melæ diues ciuitas, Iuliano ἐμπόρειον μάλα εὔδαιμον, ϗ πλούτῳ βρύον. De eâ vide multa apud Herodianum lib. 8. vbi eam describit obsessam à Maximino. Fidelissima Ro. semper extitit, & mulieres eius fortitudine illustres fuere.

Portus Natisonis, seu Aquileiensis, aliter ad Gradus, hodie *Porto di Grado*, in Insulâ quæ Paulo Diac. dicitur Gradus in plurali; ad quam ciuitatem translata sedes Patriarchalis Aquileiensis.

Pucinum castrum, vnde vinum cui Iulia Augusta tribuebat 82. ætatis suæ annos: hodie vel *Castel Duino*, vel *Prosecco*.

TERGESTE Colonia, Tergesta Straboni, quam & vicum Carnicum vocat, Stephano Tergestra in plurali, & Tergestrum: hodie *Trieste*. Ab eâ dictus sinus Tergestinus, aliter Aquileiensis, & Mare Aquileiense: hodie *le Golphe de Trieste*.

VRBES MEDITERRANEÆ CARNORVM.

IVLIVM CARNICVM: hodie *Zuglio*, cuius incolæ Plinio Iulienses Carnorum; à Iulio Cæsare condita est.

FORVM IVLII Colonia vnde oppidani Foroiulienses Plinio: hodie *Ciuidal di Friuli*, & *Patria di Friuli*; à Iulio Cæsare nomen habet qui hîc Forum statuit, vt ait Paulus Diac. non videtur esse Colonia facta ante tempora Vespasiani.

Vedinum cuius incolæ Venidates Plinio, & Vdinum penultimâ breui: hodie *Vdine*, Germanis *Vveiden*.

Noreia, vrbs sita erat circa oppidum quod hodie *Venzone*; vnde videlicet incipit esse nauigabilis Tilauēptus, quod scitè elicit ex Strabonis lib. 4. Cluuerius.

FLVMINA CARNORVM.

Tilauemptus Fl. & portus, aliis Tiliamentum, quod nomen Græculi Grammatici à Tilia deducunt: hodie *Taiamento*, & Portus *Porto di Taiamento*.

Natiso, Aquileiam alluens Melæ; an Plinij Turro? Vide de hoc flumine bene longam Cluuerij diatribam pag. 284. hodie *Natissa* vocatur: Ego certè arbitror Natisonem in Sontium defluentem olim Aquileiam deriuatum esse, vnde ortæ sunt tantæ inter Geographos contentiones.

Sontius Fl. hodie *Lisonzo*: ad eum Fluuium victus est, & fugatus Odoacer contra Theodoricũ & Gothos depugnans.

Turro: Plinij hodie dicitur *Torre*.

TIMAVVS Fl. hodie *Timauo*, fluuius & fons apud veteres celeberrimus. Malè à quibusdam ad Patauium collocatur, & *Brenta* dicitur, videlicet quia Antenoreus Euganeus, Phrygius cognominetur. Lege de eo Strabonem lib. 5. vbi & meminit hic Diomedei templi, & luci. Cuniculo hauritur in agro Aquileiensi, hodie ad vicum D. Cantiani *S. Cazan*, & post 14. milliaria existit ad Fanum S. Ioannis Chersici *S. Giovanni di Cherso*. Ei tribuuntur 7. fontes à Martiale, ab aliis nouem: quomodo autem hæc conciliari possint lege Cluuerium, explicantem etiam miracula quorum meminit Polybius, qui eius etiam fontem μητέρα θαλάττης nuncupat.

Formio inferiore sui parte *Rizano*, superiori à Germanis *Alben*, duos habet fontes, quorum alter *Fulm* dicitur,

fortè corruptè pro *Farm*, voce magis alludente, vt credit Cluuerius.

NVM. 3. *Veneti: hodie* la partie Occidentale du Frioul, la Marche Taruisane, le Vicentin, le Padoüan, le Dogado, la plus grande partie du Ferrarois, & le Polesin de Rouigo.

VRBES VENETORVM.

SPINA à Pelasgis ante Troiæ ἅλωσιν condita, Plinius tamen putat à Diomede statutam, tempore Strabonis tantùm vicus, quondam vrbs Græcanica nobilis, olim ad mare sita, sed viuente Strabone xc. stadiis ab eo disiuncta, vt ait Scyllax bis mille quingentis passibus distat: famosa est Thesauro suo Delphico. Ab ea dictum ostium Spineticum, de quo suprà: *eius etiam ruinæ periere.*

PATAVIVM: *Padouë*, vrbs Antenoris Melæ, Liuio & aliis: sic dicta est vel à Padi vicinitate, vel à Palude Padinâ, seu Paduâ propinquâ, vel ἀπὸ τοῦ πέτεσθαι ab Augurio In eâ inquit Strabo, censi sunt D. viri equestres, & ad bellum XX armatorum millia emittebat, ac duobus Meduacis alluebatur.

ATRIA, seu HADRIA: hodie *Adria*, & *Adri* Tusciæ oppidum Stephano, & opus Diomedis; ab hac dubio procul dictum mare Hadriaticum, vt asserunt Liuius lib. 5. & Plinius lib. 3. cap. 17.

Fossa Clodia ad Meduacũ minorem; hodie *Baciglione nuouo.*

Ateste Colonia Plinio, & Tacito: *Este.*

FORVM ALLIENI: *Ferraria*, postea corruptè Forum Arrij, vnde vox Ferraria detorta est, dictum & Trigabulos.

VICENTIA: *Vicenza*, Colonia & Municipium, ex quâ natus Cecina legatus Vitellij, de quo Tacitus 3. Annal.

Altinum in paludibus situm Straboni, affixum erat ripæ Silis Fl. vbi nunc eius ruinæ ostenduntur *Altino rouinata*, malè dicitur esse *Torcello*, quia eò translatus Episcopatus. Laudantur lanæ Altinates.

Opitergium: *Oderzo*, vrbs excisa à Quadis Marcell. lib. 29. sed postmodum reparata; sæpè capta, sæpè diruta.

Concordia Colonia, Ordia corruptè apud Strabonem; malè Carnis tribuitur à Ptol. Iulia Col. dicitur in inscriptionibus; *eius vestigia visuntur.*

FLVMINA VENETORVM.

- PADVS: de quo §. 4. cap. 2. vbi & de eius fonte, & ostiis.
- Athesis: *Ladice*; quem aliqui perperam cum Atisone confundunt; Veronam alluit.
- Tartarus: *Tartaro*; aliter Atrianus cuius meminit Tacitus 3. Historiarum.
- Meduaci duo { Maior / Minor } hodie { *Brenta.* / *Bachiglione.* }
- Liquentia: *Linenza*, fluens ex montibus Opiterginis Plinio lib. 3.cap. 18. Seruius putat de eo loqui Maronem lib. 9. *Liquentia flumina circum*, vbi & quidam legunt malè Liquetia.
- Eretenus: *Retone*, Vicentiam alluens optimas anguillas alit, ait Ælianus.

FONS { APONVS, seu Aquæ Patauinæ, & Patauini fontes: sic dictus est quasi sine labore ἄπονος. Describitur apud Cassiod. lib. 2. Epist. 39. Ad hunc fontem Gerionis oraculũ, de quo Suetonius in Tiberio. Ab hoc quoque Patauina regio dicitur Apona tellus apud Martialem: hodie *Abono* vicus, ad quem ille fons, nomen retinet.

NVM. 4. *Cenomani*: *hodie* vne grande partie du Veronois, la partie du Mantoüan au delà du Pô, vn grande partie du Bressan, & quelque partie du Cremonois.

VRBES CE-

- BRIXIA: vulgò *Brescia* & *Bressa*, incolæ Brixiani, caput gentis Cenomanorum, Colonia Ro. & Municipium.
- CREMONA: *Cremone*, Græcis Cremon, tempore belli Annibalici facta Colonia, & anno V. C. 562. reparata, missis 6. millibus familiarum, grauiter ab Octauiano afflicta, quando agri ciuibus adempti, quando & cecinit Maro,

  Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

  Item à Vespasiano incensa est, sed mox eo adnitente reparata.
- MANTVA: *Mantouë*, de cuius nomine vide Seruium ad illud x. Æneid. *Matrisque dedit tibi Mantua nomen*; à

NO-MA-NO-RVM.

quo & populi Tusci caput fingitur in gratiam patriæ suæ, cùm reuerà caput Tuscorum esset Felsina, seu Bononia *Boulogne*. Patria Virgilij vulgò dicitur, & Donatus ait natum esse in pago *Andes* non procul à Mantua, qui hodie dicitur *Petolo*. Vrbs illa ad Mincium Fl. sita est.

VERONA: *Verona* filia Brixiæ, vt ait Catullus, ad quam consedisse dicuntur Cenomani apud Liuium lib. 5. Plinius tamen hanc vrbem Rhætis attribuit.

Hostilia vicus ad Padi Minciíque confluentias, cuius Tacitus meminit: nunc *Osteia*, seu *Ostiglia*.

Ardelica, malè Ariolica: nunc *Pesquiera*.

Sirmio Peninsula in lacum Bennacum excurrens; prædium cuius herus fuisse videtur Catullus, qui vulgò Veronensis dicitur: hodie *Sirmione*.

Bedriacus vicus celebris pugnâ inter Othonem & Vitellium, mox aliâ inter Vitellium, & Vespasianum; Victori dicitur Bebriacum, Betriacum Plutarcho: hodie *Canet* ad Confl. Ollij, & Clusij fluuiorum.

FLVVII CENOMANORVM.

Ollius: *Oglio*, ab incolis *Oio* per lacum Sabinum defluens, ortus ex monte *Montaruolo*.

Mela: *Mela*, vicinus Brixiæ, apud Catullum dicitur Brixiam *percurrere*, lege ex Cluuerio *præcurrere*: oritur ex monte Brenno, hodie *Manina*.

Clusius Polybio, in Tabulis Itiner. Cleusis: hodie *Chiese*, seu *Chiesi*.


Mincius: *Menzo*, Benacum lacum percurrens Plinio, Sequestro, Seruio, & aliis; Probus Gram. ex eo oriri scripsit. Certè non desunt aliqui qui eum suprà Benacum dici putent Sarracam, vt & hodie *Sarca*.

LACVS.

BENACVS, qui marinas tempestates imitatur, inquit Seruius, vnde Maro *Fluctu assurgens Benace marino*, hodie *Lago di Garda*: Straboni ex Polybio est longit: 500. stadiorum, latitudinis CL. Phylargirus dat ei 1200. stadia in circuitu; de verâ amplitudine dicemus lib. sequenti.





28
29
47
GALLIA
TRANSPADA
HELVETI
Brunagu
Lausana
LACVS
LEMANVS
Vibiscus
Penni
Lucus
46
NATVA:
TES
Agaunu
SE
Sedunum
DVNI
Octo
Noviomagus
VERA:
GRI
Forū Claudii
CEN:
Summus
Penninus
SA:
Isara fl.
TRO:
NES
Avga
Prætoria
Arebrigium
45
M. Graius
Duria flu.
Artolica
LAS:
IDEO NI
REGNVM
Arcus fl.
SE
GV:
SI
Cinisius M.
COTTI
Segusio
Ocelum
44
NI
RI:
Cingomagus
Fanum
Martis
Duria
Matro na Mons
Brigantiu
RE G
NVM
Rama
Forum Vibii
Padus oriens
28
29





GALLIA TRANSPADANA
Inter pag. 546 et 547
HELVETIORVM
LACVS LEMANVS
PARS
RHÆ
TO
RV
M
ALPES TRIDENTINÆ
Brixentes
Brixino
CVRIA
Calucones
ALPES
LEPONTII
Sedunum
Bilitio
Vennones
EVGANEI
Camuni
Tridentum
Bellunum
Feltria
Verruca
PARS
Tarvisium
Atinum
Vicentia
PATAVIV
COMV
OROBII
MEDIOLANVM
INSVBRES
BRIXIA
CENOMANI
Verona
MANTVA
Hostilia
CREMONA
Bedriacum
Via Postumia
ERIDANVS
SEPTEM
MARIA
Padus flu.
LIN
Rhegium Lepidi
Mutina
BOII
Bononia
Claterna
Forum Cornelii
Faventia
Placentia
Via Æmilia
ANAMANI
APENNINVS MONS
VERCELLA
Laumellum
TICINVM
LÆVI
LIBICII
PADVS
LIGVRES
FLVVIVS
Dertona
AVG. TAVRINORVM
Asta
Alba Pompeia
Eporedia
SALASSI
VERAGRI
Octodurus
NATVATES
SEDVNI
CENTRONES
Augusta Prætoria
IDEONI REGNVM
SEGVSIANI
COTTII REGNVM
Segusio
Ocelum
Vitricium
28
29
30
31
32
33
34
35
47
46
45
44



NVM. 5. *Euganei*, *hodie* partie du Bressan, du Trentin, le Bergamasque, & la Valtelline.

POPVLI EVGANEI.
- Vennones: *Val Venosca*, vltra fontes Ollij Fl.
- Triumplini: *Val di Troppia*.
- Camuni: *Val Camonica*.
- Rugusci, & Rigusci: *in agro Tridentino*, vbi & Rotalianus campus.
- Suanetes: ad vicum *Zuan*.
- Brixentes: ad vrbem *Brixen*.
- Calucones: *in Engadina*.
- Stoni, seu Stoeni: ad Vicum *Stor*.

VRBES EVGANEORVM.
- Anonium, seu Anaunia: *Non*, seu *Nan* ad Fl. Nosinum.
- Garda, seu Lagare oppidum, cuius mentio in Longobardicis: nomen seruat & lacui dedit, *Garda*.
- Tusculanum: *Tusculano*, locus ruderibus multis effossis inclytus, præcipuum oppidum incolarum lacus Benaci, qui inde Benacenses appellantur.
- Maternum, nauale seu portus Tusculanensium, vt suspicatur Cluuerius; hodie *Maderno*.
- Sabium, cuius incolæ in inscriptionibus dicuntur Sabini; hodie *Sabio*, vel *Sabbio*.
- Voberna oppidum ad Clusium Fl. *Boarno* vicus.
- Vannia Ptolemæo, cuius oppidani Vannienses: hodie *Cıueda*, siue *Ciuidado* in valle Camonicâ.
- Telium: *Tellio*, vnde vallis Tellina.
- Clauena *Chiauena*.

FLVVII EVGANEORVM.
- Ollius: *Oglio*, in Padum cadens.
- Addua: *Adda*, per Tellinam vallem decurrens, & cadens in lacum Larium.
- Vbartus: hodie *Brembo*, pontem Aureoli stringens.
- Humatia: *Serio*, in Adduam cadens.
- Mella: *Mela*, in Ollium defluens.
- Clusius de quo suprà: *Chiese*, vel *Chiesi*.
- Sarraca: hodie *Sarca*, pars superior Mincij Fl.

LA-
- Benacus ex parte, de quo numero superiore: *Lago di Garda*.
- LARIVS: *Lac de Come*, qui iuxta Catonem per LX. millia

CVS EVGANEORVM.

tenditur vt habet Seruius: Straboni trecentorum ferè stadiorum, hoc est 37. mil. ½ Phylargirus dat ei circuitus centum viginti stadia, & amplius; sed de eo iterum in recentiore. Posteriori æuo dictus est Comacinus. Et superior eius pars Antonino dicitur SVMMVS lacus, cuius vestigia supersunt in vico *Samolico*: hodie hæc pars dicitur *Lago di Chiauena*, aliter *della Riua di Mezuola*.

SEVINVS, seu SEBINVS, ab oppido Seuo, seu Sebo dictus: hodie *Lago d'Isco*.

EDRINVS, seu EDRANVS, ab vrbe Edro: nunc *Idro*, vnde *Lago d'Idro* nuncupatur.

MONS { Brennus ex quo Mella Fl. effunditur: hodie *Monte Manina*.

NVM. 6. *Insubres*, *nunc* partie du Duché de Milan, le Cremasque, & partie du Cremonois.

VRBES INSVBRIVM.

MEDIOLANVM: *Milan*, Italis *Milano*, Straboni & Ptol. Mediolanium, Procopio Mediolana in plur. dicta est fortè à Mediolanio Eburonicum, *Eureux*: Alciatus putat sic dictam vrbem ab insignibus Æduorum qui Suem, & Biturigum qui Veruecem præferebant. Leander à voce Celticâ *Medel*, virgo, & *lant*, terra, quòd hîc Pallas coleretur: nam fabula est quod de animali setigero, & lanigero narratur. Apud Polyb. lib. 2. dicitur μεγίστη, καὶ πολυανθρωποτάτη τῶν Γαλατικῶν, & hanc Gallos vocare μητρόπολιν; Procopij tempore habitabatur à Liguribus, & princeps erat vrbium Occidentis secundùm Romam. Tacito firmissimum municipium dicitur, & in inscript. Antonino Pio, Nouæ Athenæ: an quia hîc Pallas coleretur? huius templum postea mutatum est in ædem S. Teclæ.

LAVS POMPEIA, sic dicta à Pompeio Strabone patre Pompeij Magni qui Coloniam renouauit, & ei ius Latij dedit, vt aiunt Strabo & Asconius: hodie est *Lodeué*, vicus sic dictus à Longobardis quasi Laus Vetus, quando *Loddi* hodiernum extructum est.

Forum Diuguntorum, aliàs Iutuntorum: *Crema*.

Acer-

Acerræ, seu Acherræ: *Gherra*, ad confluentias Adduæ, & Serrij, celebris vrbs in historiâ Ro. Polybio, & Straboni.

Pons Aureoli: hodie *Ponte San-Pietro*, aliis *Pontiruolo*; ab Aureolo dictus, quem vicit hîc Gallienus, Claudius postea ibidem interimit.

FLVVII

- Addua: *Adda*, Vbartus: *Brembo*, Humatia: *Serio* — de quibus suprà.
- Frigidus, aliter Lamber, hodie *Lambro*; vnde fortè Lambrani milites nomen traxere.

NVM. 7. *Orobij*, partie du Duché de Milan autour de Come.

VRBES OROBIORVM.

BERGOMVM: *Bergamo*, à scriptoribus medij æui Bergamum, Procopio Pergama in plurali, apud Paulum Diac. Pergamum, & Pergamus. Ei adiacens regio abundabat ære purissimo, ait Plinius; qui ex Catone notat Bergomates dictos esse à vrbe Berga, *etiam nomine prodente esse altiùs, quàm fortunatiùs sitos*.

COMVM: Κῶμον: *Como* ad lacum Larium, afflictum à Rhætis suprà accolentibus, à Pompeio Strabone Magni patre reparatum, ait Strabo lib. 5. quibus Cneus Scipio tria millia Colonorum adiecit; addidit Iulius Cæsar quinque millia, de quibus quingenti fuere Græci nobilissimi, túmque incolæ dicti Neocomitæ, & Colonia Nouumcomum. Sed illi noui ciues malè affecti sunt initio belli ciuilis. Scriptores mediæ ætatis Sigebertus, & Regino vrbem vocant Cumas, & incolas Cumanos.

FONS PLINI, in loco vulgò etiamnum *Pliniano*; de hoc fonte plura in Admirandis dicemus.

FORVM LICINII, & corruptè apud Plinium Licini-forum: creditur hodie dici *Pieue d'Incino*, Cluuerio est *Berlasina*.

LACVS

LARIVS, de quo in Euganeis.

EVPILIS, quem Lamber fluuius subit, nunc exaruit ex parte, & abiit in tres minores lacus, vt ait Paulus Iouius Comensis. De eo iterum in nouâ, nam in præsentiâ oblimatus in tres lacus minores conuersus videtur.

NVM. 8. *Lepontij*, *hodie* vne partie des suiets des Suisses, & la partie du Duché de Milan, vers le lac Maieur.

VRBES LEPONTIORVM.
- Oscella: hodie, *domo d'Oscella* Italis, Germanis *Tuhm in Eschentaàl.*
- Belitio castrum in CANINIS CAMPIS Gregorio Turon. lib. 10. cap. 3. hodie *Bellizona*. Hos autem campos Caninos, malè quidam putant Grisonibus dedisse nomen, quia canus Italis *Griso*, Germanis *Grauu*; nam hi campi dicti sunt Canini non Cani. Cur ergo Canini dicti? ignoratur, nisi ab iis qui vaticinari volunt.

FLVVII
- Ticinus: *le Teßin*, in Verbanum lacum influens ortus ex monte Adula, *S. Gotard.*
- Ceresius lacum cognominem nectens lacui Verbano; hodie *Tressa*; quibusdam & Gauni lacus olim, vt in nouis tabulis adnotatur.

LACVS
- VERBANVS: *Lago Maggiore*, Straboni longitudine cccc. Stadiorum, de quo & adiunctis ei lacubus in recentiore Italiâ plura dicentur.
- Ceresius Gregorio Turon. *Lago di Lugano*, fortè in Tabulâ Itinerariâ Cusius lacus corruptè scribitur.

NVM. 9. *Læui*, *hodie* les Territoires de Pauie, & de Nouarre.

VRBES LÆVORVM.
- NOVARIA: *Nouarre*, à Fl. cognomine dicta, Municipium teste Tacito; sic dictam volunt quasi Nouam Aram: ab Eltio quodam Troiano condita creditur filio Veneris, qui hîc aram matri suæ posuit, & montem cui vrbs imposita est de suo nomine Eltium appellauit. Innuere videtur Plinius sic dictam quasi Nouam Ariam, reliqua vide apud Leandrum, qui hîc multas fabulas profert.
- TICINVM: *Pauie*, à Læuis & Mariscis conditum oppidum Plinio; malè apud Ptolemæum addicitur Insubribus. Municipium erat, & bello 2. Punico tantùm vicus.

FLVVII
- Nouaria: hodie *la Gogna.*
- Ticinus: *le Teßin*, prælio Romanorum memorabilis, & pietate maioris Africani in patrem.

NVM. 10. *Libicij*, *hodie* la Seigneurie de Vercelles, la Lumegliane, & partie du Montferrat au delà le Pô.

VRBES LIBICIORVM.

VERCELLÆ: *Vercelli*, Gallis *Vercelles*; Marcellino Vercellum, vicus tãtùm Straboni, iuxta hanc vrbem erat auri fodina: ab vrbe non procul, scilicèt inter hanc & Laumellum, & Nouariam RAVDII CAMPI, in quibus deuicti Cymbri à Mario 100 millibus trucidatis, vt ait Velleius lib. 2. Auctor de viris illustribus, & Florus vocant huius cædis campum Raudium, quorum vestigia inuenit Cluuerius in vico *Rubio*.

LAVMELLVM: *Lamello*, & *Lumello*, vnde dicta est Regio Laumellana, quæ perperam apud Plinium Alliana scribitur, vt ingeniosè suspicatur Cluuerius.

Rigomagus: *Trino*, nobis *Trin*; Magus autem pontem videtur significare, vt aliàs innuimus.

Quadrata: *Crescentino*.

FLVVII LIBICIORVM.

Orgus, Plinio Morgus: *Orco*.

Duria maior Augustam Prætoriam alluens: hodie *la Doria Baltia*, aliter *la Doria Bautia*.

Sessites Vercellas intingens, aliter Sessis, vel Sestis: hodie *Sesia*, item & *Senza*, & *Sisia*, & *Sessa*.

NVM. 11. *Salassi*, *hodie* le Val d'Aoste, & quelque partie du Piedmont.

VRBES SALASSO-

AVGVSTA PRÆTORIA condita ab Augusto eodem loco, quo Terentius Varro castra fixerat, dum gentem hanc rebellem exscindebat: hodie *Aôste*. Hæc à Solino & Capella dicitur Italiæ Limes.

EPOREDIA: sic dicta à Gallis à voce *Eporedicâ*, quæ significat *bonos equorum domitores*, ait Plinius lib. 3. cap. 17. Ad hanc saliunca optima crescebat; eóque deducta Colonia est teste Paterculo Mario sexies, Valerióque Coss. annis 18. post Narbonam, ab eo tamen malè collocatur in Vagiennis: hodie *Yurée*, & *Inurea*, & *Lamporegio*.

RVM. | Vitricium: hodie vicus *Vereggio*, seu vt aiunt incolæ *Verezo*.
Arebrigium: hodie *Monago*.

FLVVIVS. | Doria Maior Augustam Prætoriam, & Eporediam alluens: hodie *la Doria Baltia*, seu *Bautia*.

NVM. 12. *Taurini, hodie* vne bonne partie du Piedmont au delà le Pô, & quelque peu du Marquisat de Saluces.

VRBES TAVRINORVM. | TAVRASIA Polybio, Liuio, & Appiano, Taurania Stephano; postea facta Colonia dicta est Augusta Taurinorum, & Colonia Taurina Tacito, incolæ Taurinates & Taurinenses. Fabulantur à Lamisone nepote Noëmi conditam esse, & de suo nomine dictam, at *Lamiso* linguâ huius regionis *Taurum* sonat. Stephanus ait sic dictam à *Tauro*, qui pictus erat in signis Massiliensium: hodie *Turin* nobis, Italis *Turino*.
FORVM VIBII corruptè Vibiforum, incolæ Vibiforenses, & Forovibienses, in quorum agro haustus cuniculo Padus postea emergit, de quo Plinius lib. 3. cap. 17. hodie *Castel Fiori*.

FLVVII TAVRINORVM. | PADVS de quo suprà.
Doria Minor Segusium *Suze* alluens, hodie *Dorietta*.
Stura: *la Stoure*.

NVM. 13. *Segusini, seu Regna Cotij, & Ideonni, hodie* parties du Piedmont, & du Dauphiné.

VRBES SEGV- | SEGVSIO, seu SEGVSIVM: *Suze* (vnde gens Segusiani Ptolemæo, in inscriptionibus dicti Segusini) sic dicta à fluuiolo Sege, hodie *Semar*, hîc in minorem Doriam confluente. In eâ monimentum visebatur Cotij reguli, inquit Marcel lib. 15. Erat Rom. municipium, & præsidium ad tutelam huius viæ, vt intelligimus ex Suetonio in Tiberio.
Ocelum, finis Cotiæ terræ Straboni lib. 4. Cæsari Citerioris prouinciæ extremum: hodie *Esilles*.

SI-NO-RVM.	Cingomagum, & Cingomagus: vicus *Sesane*; Italiæ, & Galliæ limes Plinio, in Tabulâ Hierosolymitanâ Gesdao, seu Gadao dicitur. Brigantium vicus, seu castellum postea Virgantium: *Briançon.* Rama: hodie vicus *Rame*, Segusinorum limes. Artolica, corruptè Ariolica: hodie *Tuglia*, nobis *la Tuille.*
MON-TES	Graius, Liuio Cremonis iugum: hodie *le petit S. Bernard.* Cenisius: *le mont Cenis*; aliter M. Cinereus. Vesulus: *Monte Viso*, vel *Veso*, ex quo Padus exoritur. Matrona, in Itinerariis Tabulis Alpis Cotia: hodie *le Mont Geneure*, seu *Genebra.*
FLVVII SEGV-SINO-RVM.	Druentia: *la Durance.* Doria Minor: *la Dorietta.* Stura: *la Stoure.* Orgus: *Orco.* Fontes Doriæ Maioris: *la source de Doria Baltia.*

CAPVT IV.

De Populis Galliæ Cispadanæ.

HI vulgò numerantur Ligures, Anamani, Boij, Lingones, Senones, & de quibus magna difficultas Gæsatæ.

§. I. *Descriptio Historica.*

NVM. I. *De Liguribus.*

NOMEN & ORIGO. Ligures è gente Celticâ fuerunt, vt optimè demonstrat Cluuerius, & à Græcis Λίγυς, & Λίγυες appellantur, itémque Ligustini: à Romanis Ligures nuncupati sunt. Eustathius & Stephanus volunt sic dictos à Ligure Fluuio; fabulæ. Idem Eustathius à quodam Ligure, quem Tzetzes facit Albionis fratrem, qui se opposuit Herculi vadenti ad Boues Gerionis:

Paulus Diacon. Longob lib 2. cap. 16. à colligendis leguminibus, quorum ferax hæc regio, nomen habere putat

Mores. Fortes sunt & minùs otiosi, quia colunt effœtum solum, & sterile, *Diodorus Siculus lib.* 4. Mulieres in primis laboriosæ, cuius affert exemplum idem, & *Posidonius apud Strabonem*, de parturiente, quæ non nisi emissa à conductore, cessauit ab opere. *Strabo* ait eos viuere è re pecuariâ, & lacte, atque hordeaceo potu se sustentare. Patientissimi laborum describuntur, vnde *Liuius*, Ligures *durum in armis genus*; & *Maro* 2. Georg. *Assuetúmque malo Ligurem*. Fallaces quoque depinguntur à *Virgilio*, & *Claudiano*. Itémque apud *Seruium* à *Catone* 2. Originum, vbi & *mendaces*, & *illiterati* dicuntur.

Fines Ligurum quidam ad Rhodanum Fl. *le Rhosne*, extenderunt; ita Scyllax; & qui hactenus prodiit sub nomine Heracleotæ Scymnus eosdem Ligures vsque ad Antium promouet, vbi emendandum est *Arnum* pro *Antio*. Certè à plerisque Luca & Pisæ in Liguribus collocantur, & Apuani Ligures ad Arnum fluuium promoti sunt, qui olim Tusciæ terminus erat atque Liguriæ. Augustus Liguriæ finem voluit esse Macram amnem, *Magra*, vt discimus ex Plinio, qui deinceps à Geographis hîc fixus est. Silius Italicus poëticè Liguriam promouet ad lacum Trasimenum *le lac de Perouse*; transcendit etiam aliquando Apenninum, vt ex Notitiâ Imperij, & sequente paragrapho videbitur.

Nvm. 2. *De Anamanis*.

Nomen & Origo. Dicti sunt aliter Ananes, & Anamares. Quinam autem hi fuerint etiam diuinare non potuit callidissimus in hac arte Cluuerius; is credidisset eos esse Ambarros, nisi aliunde nouisset Ambarros cum aliis in nomen Insubrium transiisse. Amici & socij Romanorum extitere, quare in eorum agro Placentia Colonia facta est.

Fines. *Ab occasu* fluuio Varusa *Versa* à Liguribus separantur, alij Tidonem Fl. assignant, vt Cluuerius, *Tidone*, cui subscribimus: *ab ortu* Taro fluuio *Taro* diuiduntur à Boiis; *à Meridie* Apennino à Liguribus: denique Pado *ad Septentrionem* à Læuis, & Cenomanis.

NVM. 3. *De Boiis.*

NOMEN & ORIGO. Boiorum in Galliâ Transalpinâ meminit Cæsar, & vulgò creduntur incoluisse *le Bourbonois*: iunctíque Lingonibus Tuscos expulerunt post Olymp. 64 an. 3. vt præmonuimus; & hæserunt in Italiâ donec à Romanis expulsi sunt, vel exterminati. De bellis Romanorum cum Boiis sæpe Polybius, & Liuius: vltimum legitur apud Liuium lib. 36 quando à P. Cornelio Nasica victi sunt, eodem Cornelio & M. Acilio Glabrione Coss. túmque dimidiâ agri parte multati. Tandem eiecti sunt ex Italiâ vt tradunt Polybius & Strabo; sed modum, & tempus non explicant.

FINES. *Ab Occidente* Taro Fl. separabantur ab Anamanis; Idice Fl. *l'Idice* à Lingonibus *ab Oriente*; Apennino *à Meridie* à Liguribus; *à Septentrione* denique Pado à Cenomanis, & Venetis.

NVM. 4. *De Lingonibus.*

NOMEN & ORIGO. Dicti sunt à Lingonibus Gallis quorum vrbs Andomatunum *Langres*. Ita cum Boiis coniuncti sunt, vt vnam gentem conflasse videantur; quare Polybius lib. 2. Boios Senonibus conterminos videtur statuisse; nihilominus saltem sub initium discreti erant.

FINES. *Ab Occidente* Idice Fl. diuidebantur à Boiis; *à Meridie* Apennino monte, à Tuscis; *ab Oriente* Vtente Fl. *Montone*; denique *à Septentrione* Pado Fl. à Venetis.

NVM. 5. *De Senonibus.*

NOMEN & ORIGO. Straboni Σένονες & Σείνονες dicuntur; Ptolemæo Σέμνονες; Polybio Σήνωνες; Diodoro Σέννωνες. Orti sunt à Senonibus Gallis *ceux de Sens en Bourgogne*, & ab iis dicta Sena Gallica *Senigaglia*, vltimíque omnium Gallorum, vt præmonuimus, Alpes transgressi sunt.

LOCVS & REGIO. Vbi autem habitarint primùm, non satis inter scriptores liquet. Liuius enim lib. 5. consedisse ait in eo tractu qui extenditur inter fluuios Vtentem *Montone*, & Æsim *Esino*. At

Diodorus lib. 14. ſcribit eos occupaſſe remotiſſimum ex montibus ad mare collem, vbi cùm nimio æſtu grauarentur, nouas ſedes quærere decreuiſſe. Auctor tamen de viris illuſtribus, ait ſterilitate coactos inde exceſſiſſe. Appianus verò in Annibalicis, & Procopius in Gothicis aliter ſentiunt: tradunt enim Gallos ab vrbe quam ceperant per Camillum repulſos Apenninum tranſcendiſſe, & hîc ſedes collocaſſe, vbi mox eorum ſtatuemus fines; quæ opinio parum probabilis eſt. Itaque cum Cluuerio arbitror primùm Senones ad Sinum Hadriaticum conſediſſe, & illectos pulcritudine, & amœnitate Tuſciæ quam habebant ante oculos, inuitatos etiam ab Arunte Cluſino, ob vxorem à Lucumone corruptam, etiam oblatis frugibus, Cluſium obſediſſe cùm tranſiiſſent per locum qui Sapinia Tribus dicitur ad fontes Sapis Fl. vbi hodie *Bagni di S. Maria*; relicto Cluſio Romam perrexiſſe, victiſque turpiter ad Alliam Romanis vrbem incendiſſe, ex cuius ruinis per Camillum eiecti ſunt.

Quomodo autem & quando desierint Senones; non eſt leuior difficultas. Strabo ait exterminatos eſſe; Ρωμαῖοι τούτους ἐξέφθειραν: & paulò pòſt ἀφανισθέντων Σενώνων, cùm tamen Boios *expulſos* eſſe dicat. Sed quomodo id contigerit Polybius lib. 2. vtcumque expedit. Narrat M. Curium Dentatum, cum iis ad Aretium pugnantem Legatos miſiſſe pro captiuis redimendis, ſed hos interfectos eſſe; Romanos in perfidos irruiſſe fortiter, & partim cecidiſſe, partim expuliſſe: conſulatus autem M. Curij Dentati in annum V. C. 463. cadit. Attamen Dionyſius Halicarn. in Excerptis legationum, & Florus lib. 1. cap. 14. innuunt exterminatos eſſe; ita loquitur Florus: *Po. Ro. ſic Senones perſecutus eſt, vt hodie nulla veſtigia ſuperſint; deuicti ſunt ad lacum Vadimonis*, &c. *ne quis extaret qui incenſam à ſe Romam gloriaretur*. Ex quibus conficitur à M. Curio Dentato deuictos, Senáque coloniâ conſtitutâ vltra Rubiconem conſediſſe, ac demum in pugnâ ad Vadimonem contra Dolabellam omnes concidiſſe.

Eorum ager exinde modò dictus eſt Picenus, modò Gallicus, de cuius fertilitate dicemus in Admirandis ex Varrone, & Columellâ: Liuius tamen lib. 23. agros Gallicum & Picenum diſtinguit; & 39. coloniam Potentiam in Piceno, Piſaurum in Gallico agro ſitas ait.

FINES. Liuius lib. 5. Senones recentiſſimi aduenarum ab Vtente Fl.

Fl. *Montone* ad Æsim *Fiumesino* : separabant itaque Senones *ab Occidente* Vtens Fl. à Lingonibus, *ab Oriente* Æsis Fl. à Piceno; *à Septentrione* mari supero eluebantur; *à Meridie* primis montibus, & oræ maritimæ propinquioribus; nam Sarsinam & Vrbinum dicuntur Vmbri retinuisse.

NVM. 6. *De Gæsatis.*

STRABO lib. 5. Geogr. suæ, ait GÆSATAS vnà cum Senonibus Romam cepisse, immo & Galliæ Cispadanæ partem incoluisse; quod vnus inter veteres Geographos asseruit. Nam discimus ex Polybio lib. 2. Gallos Cisalpinos sollicitasse Transalpinos qui inter Rhodanum accolebant *Gæsatas*; è re dictos, quòd æra bellando merere solerent διὰ τοῦ μισθοῦ στρατεύειν Γαισάτας προσαγορευομένους. Vnde Orosius lib. 4. cap. 13. negat Gæsatarum nomen esse Gentis, sed Mercenariorum Gallorum ait esse. Strabo autem duas expeditiones Gallorum confudit, primam qua vrbs incensa est, alteram quæ contigit anno vrbis c. 528. vt bene Cluuerius probat.

§. 2. *Geographica descriptio populorum Galliæ Cispadanæ.*

NVM. 1. *Ligures*, le Marquisat de Saluces, partie du Piedmont, la pluspart du Montferrat, toute la coste de Gennes, la Seigneurie de Mourgues, partie du Comté de Nice, & la partie du Duché de Milan qui est au deçà du Pau.

Ligures olim diuisi sunt in *Capillatos* & *Montanos*. *Capillati*, loca maritima incoluerunt, vt testantur Plinius, & Dio; *Montani* ad Apenninum, & ad Alpes.

Ligures Capillati.

VE- NICÆA Massiliensium: *Nice en Prouence*; ad cuius discrimen Asiatica dicitur *Nicée*, aliter *Nice en Bithynie*: sic dicta est à Massiliensium victoriâ de Liguribus.

DI- Herculis Monœci portus, hodie *Monaco* aliter *Mourgues*, malè *Villa-Franca*. Hinc Mancinus in Numantinos proficiscens audiit, *Mancine mane*.

ANTII.

Trophæa Augusti: *Torbida*, patria Pertinacis Imperatoris qui natus erat in villâ Apennini, & ex continuatione lignariæ negotiationis dictus est Pertinax.

CEMENELIO aliter Cemenæum, à monte Cemeno vrbs sic dicta: *omnino concidit*, eius rudera ostenduntur in monte Acema, ex quo Plinius Varum fluuium effundit.

VARVS Fl. *Il Varo*, nobis *le Var*, Italiæ & Galliæ Braccatæ terminus, ex monte Acemâ profluens.

INTEMELII.

ALBIVM INTEMELIVM, vel Albintemelium, corruptè in Martyrologiis Victimelium, *Vintemille*; vrbs magna Straboni, & eidem Albia dicta quasi Alpia, quia eò vsque Alpes producebantur.

Rutuba Fl. *la Rotta*, vrbem prædictam alluens.

INGAVNI.

ALBIVM INGAVNVM: *Albenga*, Straboni πόλισμα oppidulum; postea Albingaunum.

Galinaria Insula: *Isola d'Albenga*, à Gallinis syluestribus nomen habet, quæ hîc affatim ab aucupibus capiuntur; earum meminere Varro, & Columella.

VERI LIGVRES.

VADA SABBATIA, item Sabata, & Vada Sabatorum, locus veteribus celeberrimus; hodie *Vadi*, seu *Vai*, & *Vé*.

SAVONA: *Sauone*, quæ vulgò malè confunditur cum Vadis Sabbatiis: eius meminit Liuius lib. 28. vbi ait Pœnum deposuisse prædam suam.

GENVA: *Gennes*, emporium Ligurum Straboni, quam ineptè dictam esse Staliam putauit Stephanus: à Scriptoribus mediæ ætatis dicitur Ianua, vt apud Procopium lib. 2. & 3. Diruta est à Magone Pœno, & restituta à Romanis, factáque municipium.

Portus Delphini: *Porto Fino*.

Boactes Fl. corruptè Boaceas Anton. nunc *Brignolo*.


Ligures Montani.

VA-

AVGVSTA VAGIENNORVM; vbi fuerit non satis constat: eam Cluuerius circa Carmaniolam locat *Carmagnole*.

POLLENTIA: *Polenzo*, ad Fl. Tanari, & Sturæ confluen-

o-
o-
bs
in
n-
c-
otè
na-
uia
op-
tri-
ca-
cus
dis
de-
ne-
ous
. &
fa-
tat:
ole.
en-




GALLIA
CISPADANA
Inter · Pag. 558 et. 559
GAL:
LIÆ
PARS
ALPES
CENOMA:
NI
IN:
SV:
BR ES
LIBICI
TAV:
RI:
NI
VAGIENNI
LIGVRES
ANA:
MANI
BOII
LIGVRES APVANI
MONS
APENNINVS
VE:
NE:
TI
LIN:
SINVS HADRI:
ATICI PARS
SEPTEM OSTIA PADI
PARS
ET RV:
RIÆ
PADVS FLV.
Eporedia
Mantua
Tartarus
Hostilia
Flussius
Nuceria
Parma
Brixellum
Forum Lepidi
MVTINA
BONONIA
Claterna
Spina
RAVENNA
Placentia
Comillomagus
Clastidium
Velia
Iria
Dertona
Libarnum
Bodincomagum
Forum Fulvij
Astia
Pollentia
Alba pompeia
Aquæ Statiellæ
Forum Vibij
Salinæ
Fontes padi
M. VESVLVS
Duria flu.
SAVONA
Vada Sabbatia
Albium Ingaunũ
Galinaria Ins.
Portus Maurittij
Lucus Bormani
Albium Intemelium
Herculis Monœci portus
NICÆA
Antipolis
Lerina
Lero
VARVS FLV.
Ricina
Segesta
Monilia
Lucus Feroniæ
Luca
Pisæ
Auser flu.
Florentia
Fæsulæ
Pistona
Casferonianum
Saltus Gallicanus
Cortona
Clusium
Lacus Trasimenus
VOLATERRA
SENA IVLIA
Vada Volaterrana
Arnus Fluvius

GIEN-NI. | tes; iuxta vrbem Sylua celebratur; item & lana quæ Varroni & Columellæ dicitur Pollentina.
PADI Fontes de quibus suprà cap. 2. §. 4. num. 2.

STATIELI, & STATELATES. Meminit Liuius lib. 42. Campi Statelatis vbi Ligures à Ro. deuicti sunt.
- AQVÆ STATIELÆ, seu Aquæ Statielorum, cuius oppidani Aquenses Plinio: *Acqui.*
- ALBA POMPEIA, nobile municipium, cuius incolæ Albenses Pompeiani: nomen retinet *Alba*
- Asta ad Tanari, Vrbísque fluminum confluentes; Colo. Ro. Ptolemæo; eius crebra mentio in Scriptoribus mediæ ætatis: *Aste.*
- Tanarus Fl. parum nobilis, ad quem tamen, vt ait Ælianus, peculiares piscandi modos exercent incolæ; hodie *Tanaro*, & *Tanero.*
- Vrbs Fl. *Orba.*

VELIATES, cognomine VECHELII.
- VELIA, vnde dicti populi, sita erat ad Fl. Varusam hodie *Versa*, aut ad Tidonem *Tidone*; meliùs situs eius ignoratur.
- DERTONA Colonia, Straboni Darthona: *Tortona;* incolæ Dertonenses, dicta & Iulia Dertona, celeberrima in inscriptionibus.
- Clastidium: hodie *Chiasteggio*; clara in Historiâ Romanâ in bellis à Scipione & Marcello gestis.
- Bodincomagus, vbi postea nobile oppidum conditum est *Casál S.Vas.* Dicebatur à Romanis Industria, à Liguribus Bodincomagus, ait Plinius.
- Libarnum, Libarna Plin. & Ptol. rudera eius visuntur circa Arcuatum *Arqua.*
- Iria: *Voghiera*, hoc est vicus Iriæ ad Fl. Iriam qui hodie *Staffa*, seu *Staffora* dicitur.
- Comiliomagus & Comeliomagus, fortè & Camillomagus, hodie *Brone*, aut locus alius vbi ponte iunctus est Padus.

NVM. 2. *Anamani, hodie* le Duché de Plaisance, la Principauté de Landi, l'Estat Palauicin, & quelque peu du Parmesan.

VR- | PLACENTIA: *Piacenza*, Gallis *Plaisance*, ad quam deducta Colo. sub initium belli 2. Punici, dicitur tamen à Cicerone Municipium, quod frustrà Asconium plu-

BES ANA-MA-NO-RVM.

rimum torquet. Nobile habebat Amphitheatrum quod bello inter Cecinnam, & Spurinam deflagrauit, distabátque vrbs M D. passibus à Pado.

Emporium Placentinorum ad Padum, quod Annibal frustra obsedit, immo & hîc accepit vulnus, *vbi fuerit ignoratur*.

Florentia, seu Florentiola, *Firenzuola*.

Fidentia, seu Fidentiola: *Borgo di San-Donnino*, dicta quoque & Iulia Fidentia, & Iulia Chrysopolis in vitâ S. Domnini, sed ponitur in viâ Claudiâ: vtrum autem hæc pars Æmiliæ viæ sit dicta Claudia, non audet statuere Cluuerius.

FLVVII ANA-MA-NO-RVM.

Fossa Æmilia: cuius meminit Strabo lib. 5. producta à Placentiâ Parmam vsque, ducta an. V. C. 638. annis 72. à stratâ viâ Æmiliâ per M. Æmilium Lepidum inter Placentiam & Ariminum; hæc autem fossa ducta est à M. Æmilio Scauro, ob campos aquâ nimiùm dilutos per Fl. Trebiam, cui malo hac fossâ prouidit.

Trebia: clade Romanâ inclytus, Plinio cognomine Placentinus: hodie *Trebbia*.

Hadria: *Larcha*, vt indigenæ putant.

Sesterio in vita S. Domnini ad Fidentiam vrbem: hodie *Stirone*, & *Sestro*, & *Sestrone*.

Tarus: *Taro*, & *Tarro*.

Nvm. 3. *Boij*, *hodie* la plus grande part du Duché de Parme, les Duchez de Reggio, & de Modene, l'Estat de Corregio, &c. partie du Mantoüan deça le Pô, la Frignane, partie du Bolognese, Duché de Mirandole, partie du Ferrarois.

VRBES

Parma: *Parme*, incolæ Parmenses Plinio, Stephano Parmani; in viâ Flaminiâ facta Colonia V. C. an. 569. reparata ab Augusto, & dicta Colonia Iulia Augusta Parma.

Tannetum: *Taneto*, seu *Tanedo*, Liuio corruptè Cannetum, vnde malè ab indoctis collocatur trans Padum vbi nunc est *Canneto*, non procul à Pado: dicitur clarus locus pietate C. Seruilij Consulis, de quâ vide Liuium.

BOIORVM.

Forvm Lepidi in viâ Æmiliâ, postea Regium Lepidi Ciceroni: nunc *Rezzo*, & *Reggio*. Notat Festus ad Fretum Siculum Rhegium scribi per h, à frangendo, hoc autem sine aspiratione à regiâ dignitate, quare apud Phlegontem Trallianum dicitur πόλις βασίλεια. Incolæ apud Plinium aliquando Regienses dicuntur, aliquando Regienses à Lepido, alij ad Fretum Rhegini. Nomen accepit à M. Æmilio Lepido an. V. C. 565.

Mvtina: *Modena*, Gallis *Modene*, Colonia Rom. an. V. C. 569. obsidione Decimi Bruti per M. Antonium celebris.

Brixellum Col. *Bressello*, Paul. Diac. Brexillus, nobilitata morte Othonis post pugnam ad Bedriacum.

Forum Nouum: *Fornoue*.

Nuceria, seu Luceria, vtroque enim modo olim dicebatur: hodie *Lucera*, seu *Luzzara*.

Bononia: *Bologne la Grasse*, in viâ Æmiliâ, malè Stephano Bobonia; cùm à Tuscis tenebatur Felsina dicta, corúmque metropolis ait Plinius lib. 3. cap. 15. Colonia fuit & Municipium Romanorum.

Forum Gallorum; vicus in viâ Æmiliâ, bellis ciuilibus nobilis, & Pansæ Consulis vulnere, ex quo paulò pòst obiit: hodie *Castel Franco*.

FLVMINA BOIORVM.

Parma Fl. *Parma*, Parmam vrbem influens.

Nicia Plinij, in Itinerariis Nigella, ad Brixellum cadens; hodie *Hensa*, seu *l'Ensa*.

Gabellus in Tab. Itin. Secia: hodie *Sechia*.

Scultenna, Plinio, Liuio, Straboni: *Il Panaro*.

Rhenvs: *Reno; Paruus* dictus Silio, *Bononiensis* Plinio in quo Insvla, celebris constituto Triumuiratu inter Octauium, Antonium, & Lepidum: nam Dio lib. 46. ait hunc conflatum esse in Insulâ Fl. qui Bononiam præterfluit. Appianus eam constituit in Fl. Lauino, hodie *Lauino* qui cadit in Rhenum, sed est admodum exiguus, nec habet Insulam quæ capiat tres viros à suis disiunctos. Indigenæ locum ostendunt cœnosum inter Lauinium Fl. & Girondam Fl. lutosum; sed hæc omnia Cluuerius vt nugas explodit.

NVM. 4. *Lingones*, *hodie* partie du Bolognese, de la Romagne, & de la Romagne Florentine.

VRBES LINGONVM.

- FORVM CORNELII, viæ Flaminiæ affixum, aliter Forum Cornelium, à L. Cornelio Sylla, vnde in Martyrologio dicitur Forum Syllæ. Paulus Diaconus rerum Longob. lib. 2. cap. 18. ait Fori Cornelij castrum dictum esse Imolas; vnde iam nomen vrbi *Imola*.
- Claterna: *Quaderna*, celebris in historiâ Romana, vnde Hirtius Consul præsidium deiecit.
- FAVENTIA: *Faënza* ad quam Carbonis exercitum deleuit Sylla per Metellum Pium; huius agri singula vitium iugera sexcentas vrnas reddebant vini, vt ait ex Varrone Columella lib. 3 cap. 3. vt ipse Varro 1. de re Rust. cap. 2. tricenas amphoras, vnde illæ vites dictæ Tricenariæ.
- Solonæ, vnde incolæ Solonates Plinio: hodie *Citta di Sole*; ad Fl. Vtentem.
- Butrium: hodie *Budrio*.

FLVVII LINGONVM.

- Idex Fl. *l'Idice*, Boiorum & Lingonum limes.
- Silarus: *Sillaro*, seu *Sillero*.
- Vatrinus, seu Saternus, *Santerno*.
- Sennus, *Senno*, aliter *Senio*.
- Anemo Plinio, in Tabulis Itinerariis Animo, hodie *Armone*, & *Amone*.

NVM. 5. *Senones*, *hodie* partie Orientale de la Romagne.

VRBES

- RAVENNA: *Rauenne* nobis, Italis *Rauenna*, incolæ Rauennates, non Rauennenses, vt vult Stephanus: à Claudiano dicitur antiqua, quia diu ante Troiæ ἁλωσιν condita à Thessalis, vt ait Strabo lib. 5. sed Thessali non ferentes iniurias Tuscorum eam Vmbris tradidere, quare ab eodem Strabone vocatur Vmbrorum Colonia. Sita est in paludibus, ædibus ligneis, aëris saluberrimi, vnde hîc gladiatores alebantur. Describitur à Procopio 1. Goth. & Sidonio lib. 1. Epist. 8. vbi vrbs Trigemina dicitur. Prima di-

SENONVM.

cebatur *Rauenna*, seu *Ciuitas vetus*: 2. *Classis*, seu *Portus nouus*: 3. *Via Cæsarea*, vel *Cæsaris*, quæ ducebat à Rauennâ ad Classem. *Classis* nomen seruat *Classe*, vbi monasterium S. Apollinaris: veteris Rauennæ locus dicitur *Porto di Rauenna*.

Ager Vritanus amœnissimus cuius meminit Appianus 1. Ciuil. Situs erat inter Rauennam & Fidentiam.

Ficoclæ: hodie *Ceruia* in mari; nomen accepit à Cerua precibus S. Bastiani Episcopi sanatâ, vt legitur in eius vitâ, vbi tamen perperam Phicole scribitur.

FORVM LIVII, apud Antoninum malè Iuli: *Forli*.

Forum Popilij, an olim Forum populi dubitari potèst; hodie *Forlimpopolo*, & *Forlippiccolo*, quasi *Forum minus*.

CÆSENA: hodie *Césena*; Procopio Cisina, Straboni Cæsene apud Isapim & Rubiconem amnes: sic lib. 5.

FLVMINA SENONVM.

VTIS, seu Vtens-Vtentis, malè in vitis SS. Bidens: hodie *Montone*.

BEDESIS, ad veterem Rauennam influens, aliter & Bidens; in fonte *Ronco*, dicitur, in parte inferiori *Bedese*.

RVBICON, limes Galliæ, & Italiæ transitu Cæsaris memorabilis, paruus & puniceus à Lucano dictus, quem colorem à glareâ trahit, inquit Sidonius: hodie dicitur *Fiumecino* ex tribus fluuiolis conflatus, quorum Occidentalior vocatur *Vrgone*, seu *Rugone*, quem Cluuerius putat esse verum Rubiconem quia ad Cæsenam inclinat, vt vult Strabo lib. 5. medius *Pisatello*, quem Leander & Blondus Rubiconem credunt; tertius Orientalior *Borco* qui alluit Sauinianum, quare in ostio ab incolis dicitur totus ille Fl. *Fiume de Sauignano*. Tabulæ recentes 1. vocant *Pisatello*; 2. *Butrio*, seu *Rugosa*; 3. *Plusa*. De inscriptione ad hunc fluuium lege Cluuerium, & puta commentum esse, si doctioribus confidis.

CAPVT V.

De Vmbris & Tuſcis, ſeu Etruſcis.

VMBROS, atque TVSCOS, in vnum caput à nobis coniectos eſſe nemo mirabitur, qui intelliget quàm fuerint implicatæ vtriuſque populi ditiones; vt mox ex hiſtoricis paragraphis agnoſcetur.

§. I. *Vmbrorum deſcriptio Hiſtorica.*

NVM. I. *Nomen Vmbrorum & origo.*

Hos Græci Vmbros Ὀμβρικοὺς nominarunt, & Ὀμβρίους, *quòd inundatione terrarum imbribus ſuperfuiſſent*, vt aſſerunt Plinius, & Solinus. Idem tamen Plinius lib. 3. cap. 5. eos à Ombrone Fluuio dictos ſuſpicatur: is per Etruriam decurrit (hodie *Ombro*) quod etiam firmare Stephanus videtur.

De eorum origine duæ opiniones circumferuntur; *Prima* eos αὐτόχθονας credit; ita Florus lib. 17. cap. 17. qui eos Italiæ populos antiquiſſimos nominat; ſic & alij qui imbribus eos ſuperfuiſſe putauerunt: *Altera* eſt Solini capite 8. qui ex Boccho tradit Vmbros Gallorum veterem progeniem eſſe; cui & adſtipulatur Iſidorus lib. 9. cap. 2.

NVM. 2. *Politia Vmbrorum.*

POTENTISSIMI olim fuerunt Vmbri, quando Vatrenus Fl. ſeu Vatrinus nunc *Santerno* Tuſcorum & Vmbrorum limes erat, quando & Butrium condiderunt, & Rauennâ potiti ſunt quæ ipſis conceſſa eſt, cùm Tuſcorum iniurias Pelaſgi ferre non poſſent. Tuſciæ quoque maximam partem occupabant, quare Lycophron videtur Arnum Fl. limitem Vmbriæ, atque Liguriæ conſtituere. A Pelaſgis autem eiecti ſunt ex magnâ Etruriæ parte, poſtquam hi ſe Aboriginibus coniunxerunt, Cortonámque occuparunt. Item & à Gallis Senonibus victi ex parte maritimâ Vmbriæ ad montes confugere ſunt coacti. Ac demum cùm Senonum ager Piceno cõtributus eſſet, redditus eſt Vmbriæ poſtliminio, vt à Strabone nominatim aſſeritur, & ex deſcriptione Ptolemæi intelligitur.

NVM.

TVSCIÆ ET VMBRIÆ Accurata Delineatio

GALLIÆ CISPADANÆ PARS

MONS APENNINVS

LIGVRIÆ PARS

TVSCIA SEV ETRVRIA

VMBRI

VMBRIA

PARS SVPERI MARIS

PICENI PARS

SABINI

LATII PARS

MARSI

VESTINI

PARS MARIS TVSCI SEV TYRRHENI ET INFERI

RAVENNA

ANCONA

ROMA

Ostia

TVSCVS AGER VICINVS ROMÆ

CLITVNI FL DESCRIPTIO

NVM. 3. *Vmbrorum fines & diuiſio.*

Fines Vmbriæ antiquæ igitur hi vulgò recepti ſunt: *ab Occidente* Vtens Fl. *Montone*, cum lineâ ad fontes Tiberis ductâ, Tiberis ipſe vſque ad Naris Fl. confluentias. *A Meridie* Nar ipſe totus ad ſuos fontes in monte Fiſcello *Monte Viſſo. Ab Oriente* linea producta ad medium Æſis fluuij *Fiumecino*, & reliqua pars Æſis ad mare. Denique *à Septentrione* mare ſuperum, aut Hadriatici ſinus pars.

Divisio apud Ptolemæum legitur in Olumbros, & Vilumbros: ex vrbium autem poſitione ſi vnam excipias inuenio Vilumbros trans Apenninum eſſe, Olumbros cis Apenninum, quâ diuiſione vtemur quia methodica, licèt eam Cluuerius improbet.

§. 2. *Geographica Vmbrorum deſcriptio.*

NVM. 1. *De Vilumbris, ſeu Vmbriâ trans Apenninum ſitâ*, partie de la Romagne, de la Romaigne Florentine, la pluſpart du Duché d'Vrbin, l'Eſtat de Fano, & partie de la Marche d'Ancone.

VRBES MARITIMÆ.

Ariminvm Colonia: hodie *Rimini*; vbi fax prima belli ciuilis exarſit, ſic dictum à propinquo fluuio. A Plutarcho in Cæſare vocatur magna Galliæ vrbs, & inter 18. colonias à Triumuiris, militibus deſtinata eſt.

Piſaurum, ſeu Piſaurus Colo. *Peſaro*; nomen habet à præterluente fluuio, dictáque Col. Iulia felix.

Fanum Fortunæ: *Fano*, & ἁπλῶς Fanum, Procopio Fanus; incolæ Faneſtres, vnde poſtea ab Auguſto dicta Colo. Iulia Faneſtris.

Sena Gallica, & Senogallia Colonia: nunc *Senegaglia*, & *Sinigaglia* dicitur; eſt apud Liuium ſimpliciter Sena. Nomen habet à Senonibus Gallis eius conditoribus, incolæ Senenſes, & Senogallienſes. De errore Melæ eam locantis ad Aternum Fl. vide Cluuerium.

VR-

Camerinvm Col. *Camerino*; Camarinum Cæſari, Cameria Appiano: eius incolas ſuos ciues appellat Cato.

VRBES MEDITERRANEÆ.

Sentinum : *Sentina*, incolæ Sentinates : ad hanc vrbem Decius deuotus occubuit.

Attidium : *Attigio*, vicus prope Fabrianum ; huius ager Atidialis vocatur.

Busta Gallorum : *locus intercidit*; sic dictus quòd hîc Galli victi ad Sentinum demortuorum corpora cremassent. Situs erat Sentinum inter & Attidium.

Forum Sempronij : *Fossumbrone*, vel *Fossumbruno* municipium; tamen à Strabone inter exigua loca numeratur.

Vrbinum Hortense : nunc *Vrbino*; Procopio Vrbinus, à quo describitur in colle, cum vnico fonte.

Vrbinum Metaurense à Fl. Metauro : hodie *Castel Durante*; municipium vt loquitur inscriptio.

Tifernum Metaurense ad prædictum Fl. hodie *S. Angelo in Vado*, vt arguunt inscriptiones.

SARSINA : *Sarsina*, seu *Sarsena*, Plauti patria qui Vmbrica voce ipse Vmber *Plotus* dictus est, hoc est *Planipes*, & postea Plautus.

FLVMINA in superum mare decidentia.

Sapis, & Rubicon ; *de quibus in Gallia Cisalpinâ.*

Ariminus, & Ariminum : hodie *Marechia.*

Pisaurus aliter Isaurus Vibio Sequestro, & Lucano : hodie *Foglia.*

Crustumenius, & Crustumenium Plinio : *Conca.*

METAVRVS, & Mataurus inclitus clade Asdrubalis ; hodie *Metaro*, & *Metro.*

Sena Græcis Σῆνα & Σένων : hodie *Cesano*, 4. mil. pas. *à Senigaglia*; nam qui hanc vrbem alluit dicitur *Nigola.*

Æsis Fl. Asius Ptolem. Ἀσῖνος Appiano, sic dictus ait Silius à Rege Pelasgo Æsi ; hodie *Fiumesino Fiume*, voce corrupta, pro *Esino Fiume.*

NVM. 2. *De Olombris, seu Vmbriâ cis Apenninum*, partie du Duché d'Vrbin, partie du Territoire de Perouse, le Comté de Citta Castellana, & la pluspart du Duché de Spolete.

VR-

Tifernum Tiberinum ad discrimen Metaurensis, Municipium : hodie, *Citta di Castello.*

BES V M- BRIÆ CIS A- PEN- N I- NVM.

IGVVIVM Municipium, incolæ Iguuini quorum meminit Cæſar : hodie *Eugubio.* Ad hanc vrbem Templum erat Iouis Apennini, in ſummo eius vertice.

Aſiſium, incolæ Aſiſinates : *Aſiſi*, nobis *Aſiſe.*

MEVANIA ad Tiniæ Clitumníque fluuiorum confluentes, hodie *Beuagna*, cuius campi celebrantur ; vrbs antiqua vt liquet ex Liuio.

FORVM FLAMINII, vbi Gallus & Voluſianus Imperatores interfecti fuere, Euſebio; alij volunt Interamnæ : hodie *Ponte centeſimo.*

SPOLETIVM Colonia : nunc *Spoleto*, aut *Spoleti* ; incolæ Spoletani, aut Spoletini; hanc Annibal fruſtrà tentauit, hîcque multos è ſuis amiſit.

TVDER Colo. Tudernum Ptolem. aliis Tudertum, Procopio Tudera : *Todi*, incolæ Tudertes, & Tudertini. Suſpicatur Leander apud Dionyſium Hal. dici Tioram. Hîc erat Templum, & Oraculum Martis Dodonæo ſimile, per Picum auem redditum.

AMERIA : *Amelia* ; incolæ Amerini, dicitur & Amerium ; ab Amiro quodam nomen habuit, ait Feſtus.

Interamna Municipium : hodie *Terni*, ſic dicta quia Nare fluuio cingitur : incolæ Interamnates cognomine Nartes, Plinio.

NARNIA : *Narni*, olim Nequinum Liuio, vnde incolæ Nequinates, & Nequiæ Stephano. Leander ait ſe legiſſe Narniæ in vetuſto codice ſic dictos eſſe, quòd olim incolæ obſeſſi vxores liberóſque ſuos, ac demùm ſeipſos interemiſſent ne venirent in hoſtium manus. De fornice quem hîc Nari impoſuit Auguſtus, vide Procopium; eius etiamnum hodie extant rudera.

Carſula, vrbs ἀξιόλογος Straboni, ineptè à quibuſdam cum Carſeolis confunditur, nam hæc vrbs in Æquis: hodie Carſula dicitur *Caßigliano.*

Ocriculum, & Ocriculi Municipium : nunc *Otricoli* ; commoratione Veſpaſiani celebre, & Fabij Maximi facto.

FLVMINA Vmbriæ in Tiberim defluëtia, & per eum in mare inferum.

Tinia Plinio, Straboni Tenea, Meuaniam vrbem alluens, ait Strabo lib. 5. Inglorius Silio dicitur; hodie *il Topino*.

Clasia aut Clasius supra Assisium defluens: hodie *Chiaggio*.

CLITVMNVS: hodie *il Clitonno* describitur à Plinio Iuniore lib. 8. epist. 8. vbi tamen nihil de mirabili virtute, quâ boues in eo bibentes candidi fiunt. Vides hunc descriptum in Appendice Tabulæ.

NAR ab Epitomistâ Stephani, & Procopio Νάρνος: hodie *Nera*, & *Negra*, sic dictus quia *Nar* linguâ Sabinâ *sulphur* sonat; vel vt etiam ait Seruius quòd in modum narium duos exitus habeat; certè vt ait idem Seruius, dum currit est sulphurei coloris, dum hauritur Tiberi, albi.

§. 3. *Historica Tuscorum Descriptio.*

NVM. I. *Nomina Tuscorum.*

GRÆCIS Τυῤῥηνοὶ & Τυρσηνοὶ nominantur apud veteres Pindarum, Hesiodum & Euripidem, immo & Dionem. *Romanis* autem Etrusci, seu Hetrusci, item & Tusci, & aliquando Thusci, vt Plinio, à θύω *sacrifico* & θυάζω, vt volunt Seruius & Isidorus: cum hoc tamen discrimine quòd terra Hetruria, homines Tusci dicerentur, vt Varro & Seruius annotarunt. Primus Tusciæ nomen L. Florus vsurpauit; sed Plinius Hetruscos & Thuscos promiscuè vocat, & Hetruscos à Rege dictos putat, Thuscos à sacrifico ritu.

Tyrrheni autem nuncupati sunt, vel à Tyrrheno quodam Athys & Callitleæ filio, aut Herculis ex Omphale; vel certè à minutis domiciliis quæ *Tyrseis* Tyrrheni vocant. Trania autem pro Tyrrheniâ dici videtur à Seraphione apud Dioscoridem de resinâ.

NVM. 2. *Origo Tuscorum.*

TRIPLEX de Tuscorum origine opinio ex Dionysio Halicarnassensi, Strabone, Hellanico & aliis.

Prima sententia est Tuscos indigenas esse, & à domiciliis minu-

tis nomen accepisse, priúsque Razenas esse dictos à quodam Duce; sic quidam apud Dionysium.

Secunda est, Pelasgos fuisse, quia Pelasgi vocantur à Sophocle in choro Inachi, & eos venisse ex Thessaliâ Lemno & Imbro Insulis, origine autem Arcadas esse, vt iam dictum est in Græciâ.

Tertia est, Tyrrhenos ex Mœoniâ, seu ex Lydiâ Asiaticâ venisse, sic Strabo, Herodotus lib. 1. Velleius Paterculus lib. 1. & alij. Cùm itaque duos fratres hæc Regio capere non posset Lydum & Tyrrhenum, sorte ductâ Tyrrhenus cum ingenti multitudine venit in Italiam, Lydus in Asiâ restitit, & Mœoniam de suo nomine Lydiam dixit.

Sed ad conciliandas illas opiniones Cluuerius obseruat Pelasgos à quibusdam quasi *Pelargos* nuncupatos esse *Ciconias*, quòd turmatim errarent per vrbes Græcas, atque Barbaricas, & ex Arcadiâ profectos in Thessaliam venisse, inde eiectos in Lemnum, Imbrum, immo & Mœoniam traiecisse. Duas autem expeditiones à Pelasgis susceptas fuisse, & primò quidem regionem ad Padum incoluisse: aliam venisse coloniam ex Lydiâ quæ Vmbros eiecit ex Tusciâ, & nouis illis Pelasgis veteres adiunctos esse, qui amplissimam regionem à mari supero ad inferum occuparunt; donec superuenientibus Gallis in duas gentes distracti sunt Rhætos, & Tyrrhenos, seu Tuscos, vt mox dicemus.

NVM. 3. *Politia Tuscorum, & potentia.*

COEPERVNT eminere Tusci ex quo Tarchon Princeps Pelasgorum Tyrrhenorum expulsis Vmbris pro sede, atque arce belli Cortonam constituit. Eos autem fuisse potentissimos multa ostendunt. *Primò*, quòd Capuam condiderunt, vt aiunt Strabo, Paterculus, Mela. *Secundò*, quòd de eorum nomine Italia tota dicta est Tyrrhenia, vnde & Roma in Tyrrheniâ apud veteres collocatur, vt ait Dionys. *Tertiò*, quòd toto mari infero sint potiti, quod de suo nomine Tyrrhenum appellauere. *Quartò*, quòd Insulas Sardiniam, & Corsicam adiunxerint Imperio suo, vt ait Strabo lib. 5. *Quintò*, quòd Imperium destinarint extendere ad Columnas Herculeas, eóque colonias mittere, sed à Carthaginiensibus impeditos, vt tradit lib. 5. Diodorus.

Quomodo autem eorum potentia decreuerit non minùs est im-

plicitum. Igitur eiici cœperunt ex Circumpadanâ regione à Gallis anno vrbis conditæ 154. Olymp. 45. regnante Tarquinio Prisco: haud tamen omnino expulsi fuerunt; nam Olym. 64. an. 3. cum Vmbris iuncti expeditionem in Cumanos susceperunt, quæ eis pessimè cessit, operâ Hieronis Siculi; ex quo res eorum in peius ruerunt, vt ex Diodoro, & Scholiaste Pindari discimus; ideóque à Syracusiis etiam vexati sunt, vt tradit Diodorus lib. 11. Ac demum Circumpadanam regionem amiserunt; paulò post annum vrbis C. 369. Tunc autem eorum aliqui in Alpes ascendere Rhæto duce, ex quo pars illa Tuscorum in Rhætorum nomen transiit; reliqui ad eos transierunt qui in Hetruriâ consistebant, vbi cum Romanis depugnantes ab iisdem sensim subacti sunt.

Diuidebantur autem in 12. populos, δώδεκα ἡγεμονίας Dionys. lib. 6. vocat, qui à 12. vrbibus sic dicti sunt. *Cere, Tarquinij, Rusellæ, Vetulonij, Volaterræ, Arctium, Cortona, Perusia, Clusium, Volsinij, Falerij, Veij*, de quibus mox in Geographicâ descriptione. Seruius in 10. Æneidos, ait singulis his populis singulos Lucumones præfuisse, sed vnum etiam duodecim illis imperasse. Hi Principes, seu Reges ferebant coronam auream cum sceptro cuius in summo Aquila, purpuream tunicam auro textam; eósque anteibant 12. lictores; sedebant autem in sellâ eburneâ, vt ait Dionys. Halic. lib. 3.

NVM. 4. *Mores Tuscorum.*

MOLLISSIMOS fuisse Tuscos ait Strabo, ideóque à Gallis pulsos esse credunt *Diodorus*, & *Athenæus*. De mulierum Etruscarum mollitie, & puerorum inuerecundiâ legatur idem *Athenæus* lib. 12.

Supra reliquas gentes Auguriis dediti fuere; quare deinceps ad eos Romani misere liberos suos vt Aruspicinam ediscerent.

Bis de die conuiuia celebrabant, in vasis argenteis; stragulis domorum parietes velabant quæ floribus distinguebant; & seruos lautissimè vestitos alebant. Excogitauere tubam, quæ ab iis Tyrrhenica nuncupata est.

Literis addictiores fuere, & in artibus omnibus solertes atque ingeniosi, ob commercium cum Græcis ex quibus orti erant: hæc *Strabo*, atque *Diodorus*.

Hîc Scenici optimi, quam ob causam sæpe Romam euocabantur; quare & Histrio ab iis nomen accepit, nam eorum linguâ

Hister ſonat *Ludionem*, ſic *Liuius*, & *Valerius Maximus*.

Apud eos ſi quis ſoluendo non eſſet, ſequebantur eum pueri cum vacuo marſupio; *Heraclides in politiis*.

NVM. 5. *De qualitate Etruriæ.*

FOECVNDITATE nulli regioni decedit, vnde deliciis diffluebant, & luxu Tuſci, *Diodor. lib. 5.* Colles etiam habent arationi idoneos, & humore modico non hiberno ſolùm, ſed & æſtiuo tempore regio irrigatur, *idem Diodorus.* Multi inde fructus, & tellus hîc fert omnia non tantùm ad neceſſitatem, ſed etiam ad delicias; *idem Diodorus Siculus.*

NVM. 6. *Quantitas & fines Etruriæ.*

CERTVM eſt olim obtinuiſſe Padi oſtia, ſi quidem foſſas omnes hîc ductas operâ Tuſcorum *Plinius* ait; vnde & Scyllax hîc Spinam Tuſcorum vrbem agnoſcit. Ne hîc te morer Galliam Circumpadanam olim ab Atheſi fluuio *l'Adice* ad Orgum Fl. *Orco* videntur obtinuiſſe. Nam Atria Tuſcorum colonia fuit, & à Gallis atque Liguribus olim ſeparati erant. Extenderunt & ditionem ſuam vltra Arnum Macram vſque: nam Piſas & Lucam in Etruriâ, collocant Liuius & Strabo. Promoti ſunt olim & ad Circeium Prom. quod ex Theophraſto colligitur, & Heſiodo in Theogoniâ. Niſi malis id referre ad ea tempora quorum meminit Dionyſ. Halicarnaſſenſis lib. 1. quando Vmbri, Latini, Auſones, & tota Occidentalis Italia Tyrrhenia dicebatur.

FINES verò ab omnibus Geographis recepti ſunt, *ab Occidente* Arnus, aut Macra; *ab Oriente*, Tiberis; *à Septentrione* Apenninus; *à Meridie*, mare inferum cui nomen dedit Tyrrhenũ, poſtea Tuſcum.

§. 4. *Geographica Etruriæ deſcriptio.*

NVM. 1. *Decerpta Liguriæ, ſeu Regio inter Macram, & Arnum fluuios;* quelque partie de l'Eſtat de Gennes, l'Eſtat de Mazza, & de Carrera, les terres enlacées du Grand Duc, partie de la Carfagnane, l'Eſtat de Luques, & quelque peu du Piſan.

APVANI LIGVRES eam regionem incoluerunt, qui Romanis multum exhibuere negotij, eóſque aliquando malè multarunt.

Sed

Sed cùm tandem multo labore & cæde domiti essent, pars eorum translata est ad Samnites in agrum qui fuerat Taurasiorum, altera pars ex montibus in planitiem descendere coacta est; sic Liuius lib. 39. Dicti sunt ab Apuâ vrbe circa Macræ fontem, quæ hodie ab omnibus dicitur *Pontremoli*.

VRBES MARITIMÆ.

LVNA: hodie *Luna Citta destrutta*, infra Sarzanam quam alij affigunt ad sinum *di Spezza*, quem volunt esse Lunensem portum, de quo vide multa apud Cluuerium, sed satiùs est indigenis, & testibus oculatis credere, & nihil obest quin hîc fuerit portus Lunensis. Celebrantur plurimùm apud antiquos eius vrbis marmora, quæ hodie *les marbres de Carrera*, aliter *de Gennes*.

Fossæ Papyrianæ: hodie *Viareggio* statio Lucensium.

Portus Pisanus, seu Emporium Pisanum: hodie vicus *Capanone*.

VRBES MEDITERRANEÆ.

PISA Colonia, & Municipium, aliter Pisæ, sic dicta à Pisis ad Alpheum: hodie *Pise*: vtraque Pisa in loco riguo, vnde fortè nomen habet vt credit Eustathius à πίω, & πῶσις. Quidam hanc volunt à Pelope conditam; meliùs & cautiùs Strabo à Pelope ortam ait.

LVCA Colo. & Municipium: *Luques en Toscane*, quæ modò Liguriæ, modò Tusciæ ab antiquis traditur. In eâ semina belli ciuilis iacta sunt, dum amicitia conciliatur inter Cæsarem, Pompeium & Crassum.

Lucus Feroniæ: hodie *Pietra Santa*.

Forum Claudij: fortè *Cà Maggiore*.

FLVMINA.

Macra Straboni & Plinio, Macralla Ptolemæo, Liguriæ & Tusciæ terminus: hodie *Magra*.

Auser Plinij, Auzur Rutilio, Æsarus Straboni: hodie *Serchio*; malè cum Boacto Ptolemæi confunditur.

Arnus antiquus Tusciæ, & Liguriæ limes: hodie nomen retinet *Arno*.

Piscinæ Pisanæ, hodie *Lostagno*, inter Liburnum & Pisas *Liuourne*, *& Pise*.

NVM. 2. *De duodecim Etruriæ populis, seu Dynastiis.*

VO-LA-TERRANI *la plus grande partie du Pisan.*	VOLATERRA: *Voltera*, vrbs antiquissima, potentissima, maxima, bellis Syllanis attrita: eius incolæ Volaterrani Ciceroni charissimi. Videtur ab Aristotelo describi sub nomine Oenareæ, vt omnes ferè arbitrantur; in medio vrbis erat tumulus satis amplus. Herculis Labronis portus, seu ad Herculem, Ciceroni Portus Herculis: hodie *Liuorno*. Zosimus ab hoc portu putat naues Liburnicas dictas, ideóque hunc vocari Liburnum. Vada Volaterrana Ciceroni, aliis ad Vada: hodie *Vada*, & *Vadi*, ad ostia Fl. Cecinæ hodie *Cecina*, ad quem & Salinæ Volaterranæ.
VE-TVLONII *vne partie du Pisan, & l'Estat de Piombino.*	VETVLONII, vbi aquæ calidæ in quibus pisces viuebant: hodie eius tantùm rudera ostenduntur, vulgò *Vetulia* supra Populoniæ ruinas, ad vicum *Capiglia*. POPVLONIA, & Populonium, & Populonij, de quo ineptas habet Seruius etymologias; à Pelasgis cõdita dicitur: & in hac vrbe erat Iouis simulachrum ex vna vite incorruptum multis æuis conspectum ait Plinius: hodie visuntur eius rudera non procul *à Piombino*. Promontorium cognomine Populonium, hodie dicitur *Capo di Campana*. Manliana oppidum, hodie *Scarlino*, diuersum ab eo quod Ptolemæus collocat prope Clusium. Massa Veternensis: hodie *Massa* patria Galli Cæsaris, Ammiano Marcellino.
RVS-SEL-LANI	RVSSELLÆ, postea Rosellæ dictæ à Scriptoribus medij æui: malè creditur esse *Grosseto* Annio Viterbiensi, sed est locus dictus *Moscoua*, vbi rudera magnæ & antiquæ vrbis, & iuxtà aquæ calidæ 3. Pas. Mil. à *Grosseto*: hodie *Bagni di Roselle*. Prilis lacus Tullio notus, aliter Prelius, malè Aprilis, Plinio fluuius est: hodie *Lago di Castiglione*. SATVRNIA: antea Aurinia, immo & Italia Stephano:

Marema diqua & di la, auec le Duché de Castro.

Colonia facta est an. V.C. 569. ex Liuio: hodie vetus nomen retinet *Saturnia*.

Telamon portus: nunc *Telamone*, ab vno ex Argonautis ante Troiæ ἅλωσιν conditum oppidum, ait Diodorus.

Portus Herculis: *Porto Ercole*, cui adiacet stagnum marinum, inquit Strabo: hodie *Stagno d'Orbitello*.

Cosa, Cosæ, & Cossa: *Lancedonia*.

Mons Argentarius, seu Pro. Argentarium Straboni, aliter Pro. Cosanum: *Monte Argentaro*.

Vmbro Fl. vnde Vmbri creduntur à nonnullis accepisse nomen: hodie *Ombrone*.

TARQVINII

la partie du Patrimoine de S. Pierre, qui auoisine le Duché de Castro.

TARQVINII, aliter Tarquinia, cuius Tarchon (aliter Tages Etruscis dictus) putatur conditor, incolæ Tarquinienses, & Tarquinitæ; patria Tarquinij Prisci: hodie eius ruinæ dicuntur *Tarqueno* supra *Corneto*.

GRAVISCÆ Col. seu Grauisca, sic dictæ Catoni ob grauem aërem, cui adstipulantur Seruius & Rutilius. Eò deducta est Colonia an. V. C. 571. agérque Tarquiniis ereptus. Strabo ait ætate suâ fuisse Πολίχνιον. Nunc vix visuntur rudera in planitie infra *Corneto*.

Forum Aurelij ita dictum ab Aurelio qui viam Româ Pisas vsque construxit; hodie *Montalto*.

Regis villa sic dicta, ait Strabo, quòd hîc fuisse credatur regia Malæoti Regis Pelasgorum: sita erat non procul à Fl. Arminiæ, seu Floris ostio.

Castrum nouum 4. Mil. Pass. à Centum-Cellis distans versùs Tiberim; malè confunditur à nonnullis cum Castro Inui, seu Panos, nam locus is est in Latio.

Centum-Cellæ: hodie *Ciuita Vecchia*.

CÆRETANI, seu AGYLLINI,

CÆRE, antea Agylla, aliter Cerete, ait Dionys. lib. 1. sic dicta est, aiunt Strabo, & Stephanus, quòd quidam ex Lydiâ veniens interrogasset, quod vrbi nomen, ei responsum est χαῖρε. Erat Cæretanorum Thesaurus Delphis, ait Strabo. Româ captâ eò sacra perducta sunt, vnde dictæ Ceremoniæ; ob hanc causam ciuitate donati, sed rebellantes iure suffragij priuati sunt incolæ, vnde nata formula *in Tabulas Cæritum re-*

partie du Patrimoine de S. Pierre depuis le lac Bracciano iusques à la mer.

ferri, hoc est ignominiâ notari. Numeratur hoc oppidum inter præfecturas Festo: hodie *Cerueteri*.

Pyrgi, Cæretanorum nauale, vbi Lucinæ fanum quondam à Dionysio spoliatum. Metropolis fuisse Tuscorum dicitur Seruio: Colo. Ro. fuit Liuio, Villa Rutilio: hodie *S. Seuera*.

Alsium, ab Aleso conditum, quasi Alesium, Colo. Ro. hodie *Palo* villa gentis Farnesianæ.

Lacus Sabbatius, & Sabatinus dictus, ab vrbe Sabbate; *le lac de Bracciano*.

VEIENTES, *l'Estat du Duc de Parme, & la partie du Patrimoine*

VEII, vrbs sita vbi nunc est *Scrofano*, vt demonstrat Cluuerius, nam hic locus est è conspectu Alliæ fluuij, ad quem victi Ro. confugere Veios; 10. annis à Ro. obsessa est, captáque à Camillo Dictatore. Ager eius dicebatur Veientanus cuius pars 7. Pagi dicebatur. Eorum ditio ad mare pertinebat, nam Ro. eis Salinas eripuerunt. Vrbs erat tanti nominis vt in eam vrbem, incensâ Româ, Quirites migrare cogitarent.

Nepet, aliis Nepis, Nepete, Nepeta, Nepa, & Nespetus: hodie *Nepi*, incolæ Nepesini Liuio, Colonia simul & Municipium.

Cremera Fl. nobilis clade Fabiorum, vbi & Arcem extruxerant: hodie *la Varca*, seu *la Valca* ex Baccanensi lacu existens.

MÆSIA SYLVA erepta Veientibus à Ro. de quâ in Admirandis: hodie *il Bosco di Baccano*.

Fanum Voltumnæ, locus communi conuentu Etruriæ nobilis: hodie *Bagno d'Asinelli*, aliis *Viterbe* malè; nam noua ciuitas est Viterbium

MONS CIMINIVS, & lacus & sylua; describuntur à Liuio lib. 9. hodie Mons, dicitur *Monti di Viterbo*, lacus *Lago di Vico*, aliter *di Ronciglione*, sylua excisa est. Seruius ait extitisse lacum ex vecte, hîc ab Hercule impacto, & retracto.

Baccana, seu Buceanæ: hodie *Baccano*.

SVTRIVM: *Sutri*, à Camillo captum, & Sutrinis redditum; vrbs socia Liuio, Velleio Colonia.

S. Pierre tirant vers Rome, & vers la ville du Port.

FREGENÆ Col. quas confundere videntur cum Fregellis Latij Velleius & Solinus. *Obsessæ campo squallente Fregenæ*: Sita erat medio itinere inter Alsium & Portum Augusti; *omnino intercidit.*

PORTVS AVGVSTI apud Tiberis ostia ab Augusto effossus: hodie *Porto*, vrbs Episcopalis.

Salinæ, Veientum videlicet, ad quas conflixit cum Veientibus Ancus Martius, locúmque sibi vindicauit: hodie *Campo di Saline.*

VOLSINII *partie du Patrimoine de S. Pierre autour de Bolsena, & Monte Fiascone, & quelque peu de l'Estat de Sienne.*

VOLSINII, seu Vulsinij oppidum Tuscorum opulentissimum, quod totum fulmine concrematum est Plin. lib. 2. cap. 52. Hîc molæ versatiles inuentæ eidem lib. 36. cap. 18. Hîc natus Ælius Seianus. Fuit antè dicta Tyros, hodie *Bolsena*, & *Bolsene*, ad lacum Vulsiniensem, qui aliquando sanguine manauit: in Martyrologiis Vulsinus dicitur lacus, & S. Christinæ.

Suana cuius incolæ Suanenses Plinio: *Soana.*

Trossulum, vnde Ro. Equites dicti Trossuli, quòd oppidum illud sine pedite cepissent Plinio, & Festo: hodie *Monte Fiascone*, aut non procul.

Ferentinum, & Ferentia, postea Ferentum, Ferentis municipium Vitruuio, qui eius lapicidinas laudat, & vrbi propinquiores optat: hodie *Férenti.*

Herbanum aliter Vrbs Vetus, Procopio Vrbiuentis, & Vrbiuentum; hodie *Oruieto*, ad Fl. Clanim.

FALISCI, Græcis etiam

FALERII: Colonia cuius incolæ Falisci apud Romanos, (nam Græci promiscuè his vocibus vtuntur) Filiscum Diodoro: sic dicta à Phalerio Argiuo apud Solinum cap. 8. Hanc vrbem Camillus virtute non armis cepit, remisso perfido ludimagistro. Quidam tamen duas vrbes esse dicunt Falerios, & Faliscum, vt Solinus antè citatus, dum ait ab Haleso Argiuo conditum Faliscum. Festus à Sale Faleros (sic enim vocat) dictos esse contendit: vel vt Seruius Faliscos, quasi Haliscos. Locus eius ostenditur in rupe insuperabili prope *Ciuita Castellana.*

SORACTE MONS, Varroni Sauractes, quem incolebant

FALERII, *le pays autour du mont S. Syluestre, & de Citta Castellana.*

Hirpi, malè à quibusdam Hirpini, dictus est Soractes à Sorani Ditis cognomine, quia ei fiebat in hoc monte sacrum cuius meminit Seruius ad XI. Æneid. hodie *le mont S. Syluestre.*

Lacus Vadimonis describitur à Plinio Iuniore epist. 20. lib. 8. in quo Insulæ fluitantes. Ad hunc reliquiæ Gallorum Senonum à Dolabellâ concisæ sunt: hodie, *il lago di Bassanello.*

FESCENNIVM: ab Argiuis conditum, vnde versus Fescennini carmina nuptialia: malè in Campaniâ collocatur à Seruio, nam Plinio est in Etruriâ supra Faliscos ad Tiberim: hodie ab incolis *Galesio.*

CAPENA, vnde Capenates in historiis semper iuncti Faliscis, hodie *Ciuitella*; malè *Canapina* hæc enim remotior ab agro Falisco.

Feroniæ lucus vbi templum magnificum Capenatium, cuius meminit Liuius lib. 26. & ait ab Annibale multo auro spoliatum; sacrum erat Proserpinæ vt ait Halic. lib. 3. atque Sabinis, & Latinis quoque religiosum: hodie *Fiano*, quasi Fanum.

CLVSINI, *vne partie des territoires de Sienne, & d'Oruieto.*

CLVSIVM, vrbs antea dicta CAMERS apud Liuium lib. 10. (vbi Annius & Leander legunt Comersolum, sed quo auctore?) Gallicâ obsidione famosum. Eius Rex Porsena, quo regnante res Clusinorum, seu Camertium magnæ erant. In eâ labyrinthus Porsenæ dictus vbi eius sepulchrum, Plinio lib. 36. cap. 13. hodie *Chiusi.*

Clanis Fl. & Clusina Palus, seu Clusinus lacus, nam apud Strabonem lacus statuitur ad Clusium: hodie *la Chiana.*

SENA Colonia, & Sena Iulia, Octauij iussu deducta. Meminit eius Tacitus Hist. 4. Quando ex Senatusconsulto plebs Senensium admonita est modestiæ: perantiqua ciuitas, & ex Polybio à Gallis Senonibus cōdita, alia ab eâ quam in Hadriatico littore condiderunt: hodie *Siena*, nobis *Sienne en Toscane.*

AR-

ARRETIVM: nunc *Arezzo* Colo. & Municipium inco-

RETINI, *vne partie du Florentin au dessus & dessous de Florence, & autour d'Arezzo.*

læ Arretini Veteres dicti Plinio; quorum plerique suppetias tulere Catilinæ, vt & Fæsulani, vrbésque illæ sæpe coniunguntur; vnde mihi suspicio Fæsulas ad Arretinos pertinere.

Fæsulæ, & Fæsula, facta Colonia à Syllâ, in Mugiella valle cuius meminit Procopius: hodie *Val di Mugello;* vrbs hodie *Fiesoli.*

FLORENTIA: *Fiorenza*, nobis *Florence*, olim Fluentia dicta, incolæ Fluentini Plinio: ad Arnum sita vt colligimus ex Ann. I. Taciti: Municipium tantùm fuit. Tempore Belissarij erat populosissima ciuitas.

Pistorium, aliter ad Pistores: hodie *Pistoia*, nobis *Pistoie*, cuius in agro victus Catilina, vbi & Asinus ex tribunali iudicis destinatiùs rudebat inquit Amm. Marcel.

CORTONENSES, *vne partie du Florentin au dessus du lac de Perouse.*

CORTONA, ab antiquioribus Græcis Κρότων Croto, Cyrtonium Polyb. lib. 3. in Itinere Annibalis; à Pelasgis erepta Vmbris, & belli sedes constituta apud Dionys. lib. I. erat circum pascuis læta & munita; malè in Martyrologiis dicitur Colonia Tusciæ pro Cortona Tusciæ. Vtrum autem dicatur Coritus, aut Corithum apud Silium, vide bene multa apud Cluuerium, vbi putat fuisse Regem, sicut apud Maronem 3. Æneid.

PERVSINI, *vne bonne partie du terri-*

PERVSIA Colonia, & Municipium: hodie *Perugia*, nobis *Perouse*, & *Peruse*, ab Achæis originem trahens, ait Iustinus lib. 20. Stephano Perræsium; celebris obsidione L. Antonij fratris Triumuiri, quando & tota deflagrauit vno incolumi templo Volcani, vnde restituta Deum illum pro tutelari impensiùs coluit. Antequam caperetur ab Octauio, Colonia Vibia dicebatur à Vibio Pansâ, Hirtij collegâ; postea Augusta Perusia nominata est.

LACVS TRASYMENVS, Thrasimenus, & Thrasamenus, qui à Strabone statuitur ad Arretium, cùm tamen sit vicinior Perusiæ, quare ab Appiano Perusinus appellatur. Memorabilis est prælio Annibalis contra Flaminium: videtur & apud eundem Appianum vocari

toire de Perou-se. Plestinus. Ostenduntur in planitie rudera Castri, quod hîc Romani postea fixerunt, hodie rudera *di Trasimeno*, vbi incolæ vrbem fuisse perhibent: hodie *Lago di Perugia*, nobis *le lac de Perouse*.

Tusci, villa Plinij iunioris, de quâ tam sæpe in epistolis; quibusdam malè, *Borgo san- Sepulchro*, nam fixa erat ad ripam Tiberis supra Tifernum, quod hodie *Citta di Castello* dicitur.

CAPVT SEXTVM.

De Latio.

NVLLVS in totâ Italiâ locus, immo nulla in orbe regio reperitur apud auctores celebratior; quare æqui bonique lector consulet, si caput istud paulò longiùs excurrat.

§. 1. *Historica descriptio Latij in genere.*

NVM. 1. *Nomen Latij.*

SIC dictum est *à latendo*, quòd in iis oris Saturnus profugus latuisset, vt aiunt Virgilius, & Mythologi; vel quòd ea regio inter Apenninum, & Alpes lateat, ita Varro. Quidam tamen hanc vocem deducunt à Rege Latino; quamquam dubium sit vtrum hic ab illa, an ille ab hac nomen acceperit.

NVM. 2. *Origo Latinorum vbi de Aboriginibus & Pelasgis.*

LATIVM incoluerunt primùm Siculi, seu Sicani; qui autem ante Siculos ignoratur; sic Halic. lib. 1. Sicani autem non tantùm in Latino agro, sed & Sabino, & Tusco, saltèm ex parte, vixerunt.

Tum autem ABORIGINES degebant in montibus atque ita dicti sunt, vel quòd postea ab iis Romani exorti sunt; vel quòd ex multis regionibus cōuenæ hîc consedissent quasi *Aberrigines* (quas causas affert Dionys. Hal. lib. 1. Festus Pompeius, & Sextus Aurelius Victor insinuant) aut certè à Græco ὄρος, quòd in montibus vixerint, quam rationem quoque Dionys. attigit. Pausanias in Ar-

Arcadicis eos Aborigines ex Arcadiâ venisse putat ducibus Oenotro & Peucetio Lycaonis filiis, quod extremum non multùm abscedit à mente eiusdem Dionys. Alij putant Aborigines αὐτόχθονας esse, vt testatur Dionysius, & Festus insinuat, quæ opinio vulgò creditur probabilior. Sed similius vero est Aborigines ex indigenis, atque Pelasgis permixtos esse.

PELASGI autem quinam fuerint iam diximus in Thessaliâ, vbi primam eorum originem retulimus; sed hîc obseruabis triplicem fuisse Græcorum migrationem qui aliquando vno nomine appellantur, ex quo nomine vniuersa perturbatur historia. Ego verò Græcos quater in Italiam irrupisse puto; *Primò* duce Oenotro, & hæc Oenotriorum expeditio dicta fuit, annis 459. ante bellum Troianum, de quâ in magnâ Græciâ. Deinde quando Pelasgi postquàm diu errauerunt, & constiterunt apud Dodonæos, videntes se hospitibus graues in Italiam venere per Padum fluuium, vbi & Spinam condiderunt annis ante Troiæ ἅλωσιν 320, annis 138. post Oenotrios. Hîc autem cùm aliquandiu consedissent partim à Barbaris deleti sunt, partim in Vmbriam trāsiere Tarchonte Duce. Dum igitur Vmbros inuadunt ab iis territi confugere ad Aborigines, qui in nouos accolas insurgunt; sed cùm Pelasgi ad Cutiliæ lacum consedissent, hîcque vidissent fluitātem Insulam ab hostibus pacem petiuere prætexentes oraculum, quo iubebantur in eo loco consistere, vbi Insula ὀχεῖται *moueretur*, quam impetrauerunt, & iis iuncti egregiam hospitibus operam nauauerūt, ipsi Crotonem, seu Cortonā occupauerunt, cum Aboriginibus Sicanos expulerunt ad Anienem fluuium; ex quo loco etiam Siculi eiecti sunt à nouâ Sabinorum gente ex Opicis profectâ, quæ fortè gens Volscorum est.

ARCADES porro tertiam expeditionem suscepere 60. annis ante Troiæ ἅλωσιν duce Euandro. Is Euander filius erat Mercurij ex Nymphâ quæ Græcis Themis dicitur, Romanis Carmenta, & iunctus reliquiis Pelasgorum & Aboriginum, primò circa paludes Reatinas hæsit, deinde cæli grauitate compulsus, ad ea loca perrexit, vbi postmodum Roma condita est, ibique sedes fixit.

Quarta expeditio Græcorum, seu Pelasgorum HERCVLIS dicitur, quando venit in Italiam posteaquam Hispaniam, & Occidentalem plagam domuisset, cùm & suscepit filium Latinum dictum ex Fauni Regis filia, vt ait Iustinus lib. 43. Faunus erat filius Iani, qui Saturnum fugientem Iouis iras hospitio susceperat, &

hic susceperat communicatum à Iano regnum homo iustissimus, & à quo Regio Saturnia dicta fuit. Fuit quoque perhumaniter ab Arcadibus susceptus Hercules: sed hæc omnia de Hercule Liuius fabulosa credit. Quidquid sit certè Latinum in hâc parte regnasse quando ad Latinum littus Troiani appulere Duce Æneâ. At cùm Latinus in acie à Rutulis cæsus esset, Æneas ad conciliandos Aborigines, Troianos & hospites suos vno nomine dixit.

NVM. 3. *Romanorum origo, & initium Imperij.*

ÆNEAS Regno in Italiâ constituto rerum potitus est tribus annis, quãdo appetitus à Rutulis, & Tyrrhenis, à Mezentio Rege Tyrrhenorum cæsus est. Successit Æneæ Ascanius filius, qui reparatis rebus suis pacem cum Mezentio fecit, & tricesimo post Lauinium conditũ anno Albam Longam extruxit, quæ Romanæ Reip. fermentum fuit. Ascanio anno regni sui 38. demortuo successit Siluius Ascanij frater: hic post mortem Æneæ ex Lauinâ filiâ Latini natus erat, & inter pastores educatus; Iulio filio Ascanij honor sacerdotij concessus est, populo sic litem dirimente. Siluio successit Æneas filius, Æneæ Alba, Albæ Capetus, Capeto Capys, Capyi Calpetus, Calpeto Tiberinus à quo Fl. quo haustus est nomen accepit, Tiberino Agrippa, Agrippæ Alladius Deorum contemptor, fulmine afflatus, & aquis haustus, Alladio Auentinus, Auentino Proca, Procæ Amulius & Numitor; sed Amulius fratrem Numitorem circumuenit, filiam eius Siluiam (aliis Iliam) Vestalem fecit, quæ à Marte, vel ab Amulio ipso compressa gemellos edidit Romulum & Remum, qui à Faustulo & eius vxore meretrice educati occiso Amulio Numitorem auum in regnum restituerunt, & nouum regnum molientes Romam condiderunt; tam exiguam sub initium, vt eius muros per iocum Remus transiliret, qui iocus ei vitâ stetit. Quæ autem fuerint prima victoriarum rudimenta paucis accipe. A Sabinis exorsa est defendenti se potiùs quàm inuadenti similis; secuti Fidenates, mox Veientes, omnes à Romulo deuicti. Sub Numa religioso principe summa pax extitit: à Tullo Hostilio bella renouata, à cognatis Albanis sumptum exordium. Hi victi sunt in Curiatiis per vnum Horatium, dein parum fideles in bello contra Fidenates, & Veientes, grauiores dependere pœnas, vrbs æquata

solo, mater in filiæ gremium translata est Albanis omnibus Romam immigrare iussis.

Sub Anco Martio tentati Latinorum tantùm aliqui, atque subacti: sed eosdem potentiùs contudit Tarquinius Priscus, à quo & Sabini rebellantes compressi. A Seruio Tullo res Romana potiùs ordinata quàm aucta. Tarquinius Superbus Gabios cepit, filij sui fortitudine, & vibicibus vsus, sed eius postea libidine Romam regnúmque perdidit.

Exinde per Consules administrata Resp. nequicquam reditum moliente Tarquinio. Magnus ingruit à Porsena Rege Etruriæ metus, sed hunc excutere cœpit Horatij Coclitis virtus in ponte sublicio, pacem sancire constantia Scæuolæ compulit. Mox iterum victi Sabini, mox Aurunci. Sponte se dedidit Præneste, vnde belli Latini semina, qui ad Regillum lacum deuicti fœdus percussere, sed quod abruperunt statim. Volsci gens ampla per se, tamen tunc & Hernicis coniuncta caput extulere, sed deuicti tandem vnà cum Æquis. Tum trans Tiberim regressum est: ad Cremeram arcem & fluuium res malè cessit trecentis Fabiis vno die oppressis. Iterùm Æqui, Volsci, Hernici repressi sunt, & paulò pòst Æqui sub iugum missi per T. Q. Cincinnatum ab Aratro ad Dictaturam vocatum. Exinde sæpe renouata bella cum Volscis, Æquis, Veientibus, Faliscis, decennali obsidione capti Veientes. Galli Senones victoriarum penè obduxere fontem, ab iis capta Roma & incensa; sed statim virtute Camilli Po. Ro. fortuna reparata est: nihilominus cum Gallis deinceps pugnandum fuit, donec pænè in Italia omnes extinguerentur. Inde in Samnites pro Campanis bellum susceptum quod 70. & ampliùs annos tenuit. Etruscorum quoque 12. populi simul coniurarunt, sed 60. suorum millia perdidere. Tarentinum quoque bellum sollicitos Ro. tenuit ob accersitum ex Epiro Pyrrhũ, sed hic subactus Romanorum animos auxit: Punicum bellum primum eos potiùs exercuit quàm fregit; sed secundo bello Punico tam feliciter confecto, quàm infortunatè inchoatum erat, Romani deinceps non tam ad bella, quàm ad victorias profecti sunt, & ex orbe vniuerso quidquid optauerunt, obtinuere.

NVM. 4. *Vtrum Romani & Latini Barbari dicti sint.*

HANC quæstionem aliàs leuiter attigimus, sed eo loco consi-

cienda est hoc pacto, si dixeris id credidisse nonnullos veterum, alios pernegasse.

Pro parte Aiente, profertur Liuius lib. 31. apud quem Macedonum legatus in concilio Ætolorum Romanos Barbaros appellat. Sed vt reliquos omittam Plautus disertè huic opinioni fauet, dum ait *Marcus vertit Barbarè* hoc est *Latinè*: & in Captiuis cùm vnus Latij nonnullas vrbes appellasset, alter paulò pòst eas Barbaras vocat.

A Negante facit, *primò*, quòd lingua Latina credita sit Dialectus Æolica Græca, nonnullis tamen admissis Aboriginum vocibus, id Dionysius Halic. qui hoc diligenter se excussisse profitetur: quod ante eum annotarat Tyrannio libertus Terentiæ vxoris Ciceronis, vt tradit Suidas. *Secundò*, quòd Ennius Romanos Græcos nominarit, vt tradit Festus, & quidam apud Plutarchum ex Heraclide Pontico Romam vrbem Græcam dixerunt. *Tertiò* denique apud Liuium in oratione Metij Suffetij ad Tullum Hostilium Latini Barbaris opponuntur, igitur Romani non putabantur Barbari. *Quartò* denique apud Plutarchum in vita T. Quintij Flaminij Græci cum Romanis dicuntur κοινωνήματα παλαιᾶ γένοις ἔχειν δοκοῦντες, *habere videri antiqui generis communitatem*. Neque aliter proposita quæstio dissolui potest.

NVM. I. *Diuitiæ Romanorum.*

QVANTVM pecuniæ intulerint in Ærarium Imperatores Rom. victores, atque triumphantes ex variis locis T. Liuij colligere potes, si otium est. Vnus Paulus Æmilius ex Macedonicâ prædâ intulit supra tredecim milliones librarum nostrarum secundùm opinionem Velleij. Cato Vticēsis ex bonis Ptolemæi Cyprij supra vndecim milliones. Cæsar 37. milliones cum dimidio, cùm militi & populo insuper 64. milliones distribuisset; atq; etiam postea seposuit in templo Opis 44. milliones quos Antonius suffuratus est, legauítque populo moriens decē & septem milliones. Augustus hæreditatis nomine ab amicis 250. milliones acceperat, quo imperāte Gallia 20. milliones annui tributi, ac totidē Ægyptus pensitabāt. Tiberius moriens ferè 169. milliones reliquit, quos vno anno Caligula profudit. Nero, vt taceam eius insana ædificia, conuiuia, &

alia quæ longè plus pecuniæ absumpserunt, in munera duntaxat 137. milliones cum dimidio effudit annis quatuordecim. Vitellius paucis mensibus in luxuriam 56. milliones abliguriuit, vt hîc omittam Commodum, Heliogabalum, & alia eiusmodi luxuriæ portenta. Denique (vnde Romana potissimùm magnificentia colligitur) Vespasianus apud Suetonium requiri putabat ad perfectam Imperij administrationem duo millia millionum & insuper quingentos milliones, vt vetus lectio dictat, vt noua & emendata, & dubio procul verior, ducentos quinquaginta milliones.

NVM. 6. *Latij fines.*

FINES antiquissimi Latij videntur fuisse Antium, Tiberis, & Liris, quod elicitur ex Dionys. Halic. lib. 1. postea tamen Latium diuisum est in Antiquum & Nouum, ac proinde diuersi statuti sunt limites.

ANTIQVI LATII termini non vltra Antium promoti sunt: deinde à Tarquinio Superbo captâ Suessâ Pometiâ Volscorum primariâ, iidem fines ad Circeios extensi; meminit horum terminorum Plinius.

NOVI LATII finis fuit Liris Fl. *le Cariglian*, aut meliùs linea ducta ab vrbe Sinuessâ per montem Massicum vsque ad Apenninum, vt vnâ regione Volsci, Aurunci, Hernici, Æqui cum Latinis & Rutulis continerentur: certè 30. Latini nominis populos fuisse tradit lib. 6. Dionysius Halicarnassensis.

§. 2. *Descriptio Historica populorum Noui Latij.*

Eos iam appellaui Volscos, Auruncos, Hernicos & Æquos, nam de Latinis & Rutulis satis suprà diximus.

NVM. 1. *De Volscis & Opicis.*

NOMEN & ORIGO. Scyllaci ὀλσοί dicuntur, Ptole. οὖολκοί. Quinam autem & vnde fuerint difficile est statuere. Hoc certum habuisse peculiarem linguam quæ opponitur Latinæ, vnde illud tritum *Oscè & Volscè fabulantur quia Latinè nesciunt*, apud Festum ex Titinij fabulâ, sed hæc à Sabinorum linguâ non videtur fuisse

discreta. Hîc si vaticinari licet, eos esse puto qui ex Opicâ gente contra Siculos bellum gessere eósque ex Latio expulere, & *Oscos* dictos aliter esse quasi Opicos: ratio est quia idem est Oscè, & Opicè fabulari, at idem est Oscè ac Volscè, igitur. Scio Strabonem manifestè Oscos ab Opicis distinguere; sed Latini, homini Græculo prævalere debent. Sunt autem OPICI dicti à serpentibus quibus eorum regio scatebat, & olim Campaniæ partem obtinebat, atque etiam Latium. Sane Aristoteles apud Dionysium posuit Latium in Opicâ terrâ, & Plato Opicos vocat, qui præerant mari Tyrrheno: item Scymnus ponit Cumas in terrâ Opicâ, & Dionysius in iisdem Opicis, Misenum & Parthenopem collocat: apud Dionem Cæsar videtur Campanos Opicos nominare; quis etiam ignorat Atellam in Opicis fuisse. Fuit ergo Opicorum gens amplissima, vtpote quæ Ausonas, Auruncos Ausonum partem, Campanos, Sabinos & reliquos Samnites ex Sabinis oriundos, quorum omnium vna lingua fuit quæ opponitur Græcæ & Latinæ; vnde Ennius apud Agell. lib. 17. c. 17. triplici corde instruitur, quòd tribus linguis loqueretur, Græcâ, Latinâ, & Oscâ. Quod autem ait Strabo Oscorum gentem periisse, linguam remansisse; vel intelligendus de Oscorum gente latissimè patente, vel certè de Volscis qui sequenti tempore in Latinorum nomen transierunt; nam apud Florum lib. 1. cap. 11. pertinacissimi Latinorum dicuntur.

FINES. *Ab Occidente* separabantur à Rutulis & Latinis: *à Septentrione* Æquis, Hernicis, & Marsis: *ab Oriente* Samnitibus, & Campanis: denique *à meridie* maris inferi parte, & Auruncis.

NVM. 2. *De Auruncis, &* AVSONIBVS.

NOMEN & ORIGO. Ausones quondam à Terracinâ ad fretum vsque Siculum Italiam incoluerunt, vnde sensim expulsi sunt ab Oenotro 17. ætatibus ante Troiæ ἅλωσιν, vt postea dicemus. Vnde factum vt pars illa diceretur Oenotria, quæ antè Ausonia vocabatur, sicut & tota Italia. Dicti autem sunt Ausones ab Ausone Vlyssis & Calypsus filio, vt omnes Grammatici putant. Ausonum vrbes porrò nominantur Cales, Beneuentum, Nola, vt ait Suidas, vt Strabo lib. 5. loca inter Sinuessam, & Terracinam: videlicet expulsi ex superioribus locis Beneuento, &c. ad mare se continue-

runt infra Volſcos, vbi dicti ſunt Aurunci; ſic enim diſertè Seruius ad 7. Æneidos; *Aurunci Græcis Auſones nominantur:* & apud Macrobium & Agellium pro Auſonibus appellantur Aurunci. Sed rem conficit Tzetzes ex Dione Cocceiano; *Auſonia propria Auruncorum vocatur terra inter Campanos, & Volſcos ad mare ſita.* Porrò de nomine Auruncorum antiqui prorſus tacent.

Fines Avrvncorvm ſunt, *ab Oriente* Mons Maſſicus ſupra Sueſſam Auruncam; *à Septentrione & Occidente* hinc linea deuergens ad Terracinam; *à Meridie* pars Inferi maris.

Nvm. 3. *De Hernicis.*

Nomen & Origo. Dicti ſunt à Saxis quæ incolebant; nam Marſicâ & Sabinâ linguâ *Herna* ſignificant *Saxa*, ſic Feſtus & Seruius: Macrobius tamen eorum nomen ab Hernico quodam Pelaſgo deduxit, quem Ætolum fuiſſe ſuſpicatur, quia deinceps gens illa vno pede nudo ad bellum procedebat.

Initio Hiſtoriæ Romanæ ſemper diſtinguuntur à Latinis, & origine Sabini ex voce ſatis intelliguntur: túmque apud Dionyſ. Halic. dicuntur gens valida, bellicoſa, & fortis; ſed tandem in Latij fines nomén que tranſierunt.

Fines: *à Septentrione* Marſis, & Æquis coniunguntur, *ab Oriente, Meridie, Occidente* Volſcis ambiuntur.

Nvm. 4. *De Aequis, ſeu Aequicolis.*

Nomen & Origo. Variis modis eorum effertur nomen, nam & dicuntur Æqui, & Æquicoli, & Æquani αἰκανοί, & Æquiculi, & Equicoli, apud Diodorum Siculum Æcli, & Æcicli. Vox autem illa *Colæ*, & *Coli* innuit eos agris colendis vacaſſe; vnde Virgilius ad eorum nomen videtur alluſiſſe dum cecinit 7. Æneidos,

— duris Aequicula glebis.

Sub initium Hiſtoriæ Romanæ à Latinis diſtinguuntur, vt apud Liuium lib. 3. dicuntur *agrum Latinum inuaſiſſe*, & paulò pòſt *in Latino caſtra poſuiſſe*: item *vexatos excurſionibus Aequorum Latinos*; igitur Latini non erant, ſed victi, ſubiugati, attriti Latio accenſi ſunt, vt teſtatur Strabo lib. 5. & apud Florum lib. 1. cap. 11. *Pertinaciſsimi Latinorum dicuntur fuiſſe Aequi, & Volſci.*

Populationibus aptissimi erant, *& quantum Romani pugnandi arte, tantùm hi incursionibus valebant*, Liuius lib. 2. quod Virgilius sic expressit,

—— sempérque recentes
Conuectare iuuat prædas, & viuere rapto.

FINES. *A Septentrione* per montes dirimuntur à Sabinis & Marsis; *ab Occidente* Latinis, seu Latio Antiquo in quod excurrebant per montem Algidum; *ab Oriente* attingebant Marsos, & Hernicos; *à Meridie* denique distinguebantur à Nouo Latio per montes supra Sacriportum.

§. 3. *De Vrbe, seu Romana Ciuitate.*

ROMANA ciuitas à Romulo & pastoribus vt vulgò creditur condita, à sceleratis atque decoctoribus in Asylum confluentibus aucta, ex initiis adeò paruis creuit vt eius murum per iocum Remus dicatur transiliisse. Eius Epitheta in syllabum digesta legere poteris apud Ortelium in Latio antiquo, quorum hæc præstantissima; *Aeterna, caput gentium & orbis, curia dignitatum, mundi miraculum, orbis officina, templum omnium virtutum, Vranopolis, &c.*

NVM. I. *Nomen & Origo.*

ROMÆ aliud nomen fuisse impositum per Aborigines tradunt Plinius, Festus, Macrobius, & alij, quod nefas esset nominari: ideóque Valerium Soranum neci datum quòd eam vocem appellasset. Quidam *Valentiam* dictam esse volunt, & vocem Ρώμη Græcè ab Euandro formatam esse; sic Solinus cap. I. Cùm autem antonomasticos *Vrbs* dicitur, intelligitur Roma; vt ἄστυ Athenæ, πόλις Alexandria.

De eius conditoribus decem vulgò & ampliùs recensentur opiniones, quas leges apud Cluuerium, & Onuphrium ad nauseam hîc diffusos.

NVM. 2. *Amplitudo.*

DIONYS. Halic. lib. 14. ait Romam non multo capaciorem Athenis esse, at Athenæ ex Thucyd. sunt stadiorum 178. quæ efficiunt M. P. 22. & passus 250. A quo non multum aberrat Olympiodorus apud Photium, qui ait Amonem Geometram dimensum Vrbem quo tempore eam Gothi inuaserunt, inuenisse 21. Millia-

ria. Plinius ei tribuit XIII. Mil. Paſ. & ducentos; emendant Lipſius & Cluuerius M.XXIII. & 200. Notat tamen Plinius ſi habeatur ratio ſuburbiorum excurrere ad LXX. M. Paſ. vel vt alij emendant LXV. M. P. Dionyſ. autem lib. 4. ait non facilè dignoſci poſſe quo vſque ſe extendat, aut vbi deſinat; certè ad vſque Oſtia procurriſſe domos notat Lipſius; & Suetonius ait Neronem cogitaſſe Pomœrium vrbis Oſtia transferre, at 16. Mil. Paſ. diſtant ab vrbe. Vopiſcus denique in Aureliano ait eum ſic muros vrbis amplificaſſe, vt 50. propè Millia Paſſuum continerent.

NVM. 3. *Regiones vrbis* XIV.

Prima: Porta Capena dicta, in quâ Almo Fl. *Aqua Crabra.*

Secunda: Cœlimontium, vbi Suburra.

Tertia: Iſidis & Serapidis Moneta, vbi Carinæ, & Amphitheatrum Veſpaſiani.

Quarta: Via ſacra, ſeu Templi pacis, vbi via ſacra.

Quinta: Eſquilina, vbi Caſtra Prætoria, & domus Mecœnatis.

Sexta: Alta ſemita, vbi Thermæ Diocletiani, &c. item Conſtantini.

Septima: Via lata, vbi domus Martialis.

Octaua: Forum Romanum, vbi Capitolium, & Milliarium aureum, Templa Iani Gemini, Veſtæ, &c. Aſylum, 3. Fora Magnum ſeu Vetus, Cæſaris, & Auguſti, Comitia, Roſtra.

Nona: Circus Flaminius ſeu Campi Martij, vbi Pantheon Agrippæ, curia Pompeij.

Decima: Palatium, vbi templa Iouis Statoris, & Apollinis Palatini.

Vndecima: Circus maximus, vbi Velabrum, Ara maxima ſeu Herculis.


Duodecima: Piſcina publica, vbi ædes Bonæ Deæ Subſaxanæ.

Decima-tertia: Auentinus, vbi Scalæ Gemoniæ, ædes Bonæ Deæ in Auentino.

Decima-quarta: trans Tiberim, ſeu Tranſtiberina, vbi Tribunal Aurelium, & vbi Iudæi habitauere.

590

1.7.236


ROMA ANTIQVA
MONS VATICANVS
MOLES HADR
V. AVRELIA
TIBERIS FLVVIVS
MONS AVENTINVS
CIRCVS MAXIMVS
VIA LATINA
V. APPIA
V. ARDEATINA
V. LAVRENTINA
V. OSTIENSIS
VIA PORTVENSIS
Porta Latina
Porta Capena
Porta Esquilina
Porta Tiburtina
VIA LABICANA
VIA PRÆNESTINA
VIA TIBVRTINA
VIA VALERIA NOVA
VIA VALERIA VETVS
V. NOMENTANA
V. SALARIA
V. COLLATINA
V. FLAMINIA
PONS MILVIVS
CAMPVS MARTIVS
Aqua Claudia
Aqua Martia
Aqua Tepula

NVM. 4. *Montes septem.*

PALATINVS, de cuius origine magnæ lites.
CAPITOLINVS, antea Tarpeius: *le Capitole*: vbi templum Iouis, & Arx Tarpeia; à capite humano hîc inuento nomen habet.
CÆLIVS, & Querquetulanus à syluâ Querneâ: *S. Iean de Latran.*
ESQVILINVS, ab excubiis dictus: *de Saincte Marie aux Neges.*
QVIRINALIS, *Monte Cauallo*, à duobus equis quos gigantes tenent opera Phidiæ & Praxitelis.
VIMINALIS, quibusdam confusus cum Esquilino, sic dictus à Ioue Vimineo cuius hîc sylua.
AVENTINVS, olim & Romurius dictus, quia hîc vidit augurium Romulus: nunc *de Saincte Sabine.*

Extra vrbem. {
IANICVLVS: nunc *Montorio.*
VATICANVS, sic dictus quòd hîc positus populus Ro. *Vatum* responso, pulsis Etruscis, vt Festus; vel vt Gellius à Deo qui vagitibus præerat: hodie *le Vatican.*
}

NVM. 2. *De Portis vrbis Romæ.*

CI- TRA TI- BE- {
PORTA FLVMENTANA, sic dicta à vicino Tiberi, olim sita prope *campum Floræ*, sed Aureliano includente campum Martium translata est, & exinde dicta FLAMINIA à viâ quæ ex hac portâ existit: hodie *del populo.*
COLLATINA, ab vrbe Collatiâ Sabinorum nomen habet, mutata etiam ab Aureliano, & dicta PINCIANA à nobili æde Pincianorum vicinâ.
AGONENSIS, quia Agonia non procul celebrabantur, dicta & QVIRINALIS à colle vicino, vel ab æde vicina Romuli, ac demum SALARIA, quia per hanc sal ad Sabinos deferebatur: hodie nomen retinet *Salaria*: per hanc Galli in vrbem irruperunt.
VIMINALIS, à colle vbi sylua viminum, & ara Iouis Vimini: hodie *S. Agnetis*, ab æde vicinâ.
GABINA, seu GABIVSA, ab vrbe Gabiis, postea TIBVRTINA, ab vrbe Tibure: hodie *S. Laurentij.*
ESQVILINA, ad quam sumebatur de fontibus suppli-

cium, & vulgi corpora amburebantur: hodie *Porta Maior*, quia magno ædificio substru cta est.
CELIMONTANA, à monte Celio, postea ASINARIA; per hanc bis Gothi irrupere, sub Alarico, & Totilâ: hodie *S. Ioannis*, qui ad hanc missus est in dolium.
RIM. FERENTINA, postea LATINA.
CAPENA, postea APPIA, nunc *S. Sebastiani*.
TRIGEMINA, quia egressi per hanc tres Horatij; postea OSTIENSIS ab vrbe: nunc *S. Pauli*.

VLTRA TIBERIM.
NAVALIS, à Nauibus vicinis, postea PORTVENSIS ad portum Ostiæ deducens.
IANICVLENSIS, ad montem Ianiculum sita: postea S. PANCRATII, etiam tempore Procopij.
FONTINALIS, à Fontibus; postea SEPTIMIANA, à Balneis vicinis Septimij Seueri.
TRIVMPHALIS, inter Septimianam, & Aureliam, per quam Triumphantes vrbem subibant, & funus Augusti deductum Senatu iubente: iam tempore Procopij nulla erat.
AVRELIA, prope Hadriani Molem, *le Chasteau S. Ange*, destructa sub Leone IV. Pontif. quando mons Vaticanus, & ædes S. Petri muris Romæ inclusa sunt.

NVM. 6. *De viis ex Româ per Italiam vniuersam sparsis.*

Ex Portâ FLAMI-
FLAMINIA sic dicta, vel à Flaminio qui ad Trasimenum cecidit, aut ab eius filio probabiliùs circa an. V. C. 533. strata, & ab vrbe *Ariminum* deducta, Apennino etiam per T. Vespasianum, postea exciso ad locum, qui nunc dicitur *Furlo* Furlum, hoc est *Saxũ foratum*, in longum supra pedes centum, in latum, & altum pedum 12. silice ex-

ÆMILIA *Arimino Bononiam*, & inde *Aquileiam*, viâ circa Paludes deductâ: itémque *Bononiâ* pertracta *Placentiam*. ex eâ
POSTHVMIANA, Tacito ex *Placentia*, per *Cremonam*, *Bedriacum*, *Mantuam*, & *Veronam*.

CASSIA ex *Miluio ponte Mutinã*.
CLODIA, vel *Claudia*, ex ponte *Miluio*, *Lucam*.

NIA. cauato; nomen huius Imperatoris indicant literæ, hîc ferè omninò arrosæ: pars eius vix munita est, & aptata ab Augusto Imperatore. Ex Ant. 222. M. Paſ. ex Tab. Peutingeri 194. ex ea 9. existebant.

ANIANA
AVGVSTANA
CIMINA
AMERINA
SEMPRONIANA
} *Minoris sunt momenti, & in historiâ parum celebrantur.*

Ex Portâ COLLATINA. { COLLATINA, quæ Salariæ iungebatur non procul ab vrbe.

Ex Portâ SALARIA. { SALARIA sic dicta quòd per eam sal portaretur in Sabinos, ait Plin. lib. 31. c. 7. & in Hadriam per Eretum, Reate, Cutilias deducebat: ad hâc tumulus Marij 7 Consulis: ex eâ existebant { QVINTIANA iuxta vrbem *Palatium* in Sabinis. LVNIANA, ad *Carsulam* prope M. *Coritum*.

Ex Portâ VIMINALI. { NOMENTANA, Nomentum deducit, & ad Eretum Sabinorum cadens in Salariam: inter hanc & Salariam se Nero interemit.

Ex Portâ GABINA, seu Tiburtinâ. {
TIBVRTINA Tibur deducens; malè cum Gabinâ confunditur.
VALERIA *Vetus*, ex portâ Tiburtinâ Hadriam ferebat.
VALERIA *Noua*, quònam deduceret ignoratur.
GABINA, Gabios tendens Orientalior Tiburtinâ, ad hanc Gabinam vicit Camillus Gallos qui Romam incenderant.

Ex Portâ ESQVILINA. {
LAVICANA, *Lauicum*, & *Anagniam* deducebat, & cum Latinâ nectebatur: ad hanc tumulus Didij Iuliani Imperatoris.
PRÆNESTINA, *Præneste*, & *Anagniam*, vbi Latinæ iungebatur, & excurrebat *Beneuentum*.

Ex Portâ CÆLIMONTANA. {
TVSCVLANA, reparata per Messalam sub Augusto, *Tusculum* ducebat.
ALBANA, *Albam Longam*, ab eodem refecta.
CAMPANA, ASINARIA } De iis nihil occurrit.

Ex Portâ LATINA
LATINA, Martiali *Ausonia* dicta, ad quam fanum Fortunæ Muliebris; iungebatur Appiæ ad Cassinum.

Ex Portâ CAPENA, seu APPIA
APPIA, *Regina viarum* dicta à Statio, prima omnium strata ab Appio Cęco V. C. 442. describitur accuratè à Procopio 1. de bel. Goth. & ait integram omnino durasse ad annos 900. hoc est circiter, scilicet verè 850: in eâ ad Terracinam, saxum ad centum pedes longit. 15. latitudinis excisum est; ad Capuam pergebat 142. M. Pas. reliquum Brundusium vsque 238. Mil. Pas. à Cæsare Iulio videtur confectam esse: tota erat igitur ex Antonino 380. Mil. Pas. ex Strab. 360. ex eâ existebant, aut ei connectebantur.
- TRAIANA, *Beneuento* ducens *Brundusium*.
- NVMICIA à Numicio quodam quæ *Brundusium* vt Appia ducebat, ex Horatio.
- SETINA ab vrbe *Setia* Cãpaniæ.
- DOMITIANA *Sinuessâ* ducens *Puteolos Cumis*; quam cecinit Statius.

ARDEATINA, ex Appiâ statim ab vrbe procedebat Ardeam.

Ex Portâ OSTIENSI
LAVRENTINA, Laurentum pergens.
OSTIENSIS, Ostia deducens nullo modo impedita, & pridem strata 16. Mil. Pas. ex Antonino, ex Procopio 19. Mil. Pass. cum 125. Pas. hoc est stadiorum 126.

Ex Portâ PORTVENSI
PORTVENSIS, ducens ad portum Ostiæ qui situs erat ad Occidentalem alueum Tiberis, hodie *Fiumecino* quia angustior; & per illam transmittendus non erat fluuius.

Ex Portâ IANICVLENSI
VITELLIA, cuius meminit Tacitus, & ait ex hac portâ ad mare tendere.

Ex Portâ TRIVMPHALI
TRIVMPHALIS, in duas discreta partes; vna tendebat in Capitolium, alia deferebat in campos.

Ex Portâ AVRELIA

- NOVA AVRELIA, cuius fit mentio in inſcriptione; certè non multùm à ſequenti diſſidebat, vnúſque & idem illas curauerat.
- CORNELIA inter Triumphalem, & Aurelianam Veterem ſita.
- AVRELIA VETVS, ſtrata ab Aurelio Cotta anno Vrbis 512. vt putat Sigonius: ducta eſt primùm ad forum vſque Aurelij ad 85. Mil. Paſ. Tradit Strabo ad Sabbatios protractam eſſe ab Æmilio Scauro: Eutropius eam promouet ad Alpes maritimas, Antoninus Arelatem vſque, & hodie etiam indigenæ vocant *lou Camin Aurelian* in Prouinciâ.
  - ÆMILIA SCAVRI, à *Vadis Sabbatiis Dertonam* vſque protracta priùs à *Foro Aurelij*, ad eadem *Vada*: ſed hoc tantùm loco nomen ſtratoris ſeruauit.

NVM. 7. *Pontes Romani.*

PONS MILVIVS: *Ponte-mole*, ad hunc pugnans Maxentius in Conſtantinum oppreſſus eſt.
PONS ÆLIVS: *Pont S. Ange*, ab Ælio Hadriano, cui adiacet Moles Hadriani dicta *le Chaſteau S. Ange.*
PONS VATICANVS, ſeu TRIVMPHALIS: quia per hunc ingrediebantur Triumphantes: *nullus eſt.*
PONS IANICVLENSIS, à vicino monte Ianiculo; dictus & Pons RVPTVS, quia diu fractus iacuit; reſtitutus ab Aurelio dictus eſt AVRELIVS: *le Pont de Sixte.*
PONS FABRICIVS, nunc *Quatuor capitum* à ſtatua quadriformi.
PONS CÆSTIVS, ſeu ESQVILINVS: *le Pont S. Barthelemy.*
PONS SENATORIVS, ſeu PALATINVS: *de Saincte Marie Egyptienne.*
PONS SVBLICIVS, ex trabibus conflatus quas *ſublicas* Volſci dicunt: deinde ab Æmilio ex lapide, aut ilice, dictúſque ÆMILIVS: *non extat.*

NVM. 8. *Campi Romani, ſeu Prata.*

CAMPVS MARTIVS, qui fuit olim Tarquiniorum, & Marti ſacratus poſt Reges eiectos, vnde & accepit nomen: ſitus erat in-

ter Tiberim & vrbis Mœnia, vt intelligitur ex oratione Annibalis apud Liuium lib. 21. vocabatur aliter TIBERINVS: hodie locus inter montem Pincium, & Tiberim ad pontem Miluium, & sacellum S. Iuliani, oppositus Vaticano.

PRATA QVINTIA: hodie inter vineam Mediceam, vulgò *la Vigna di Madama*, & Molem Hadriani *le Chasteau S. Ange*: sic dicta sunt à Marco Quintio Cincinnato Dictatore.

PRATA MVTIA: data Mutio Scæuolæ à Po. Rom. virtutis ergô, atque constantiæ: hodie *la Ripa*.

NVM. 9. *Aquæductus præcipui Romani.*

Olim viginti illustres numerabantur, sed ætate Procopij tantùm quatuordecim supererant: hi sunt in Historiis celeberrimi.

AQVA APPIA, ducta ab Appio Cæco, inuenta à P. Claudio Venoce.

AQVA MARCIA, à Q. Marcio Rege Prætore qui eam adduxit, olim Aufeia dicta, & fons Piconia, in Fucinum lacum cadens, mox cuniculo hausta, & deinde reddita.

AQVA IVLIA, aliter Tepula dicta ab Agrippâ multis venis collectis aucta.

AQVA VIRGO, sic dicta vel quia militibus hanc Virgo indicauit, vel quòd Herculanium riuum refugerit.

AQVA HASSIA, seu AVGVSTA, & Alsietina, parum salubris.


AQVA CRABRA, de quâ in fluuiis Latij.

AQVA SABATINA, seu CYMINIA, ex lacu Sabatino educta. *Et aliæ minùs illustres.*

§. 4. *Descriptio Geographica Latij.*

NVM. I. *Latini, hodie* la partie de la Champagne de Rome, entre Tiuoli, Velitri, Rome, & le fleuue Numico.

VRBES { OSTIA Colo. facta ab Anco Martio, Romanorum Nauale Straboni, aliter Ostia Tiberina. Repurgatus est portus à Iulio Cæsare, magnificè structus à Claudio, absolutus à Traiano. Hodie *Ostia*, nobis *le port d'Ostie*. Ferunt hîc aliqui Æneam condidisse Troiam Nouam



LATII DELINEATIO.

MA-RITI-MÆ.

uam, de quâ magna difficultas.

Laurentum, postea Lauro-lauinium, vt aiunt Seruius, & Inscriptiones, indigenæ Laurentes, & Laurentini, ad quam vrbem erat olim lucus ex lauro, item & stagnum quod tempore Seruij iam disparuerat: credunt aliqui dici, hodie *San-Lorenzo*.

VRBES MEDITERRANEÆ AN-

ALBA LONGA: Romæ mater, à porcellis albis sic dicta, & formâ oblongiore, vt aiunt Aurelius Victor, & Dionys. A Tullo Hostilio Rege diruta: hodie eius ruinæ ostenduntur in *monte Albano*. Hîc quoque mons Albanus *monte Albano*, vbi feriæ Latinæ celebrabantur; hîc etiam Templum, & hospitia aliquot, eiúsque incolæ Foropulienses dicebantur. In eo quoque Albanum Pompeij villa cuius rudera hodie etiamnum hîc visuntur.

TIBVR: *Tiuoli*, incolæ Tiburtes, & Tiburs in singulari Dionys. τὰ Τίβυρα, Straboni τὰ Τίβυρα. In ea templum Herculi nobile: de eius conditore vide Cluuerium. *Superbum Tibur* Virgilio dicitur, Horatio *Argeo positum colono*.

GABII: incolæ Gabini, Albanorum Colo. ad quam vrbem victi Galli à Camillo: celebris quoque est Sexti Tarquinij stratagemate; hodie *l'hosteria de Finochio*.

PRÆNESTE Col. & Municipium: hodie *Palestrina*; Prænestis Dionys. & Stephano, sic dicta quòd montibus præstet, ait Festus, vel vt ait Seruius ἀπὸ τῶν πρίνων *ab ilicibus*. Dicta quoque est Stephane, quòd Telegonus hîc vidisset incolas ilice coronatos saltare; hîc etiam Fortunæ primigeniæ templum.

TVSCVLVM, à quo Tusculani colles *les monts de Frescati*, dicta vrbs à sacrificiis, & Tuscis; vel quòd sit aditu difficilis quasi δύσκολος: hodie *Toscolano*, ruinæ tantùm.

Tusculanum Ciceronis, antea Luc. Corn. Sullæ quod eluebatur Aquâ Crabrâ, hodie *Monasterio S. Mariæ di Grotta Ferrata*, inter *Frescati*, & *Rocca del Papa*.

Fortunæ muliebris templum ad Crabram Aquam Romam inter & Tusculanum, vbi Veturia mater Coriolanum flexit: *hodie periit etiam loci nomen*.

LAVICVM, & Labicum Colonia, & Municipium, quod ait

TIQVI LATII.

Tullius suo tempore defecisse: locus hodie *Zagaruolo* Cluuerio, aliis *Valmontone*, perperam.

LANVVIVM Col. & Municipium, cuius Dictator Milo, vnde & oriundus Antoninus Pius, vbi Iunonis Sospitæ templum: hodie *Ciuita Lauina*, & *Ciuita Iudouina* corruptâ inflexione.

ARICIA: hodie *l'Aricia*, incolæ Aricini, vbi & nemus Dianæ Tauricæ, vbi Rex Nemorensis; cuius meminit Suetonius in Caligulâ, qui armis de sacerdotio depugnabat. Iuxta hanc cliuus Virbij seu Aricini, lucus Egeriæ, & fons, de quibus in fabulis, & Poëtis.

Bouillæ, incolæ Bouillani, vbi cæsus à Milone Clodius; ita dictæ à voce *Hilla*, hoc est *intestina*, quòd eò aduenerit bos ex vulnere trahens intestina: aliis parum peritè quasi boum villa: *locus eius ostenditur.*

LAVINIVM à Lauiniâ vxore Æneæ, ad quam vrbem lucus Iouis Indigetis: hodie locus vbi Sacellum *Diuæ Petronillæ*. Hîc primò seruati Penates Ro. Albam deportati; & Fanum commune omnibus Latinis, ait Strabo.

LACVS LATII antiqui

- Ostiensis: hodie *Stagno.*
- Regillus in agro Tusculano ad quem apparuere Castor & Pollux Ro. bello Latino: hodie *le lac S. Praxede.*
- Aricinus: hodie *Lago di Iensano*, & *Nemo*, à duobus oppidis quorum hoc nemus etiam olim, vnde Rex Nemorensis dictus: quibusdam *Specchio di Diana.*
- ALBANVS: *Lago d'Albano*, de quo lege Plutarchum in Camillo.

FLVMINA ANTI-

- TIBERIS, & Tibris: *Teuere*, à Tiberino Rege nomen accepit cùm antè Albula diceretur, sic Dionys. quamquam aliqui apud Varronem Tiberis nomen antiquum esse putent, Latinum autem esse Albulam: lintrium est capax penè ad fontem, maiorum nauium Romam vsque: de eius inundationibus & earum causâ, multa Romanæ historiæ.
- ANIO enis, licèt hunc Ἀνιᾶνα vocet Polybius, & *Anionis* sæpe Frontinus dicat; tres lacus amœnos deferens, qui nomen dedere Sublaqueo ex montibus

QVI LATII

Trebanorum ortus ait Plinius : hodie *Teuerone.*

Almo Fluuiolus vbi lauabatur Mater Deorum quotannis Kal. Aprilis : hodie *Accia*, & *Acqua d'Accia*, ab incolis *Acqua-taccia*, inter templum D.Pauli, & portam Trigeminam.

Aqua Crabra, Ciceroni Aqua Tusculana : hodie *la Marana*; defluens fluuiolus inter *Frascati*, & *Rocca del Papa.*

Numicius Fl. hodie *Numico*, in quo cadauer Æneæ repertum. Ex eo tantùm licebat libare Vestæ.

NVM. 2. *Rutuli, hodie* la partie Maritime de la Champagne de Rome, entre le Fl. Numico, & Capo d'Antio.

RVTVLI illi sic coniuncti sunt cum antiquis Latinis, vt sit admodùm difficile eos ab se inuicem diuellere : ab his orti sunt Saguntini in Hispaniâ, vt astruunt *Liuius*, & *Silius*.

VRBES RVTVLORVM.

ARDEA sic dicta, quòd Ardeæ auis augurio condita sit; hanc Troiam nouam dictam esse quidam malè putant : hîc quoque Camillus exulauit : ad eam fontes Ardeatini admodum salutares : hodie eius rudera *Ardea.*

Aphrodisium, seu Templum Veneris, ad quod Latini suos conuentus agebant : perierat iam Plinij ætate : situm erat circa oppidum *S. Anastasiæ.*

CASTRVM INVI Virgilio, incolæ Castrani : Inui hoc est Panos, seu Ephialtes, Latinè incubus, malè confunditur cum castro nouo in Tuscis : situm erat inter *S. Anastasiam*, & *Capo d'Antio.*

NVM. 3. *Volsci, hodie* vne grande partie de la Champagne de Rome depuis Pasiano, Velitri, Capo d'Antio, & quelque peu de la terre de labeur.

VRBES

ANTIVM patria Neronis, & Caligulæ, Volscorum vrbs nobilissima *Dionys. lib. 6. & 8.* caput Volscorum *Liuio*, celebris victoriâ Romanorum, vnde Rostra locus vbi fixa Rostra Nauium Antiatarum V. C. an. 416. Hîc fuit templum Fortunæ celebre, & Hadriani Imp. hodie *Antio Rouinata.*

MARITIMÆ VOLSCORVM.

Nauale Antiatum, cuius meminit Dionys. lib. 8. Ceno apud Liuium dici videtur appositum ostiis Fl. Loracinæ, hodie *Lor:* est igitur hodie *Nettuno*.

CIRCÆI olim Colo. tempore Strabonis πολίχνιον, Homero credita est Insula ait Plinius, nunc in planitie, dictáque fuit Æxa, sed aggesta continenti fluuiorum limo, ait Theophrastus. Hanc Scholiastes Apollonij absurdè Tyrseniam vocat; locus eius hodie dicitur *Ciuita Vecchia*. Hîc etiam Elpenoris tumulus, locus hominem referens ex Theophrasto: hodie prope oppidum *S. Felicitatis*. Cluuerius non aliam ob causam creditam Insulam putat, quàm ob Pomptinas paludes. Iuxta Circeium Pro. hodie *monte Circello*.

TERRACINA, & Tarracina, & Terracinæ, cum portu quem refecisse Antoninum Pium tradit in eius vitâ Spartianus; olim Trachine dicta ob saxi asperitatem cui insidet; linguâ Volscorum Anxur dicta Plinio. Hîc colebatur Iupiter Anxurus, quasi ἄνευ ξυροῦ, *sine nouaculâ*, quia numquam barbam posuisset, hodie *Terracina*. Circa eam Galli Imp. villa, & locus Lautulæ: hodie *Castello*.

Feroniæ lucus cum fonte, & templo: hæc fuit vxor Iouis Anxuri. Ita dictam innuit Dionys. lib. 2. à Spartanis tempore Lycurgi eò delatis ἀπὸ τοῦ φέρειν διὰ τοῦ πελάγους. Quidam Proserpinam putant. In hoc templo serui Pileum sumebant, vnde Dea libertatis dicitur: hodie locus dicitur *Torre de Leuola*.

VRBES

SVESSA POMETIA: hodie *omnino periit;* ad discrimen Suessæ Auruncæ incolæ dicti Pometini, & Pometij, capta est tempore Tarquinij Prisci. Eam vocat Strabo μητρόπολιν Volscorum, Dionysio est ὥσπερ ἡγεμὼν τοῦ ἔθνους: rectè, nam Antium erat gentis caput.

Velitræ: hodie *Belitri*, & *Belletri*, vbi natus est Octauianus Augustus, incolæ Velitrini, & Veliterni: de hac vrbe vide apud Suetonium plurima.

Norba: *Norma;* vbi Pœni tenuerunt obsides suos.

Signia: *Segni*, Colonia à Tarquinio ducta.

CONTINENTIS VOLSCORVM.

SACRIPORTVS: circa oppidum *Paliano*; nam locus hic erat inter Signiam & Præneste memorabilis prælio inter Marium Iuniorem & Sullam

SETIA Col. *Sezza*: eius vinum cæteris Augustus antetulit, ait Plinius.

Sulmo; locus *Sermoneta*, ruinæ etiam periere.

PRIVERNVM: *Piperno*, incolæ Priuernates Colo antea Præfectura: de Priuernatibus, & quam pacem optauerint à Romanis, lege Liuium lib 8

Marcius collis prope Lanuuium ad Orientem, de quo sæpe Liuius: *nunc quid sit ignorant indigenæ.*

CORIOLI perierant iam tempore Plinij; ab his captis dictus est Coriolanus: iuxta Aricium, & Ardeam; *sed vbi nescitur.*

FORVM Appij, incolæ Forappi, locus differtus nautis, cauponibus atque malignis Horatio; sic dictum ab Appio dum viam sternit: situm erat circa *S. Donato*.

Tres Tabernæ: hodie *Cisterna*; harum Acta Apost. meminere: fuerunt tria diuersoria simul iuncta, ait Zosimus.

FRVSINO: *Fraselone*; incolæ Frusinates ad Fl. Cosam Straboni; Liuius ait eos sollicitasse Hernicos, igitur non erant Hernici.

Fregellanum, Fregellæ, & Fregella; hodie *Ceperaro*; ad Lirim Fl. Straboni, à Samnitibus dirutum, reparatum à Ro. & postea euersum.

Fabrateria: *Faluaterra*, & *Faluatera*, incolæ Fabraterrij. Duplex fuit Antiqua, & Noua; hæc nullius nominis.

AQVINVM: *Aquino*, vrbs magna Straboni ad Fl Melpim.

Interamna Lirinas cognomine, incolæ Interamnani Lirinates cognomento Succusani; vestigia eius visuntur prope *ponte Coruo*.

CASINVM, & Cassinum, quasi forum vetus à voce Sabinâ, seu Oscâ *Cascar* antiquus, vltima Latinorum Straboni: hodie *monte Cassino*. Iuxtà erat villa M. Varronis.

Atina: *Atino*; à morbis dicta, quæ Græcis ἄται Seruio, sed eam malè collocat in Pomptinis paludibus.

ARPINVM, incolæ Arpinates, Municipium, & Præfectura: *Arpino*, patria Ciceronis & Marij. Iuxtà fuit fundus Ciceronis Arpinas dictus, & Villa Q. Ciceronis appellatum

Arcanum : hodie *Arco*.

SORA : *Sora*; Græcis Σῶρα Col. Ro. cùm Samnitibus erepta esset : apud Strabonem ab eâ non procul Liris oritur.

FLVVII VOLSCORVM.

- LIRIS : *de Cariglian*, aliter *Scafati* à ſcaphâ, per quam tranſitur; ampliſſimus, & limpidiſſimus in quem Claudius Fucinum lacum immiſit, de quo vide Suetoniũ.
- IN LIRIM CADVNT MINORES FLVVII
  - Coſas Fruſinonem lauans, hodie *Piſcia Leandro*.
  - Trerus Fabrateriam alluens : *Trero*.
  - Melpis : hodie *Melſa*, & *Mele*.
  - Fibrenus : *Fibreno*, eius meminit Tullius, & ait Lirim reddere gelidiorem.
- ASTVRA Fl. & Inſula, in quâ fuit villa Ciceronis, teſte Plutarcho; dictus eſt aliter Stura, Feſto : hodie *Aſtura*, & *Stura*.
- Nymphæus : *la Nympha*.
- VFENS, & Decennonius, *Aufento*, ſeu *Bandino*. } Hi maximè Pomptinas paludes efficiebant.
- Amaſenus : *Toppia*. }

PALVS POMPTINA.

Aliter Pomptinæ; ſic dicta quaſi Pometina, à Sueſſâ Pometiâ ait Feſtus. Hanc paludem ſiccare meditabatur Iulius, præſtitit Auguſtus; per hanc quoque Traianus viam ſaxo ſtrauit. Siccata iterum ſub Theodorico apud Caſſiodorum, vbi palus Decennonij dicitur : certè meminit Fl. Decennonij Procopius, de quo ſuprà. *De Inſulis poſtea capite decimo.*

NVM. 4. *Aurunci*, *hodie* la partie de la terre de Labeur depuis Terracine, iuſques vn peu au delà du Cariglian.

ORA MA-

Spelunca villa : hodie *Sperlonga*; vbi Tiberius adiit diſcrimen, ſeruatus à Seiano; Prætorium dicitur apud Suetonium.

AMYCLÆ deletæ à ſerpentibus, aiunt Varro, Plinius, Seruius; à Laconibus conditæ, à Pythagoreis cultæ, qui quia non occidebant ſerpentes ab iis exterminati ſunt : quare à Virgilio Tacitæ Amyclæ dicuntur : hîc frequens vipera & inſanabili morſu : olim ab illis

RITI-MA AV-RVN-CO-RVM.	dictus sinus Amyclanus, qui & Caietanus, & Formianus. Caieta vrbs & Prom. à nutrice Æneæ, aut à Græco Καίειν, quòd hîc Æneæ classis incensa sit; Leander à Laconibus dictum, ait à curuitate, quoniam hi *curua* vocant *Caietas*. Formianum villa Ciceronis, dicta & Caietana, medio itinere inter Caietam, & Formias, certè Valer. Max. ait Cic. cæsum in villâ Caietanâ: hodie *la villa di Cicerone*. Formia Municipium, Laconum opus Straboni lib. 5. sic dictæ quasi ὁρμίαι, quia hîc crebræ stationes; Lestrygonum ciuitas fuit, quia hanc Λεστρυγονίην vocat: item quoque Lami vrbs, & domus Antiphatis apud Homerum dicitur, vt probat Cluuerius: hodie *Mola*. Minturnæ Colonia, & Minturna paulò supra Liris Fl. ostia, vbi rudera vrbis ostenduntur: malè dicitur hodie *Traiecto* in collibus ex aduerso illorum ruderũ. Ad eam paludes Minturnenses in quibus delituit nudus Marius 7. Consul; item & lucus Maricæ, quam aliqui Venerem arbitrantur.
CONTINENS AVRVNCORVM.	Fundi, Municipium & Colonia in Agro Cæcubo ad lacum Fundanum: hodie *Lago di Fundi*, vrbs ipsa *Fundi*. Ager autem ille Cæcubus licèt palustris fert vinum generosissimum; dulce est & Albano crassius ait Dioscorides; hoc Lestrygoniam amphoram, flexu poëtico cecinit Horatius. Vescia oppidum, & Vescinus ager, incolæ Vesciates & Vesciani: extendebatur ille ager inter *Molam*, & Minturnæ rudera; sed *locus* Vesciæ vrbis *non potest assignari*. Ausonia quoque vrbs, cuius meminit Liuius, *vbi fuerit ignoratur*. Massicus mons huc quoque ex parte spectat: hodie *monte Dragone*. Item & Liris Fl. de quo suprà in Volscis.

NVM. 5. *Hernici*, *hodie* les territoires d'Anagni, & d'Alatro, en la Champagne de Rome.

VRBES HERNICORVM.

ANAGNIA caput Hernicorum: hodie *Anagni*; incolæ Anagnini; Græcis etiam Anagnates; Diues à Virgilio, Cerealis Silio dicitur.

ALATRIVM: *Alatro*; aliter Aletrium Colonia, & Municipium, cuius incolæ Alatrinates.

FERENTINVM: *Ferentino*, & corruptè vulgò *Fiorentino*; fuit olim Volscorum, sed iis ereptum est ab Hernicis, quâ de re Volsci apud Liuium conqueruntur.

Verulæ, Floro Veruli, Colonia, à Nerua Imp. illustrata: hodie *Veroli*.

NVM. 6. *Aequi*, *seu Aequicoli*, *hodie* partie de la Champagne de Rome, autour de Subiaco, & à la source du Teuerone.

VRBES ÆQVORVM, seu ÆQVICVLORVM.

ALGIDVM oppidum, & mons Algidus, Romæ primordiis locus vterque clarus: hodie *l'Osteria* dicitur Cluuerio. Monti adiacet sylua eidem cognominis retinens reliquias veteris nominis *selua dell'Aglio*; incolæ Algidenses dicebantur.

Corbio, Romanis tradita ab Æquis victis, & diruta à M. Horatio Puluillo V. C. an. 297. vrbs hæc sita erat supra Algidum.

VITELLIA Colonia, vnde Vitellij Imp. maiores, olim ab Æquis per proditionem occupata: Colonia peruetus erat paulò supra *Corbionem*.

TREBA: hodie *Treua*, & *Treue*; in Itinerario Trebulæ, Colonia, quam aliqui dictam volunt Augustam; huic montes vicini Plinio dicuntur Trebani, vnde oritur Anio Fl.

VALERIA, aliter VARIA: hodie *Vico-Varo*, ad Anienem Fl. Marsis tribuitur apud Anastasium, quia hoc æuo latiùs sumebatur nomen Marsorum.

Carseoli: *Arsuli*; à scriptoribus medij æui Carsulis, quâ vrbe Romani vtebantur pro custodiâ nobiliorum, & triumphatorum.

SVBLAQVEVM villa, seu Sublacensis Neronis, à tribus lacubus sic dicta vt ait Plinius, qui Sambriuini, vel Sambriuij dicuntur; postea idem locus dictus est Sublacus, quò secessit S. Benedictus antequam Cassinum peteret: hodie *Subiaco*.

CAPVT VII.

De Sabinis, & Samnitibus prole Sabinorum.

§. 1. *Historica Sabinorum descriptio.*

NVM. 1. *Nomen Sabinorum.*

HVIVS nominis etymologiæ triplex ratio profertur:

Prima est Festi atque Plinij, qui à cultu Deorum sic dictos esse arbitrantur, ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι.

Secunda est Portij Catonis apud Dionys. lib. 2. à Sabino filio Sanci genij huius regionis, qui aliter dictus est Medius Fidius, & à quibusdam creditur Hercules. Hunc filium Sanci Silius Italicus Sabum vocare videtur.

Tertia est Catonis & Gellij quos Seruius citat, qui Sabinos dictos volunt à Sabo duce Lacedæmonio, nam Sabini ad Spartanos originem suam retulere, vt mox dicemus.

NVM. 2. *Origo Sabinorum.*

DE origine Sabinorum in opiniones aliquot scriptores antiqui distracti sunt.

Prima est Plutarchi in Numâ, Dionys. Halic. lib. 2. qui Sabinos Lacedæmonios origine faciunt, & primùm venisse ad campos Pometinos, & inde profectos sese indigenis permiscuisse credunt.

Secunda est Zenodoti Trœzenij apud Dionys. loco citato dicentis, Vmbros esse, & à Pelasgis expulsos venisse in hunc agrum, & Sabinos dictos esse.

Tertia est Strabonis libro 5. αὐτόχθονας esse, & Opicæ gentis, vt sub initium huius libri diximus, & cum Opicis communem linguam habuisse.

NVM. 3. *Politia Sabinorum.*

PELASGORVM plerique in Sabinos transiisse videntur, itaque eò pertinent quæ suprà de Pelasgis obseruauimus apud Dionys. lib. 1. Sabini ex Amiternâ vrbe profecti Listam Aboriginum vrbem cepisse dicuntur. Ad tempora vsque Romuli quomodo vixerint

incompertum. Tum autem in singulis propemodum vrbibus Reges, quorum aliqui victi & cæsi à Romulo, bellis inter vtrumque populum exortis ob raptas virgines Sabinas. Tum supra reliquos eminebat Tatius, qui pace compositâ cum suis Romam migrauit, vnde dicti Romani Quirites à Curibus vrbe Sabinorũ, vt quidam autumant. Reliqui interim quieuere, sed sub Tullo Hostilio, Anco Marcio, Tarquiniis Prisco & Superbo deuicti sunt; immo & sub Coss. diu Romanis restitere, & cum iis περὶ πρωτείων semper contendere: quantùm autem cladis acceperint à Curio Dentato leges apud Florum lib. 1. cap. 14.

NVM. 3. *Fines Sabinorum.*

SI populi omnes ex Sabinis oriundi vnâ regione coërcendi essent, iis & Picentes & quidquid inde populorum est (præter Volscos, & Latinos) ad extremam vsque Italiam, & fretum Siculum continerentur.

Sed recentes & veri Sabinorum hi limites fuerunt; *ab Occidente* Tiberi dispescuntur ab Etruscis; *à Septentrione* Nare Fl. & lineâ ducta ab vrbe Narniâ infra Ocriculos ab Vmbris separantur: *à Meridie* à Latinis Aniene Fl. & mõtibus secundùm Anienem procurrentibus: *ab Oriente* denique à Marsis Telonio Fl. à Vestinis & Pelignis, radicibus Orientalibus Apennini.

§. 2. *Geographica Sabinorum descriptio.*

NVM. 1. *Sabini trans Velinum, hodie* vne partie du Duché de Spolete, & vne partie de l'Abruzzo vlterieure.

VRBES SABINO-

REATE Græcis Ῥέατος Ciceroni & Festo Præfectura: vrbs dicata erat magnæ Matri. Huius tractus Asini laudantur à Plinio & Tullio, quòd eorum vngulæ durentur aquis: hodie *Rieti*.

Nursia: hodie *Norsia*, & *Nurcia*, frigida Maroni, vel ob venena, vel ob scelera.

Vespasiæ non procul à Nursiâ; villa Vespasianorum, vnde & eis nomen: *disparuit*.

AMITERNVM, scriptoribus medij æui Amiternus, inco-

læ Amiterni: eius rudera visuntur non procul à fonte
Aterni, ad vicum *San Vittorino.*
RVM Foruli rupes, ad rebellionem quàm ad habitationem
aptiores, eius incolæ Forenses: locus erat inter Cuti-
lias & Amiternum, *quo loco nescitur.*
Palantivm, & Pallanteum, vnde pars Romæ dicta,
TRĀS ab Euandro & Arcadibus conditum 25. stadiis à
Reate, sic dictum à Palanteo in Arcadiâ, sed deser-
tum ob cæli grauitatem ex paludibus Reatinis, situm
VELI- erat Cluuerio teste, vbi nunc vicus *Polegia.*
Forum Decij corruptè in Tab. Itin. Ferocri, & Forum
Esij: hodie *Ciuita Real.*
NVM. Cvtiliæ; item Cotyle, & Cotylia, de quâ in lacubus:
hîc mortuus Vespasianus Imp. propemodum stans.
Vrbs erat Aboriginum, & ad eam Pelasgi consede-
runt: hodie nomen seruat *Cotyla.*


Velinvs, per Velinum lacum transmeans, & Sabinos
FLV- diuidens Plinio: hodie *Velino.* Eius ostium laxauit Cu-
rio, vt faciliùs in Narem Fl. deflueret.
VII Truenti fontes: *Tronto.*
Aterni fontes: *Pescara.*

Velinvs à Græcis ἔλια Latinis Velia, vbi multæ palu-
LA- des quas efficit Fl. Velinus, quarum hæc præcipua est:
hîc colebatur Velinia in Luco, à quo iam seruat no-
CVS men *Lago Piè di Luca.*
Reatinus, seu paludes Reatinæ, quarum aquas indura-
re vngulas iumentorum Tullius, & Plinius tradunt:
TRĀS hodie *Lago di Rieti,* & alij aliquot lacus vicini.
Cvtiliensis, Vmbilicus Italiæ, in quo Insula fluitat,
VELI- de quâ in Admirandis; hâc visâ Pelasgi ex Oraculo sibi
quiescendum esse hîc putauerunt, & pacem cum in-
NVM. digenis ferierunt: hodie nulla Insula, lacus dicitur *il*
Pozzo Ratignano.

Nvm. 2. *Sabini cis Velinum, hodie* Sabio.

Cvres Græcis Κύρεις caput olim Sabinorum, vnde &
VR- Sabini dicti Cures, & postea Quirites Romani, vt
aiunt Columella, Plutarchus, Seruius, &c. sic dicta,




MARIS SVPERI PARS.
SABINI et EORV PROLES
MONTIS LVCRETILIS DELINEATIO
VELINI FLVVII DESCRIPTIO

BES SABINORVM CIS VELINVM.

vel à genio qui Mars creditur, aut Medius-Fidius, vel ab hastâ quæ linguâ Sabinâ Curis, vt Dionys. hodie Monasterium *il Viscouia di Sabina*, hoc est Episcopatus Sabinensis, in Tabulis nouis corruptè *Visconio;* non procul à Fl. Himella: meminit Curium Sabinorum S. Gregorius Magnus in epistolis, vbi eius Ecclesiam sub nomine S. Anthimij committit Episcopo Nomentano.

REGILLVM, vnde Appius Claudius venit cum magnâ clientum turbâ, ad hanc lacus Regillensis ad quem pugnans Postumius Dictator Latinos vicit, & dictus est Regillensis: hodie *locus ostenditur 5. mill. à Tiberi Fl.*

Eretum, ad quam vrbem via Nomentana incidit in Salariam Straboni: eius ager glandibus abundat; hodie *Monte Ritondo.*

Casperia à Caspiriâ vxore Rhæti: sita erat ad fontes Himellæ fluuij; hodie *Aspra*, vbi visuntur rudera magnæ vrbis: hanc Silius Casperulam vocat.

CRVSTVMERIVM, & Crustumeria, incolæ Crustumerini, & Crustumini; sic dictum vel à Crustâ panis quam edêre Troiani, vel à Clytemnestrâ vxore cuiusdam Siculi, sic Seruius citans Cassium Heminam; hodie *Marcigliano Vecchio.*

MONTES SABINORVM CIS VELINVM.

LVCRETILIS: hodie *Mons Libretti;* postea Lucretius apud Anastasium in vitis Pontificum; ad eum Vstica Horatij villa.

SACER MONS, quò facta est secessio plebis Romanæ, quæ & dicta est Crustumerina à vicino oppido: hodie collis vbi situm *Castellum S. Syluestri.*

CORNICVLI montes iuxta Corniculum, hodie montium tractus inter *Turrem Vergaram*, & fanum sanctæ Margaritulæ *S. Margaritella.*

FLVVII

ANIO: *le Teuerone*, de quo in Latio diximus.

Albula, & Albulæ aquæ, medentes vulneribus ait Plinius, eæque egelidæ; huius fons maior dicebatur Albunea; hodie fluuiolus vocatur *Solphorata.* Erat hîc Musarum, seu Camœnarum sedes, & locus Sibyllæ Tiburtinæ.

SABINORUM CIS VELINUM.

- Auens, à quo volunt aliqui dictum montem Auentinum, ſic Seruius ad 7. Æneid. hodie Cureſius dicitur *Cureſc.*
- Telonius ex Marſis fluens, à ſcriptoribus medij æui dictus Tolenus, cadit iuxta Reate in Fl. Velinum: hodie *Turano*, ; ad hunc Rutilius cæſus à Marſis.
- Fabaris, ſeu Farfarus, nam vtroque modo dicitur: hodie *Farfa.*
- Allia clade Romanorum celebris, Lucano Alia primâ correptâ, hodie *Caminato*, aliter *Rio di Moſſo*, hoc eſt Mortis, ait Leander.
- Himella Cures alluens: hodie *Aia*, ſeu *Laia.*

FONS

- Blandvsia fons Horatio celebratiſſimus & eius villam Vſticam alluens, ex radice montis Lucretilis exiſtit, hodie *Monte Libretti:* Is fons poſtea cadit in Digentiam Fl. hic in Mandelam, ille in Auentem. Ad hunc Vacunæ fanum, ſeu Sacellum, quam aliqui putauere Dianam, alij Cererem, alij Victoriam deam vacationis, alij denique Mineruam, ſeu Sapientiam, quia Sapientes maximè vacare debent.

Nvm. 3. *Vrbes Sabinorum & Latinorum dubiæ aſsignationis*, partie de Sabio.

Antemna, & Antemnæ, ſic dictæ quaſi ante amnem poſitæ Varroni, ergo cis Anienem, locus primo bello Romanorum celebris: *vbi fuerit neſcitur;* incolæ Interamnates appellabantur.

Cænina, incolæ Cænitæ, & Cæninenſes, cuius rex cæſus à Romulo prima ſpolia Ioui Feretrio ſuffecit: *ſitus eius ignoratur.*

Collatia, incolæ Collatini, vnde Lucretiæ maritus. Sic dicta quia condita ab aliis ciuitatibus eò opes ſuas conferentibus, ait Feſtus; hodie *Vicus S. Agnetis*, corruptè *S. Agneſe.*

Ficvlnea cognomento vetus, aliter Ficelia, & eius ager Ficulenſis; ab hoc agro via Nomentana dicta quoque Ficulenſis Liuio: vrbs hæc ſita fuit ad *Caſtellum S. Clementis.*

Nomentvm: hodie *Lamentano;* vrbs antiqua Lomentum poſtea dicta: de eius etymo ignari nugari ſolent.

Fidenæ, & Fidena, incolæ Fidenates in Ro. hiſtoriâ celebres,

non procul ab Anienis, & Tiberis confluentiis Liuio. Tempore Tullij florebat, Horatij deficiebat: Strabo ait sua ætate tantùm villam fuisse, quomodo ergo eodem tempore sub Tiberio casu theatri tot hominum millia obtriti sunt?

Corniculum vnde montes Corniculani, situm *ad turrem Vergatam.*

§. 3. *De Samnitibus qui proles Sabinorum dicuntur, Historica.*

His complectimur Picentes (& ab iis decerptos Picentinos, de quibus in Campaniâ) Vestinos, Marrucinos, Frentanos, Pelignos, Marsos, Samnites propriè dictos, & eorum consanguineos Hirpinos, quos omnes ex Sabinis oriundos disertissimè Strabo asserit.

Nvm. 1. *De Picentibus, seu Piceno.*

Nomen. Olim dicebantur Picentes, modò Picentini; sed ex quo Picentini in agro Campano collocati sunt ad mare inferum, hi desierunt appellari Picentini; apud Stephanum perperam Piciantes nominantur, ab aliis etiam Paciantes. Regio autem modò ager Picenus, modò Picenum dicitur, Appiano Πικηνὶς ἰδος, Straboni Πικεντίνη.

Origo. Picentes orti sunt à Sabinis; sic Strabo, & Plinius: inde emigrarunt in hæc loca aue Pico eos deducente, inquit Strabo lib. 5. Festus ait eorum vexillo Picum auem insedisse. Silius tamen putat hanc Coloniam deduxisse Picum Regem: ex eâ autem regione Siculos & Illyricos depulerunt. Reperiuntur tamen aliqui apud Festum Pompeium qui Picentes accersant ex Illyrico, & inde dicant profectos sub hospitiis regis sui Volsini, cui cognomen Lucullo fuit; eius autem nepotes fuisse Pacinum & Pelicium à quo Picentes, & Peligni vocibus nonnihil detortis appellati sunt.

Qvalitas. De agri huius fertilitate vide Strabonem lib. 5. Liuium 22. Florum lib. 1. cap. 14. fuit autem hæc regio tam populosa, vt scripserit Plinius lib. 3. cap. 13. anno V. C. 485. trecenta septuaginta millia Picentium in fidem populi Romani venisse.

Fines. *Ab Oriente* mari supero Picenum eluebatur; *ab Occidente* Æsi Fl. & lineâ ab eius medio ducta ad montem Fiscellum, quibus

bus ab Vmbriâ distinguebatur; *à Septentrione* mari quoque Supero tingebatur; denique *à Meridie* fluuius Matrinus *Atri*, hos à Vestinis disiungebat.

DIVISIO. Picenum aliud est Verum, aliud Adiectitium: tres autem agri additi sunt Piceno, *Palmensis*, *Prætutianus*, & *Hadrianus*.

PALMENSIS AGER, cuius mentionem facit Plinius, vt Cluuerius arbitrabatur extendebatur à Truento fluuio *Tronto* ad Heluinum Fl. hodie *Salineli*: sed iampridem accesserat Piceno expulsis ex eo Liburnis: & eius extare vestigia putat Cluuerius in turre maritimâ, vulgò *Torre di Palma*.

PRÆTVTIANVS, aliter Præcutinus, & Præcutius, vt vult Leander, vnde vina Prætutiana Plinio. Hic autem ager sicut & subsequens à Piceno distinctus erat, nam Liuius post agri Piceni mentionem ait subsequi agros Prætutianum, & Hadrianum.

HADRIANVS ab Hadriâ vrbe nomen accepit, quam suspicor fuisse Coloniam Etruscorum qui ad Padum accolebant, & hic ager quemadmodum & præcedens tantùm sub Imperatoribus adiecti sunt Piceno.

NVM. 2. *De Vestinis.*

NOMEN. Suidas Βεςίνες appellat, & sic dictos esse credit ob ferinos, & belluinos mores ἦθος θηριώδες τὸν τρόπον.

ORIGO. Quænam fuerit eorum origo dubitatum à quibusdam. Samniticam gentem vocat Strabo; alij tribuunt illis genus Illyricum. Vestini fuere fortissimi, seu cùm prima gessere bella cum Romanis, seu eos sequuti sunt ad orbem edomandum, seu cùm bello Marsico tam fortiter cum aliis sociis pugnauere.

FINES. *A Septentrione* Matrino Fl. diuiduntur à Piceno; *ab Occidente* Aterno Fl. à Marsis; *ab Meridie* eodem Aterno *Pescara* à Pelignis, & Marrucinis: *ab Oriente* denique Supero mari verberabantur.

NVM. 3. *De Marrucinis.*

NOMEN & ORIGO. Aliter Maruncini, corruptè Appiano Maurocini: à Marsis nomen habent sic loquente Catone, *Marrucini de Marso detortum nomen.*

FINES. *A Septentrione* Aterno Fl. dirimuntur à Vestinis; *Ab Occidente & Meridie* Pelignis; *ab Oriente* Frentanis, & Mari Supero.

NVM. 4. *De Frentanis.*

NOMEN & ORIGO. Gens Samnitica inquit Strabo lib. 5. vtrùm autem dicta sit à Fluuio Frentone hodie *Fortore*, an hic ab illis, statui non potest; corruptè Ferentani aliquando leguntur.

FINES Frentanorum *ab Occidente* sunt Peligni, & Marrucini; *ab Oriente & Septentrione* Mare Superum; *de Meridie* maior difficultas, ob varias discrepantésque sententias. Nam Plinius lib. 3. cap. 11. Larinates vocat cognomine Frentanos, quod & facit Tullius oratione pro Cluentio: tamen Plinius oblitus sui, & Mela Fl. Tifernum, hodie *Biferno* Frentanorum limitem statuunt. Quæ vt conciliet Cluuerius putat Frentanos olim ad Frentonem extensos, quod ex nomine satis colligitur, postea Tiferno Fl. à Romanis coërcitos esse. Cæsar autem lib. 1. de bello ciuili Frentanos, Larinates, Apuliam à se inuicem distinguit, cùm ait, *se perueniße per fines Marrucinorum, Frentanorum, Larinatium, in Apuliam.*

NVM. 5. *De Pelignis.*

NOMEN Pelignorum apud Græcos miserè deformatum est: nam Diodorus Sic. eos Palinios, & Pallinos vocat, Appiano Μαγλῖνοι sunt; hos Festus putat dictos esse à Pelicio nepote Volsini Luculli.

ORIGO. Credit Festus origine Illyrios esse, & venisse Pelicium cum auunculo suo Volsino cognomine Lucullo in hanc regionem. Alij tamen vulgò Samnites appellant.

FINES. *A Septentrione* separantur Aterno Fl. à Vestinis: *ab Oriente* Marrucinis, & Frentanis: *à Meridie* Sagro Fl. *Sangro*, seu *Sanguine* à Samnitibus: denique *à Meridie* Marsos conterminos habent.

NVM. 6. *De Marsis.*

NOMEN & ORIGO. A Marro Marsi nomen accepisse perhibentur, qui dux eorum fuit, & de suo nomine Marrubium gentis caput condidit. Alij volunt à Marsyâ Phrygum rege dictos esse,

& hîc multa fabulosè comminiſcuntur, quæ apud Solinum, & Seruium leges; ſicque Phrygas origine eos credunt eſſe. Alij denique vt Seruius à Circe prognatos malunt, & dictos Marrubios quaſi ad *mare vitam degentes*, quia accolebant Fucinum lacum, *le lac de Celeno*, qui maris inſtar patet. Solinus autem tradit Medeæ filium Marſis imperaſſe, & Seruius autumat Medeam hîc dictam eſſe *Angitiam*, quòd eius carminibus ſerpentes *angerentur*: certè vt ait Agellius familiæ Marſorum quædam vim habent ſingularem contra ſerpentum morſus: addit Solinus gentem Marſorum à ſerpentibus illæſam eſſe.

Quàm fuerint fortes Marſi arguit eorum factum bello Sociali, quando cæteris animoſiores ad vrbem caſtra poſuerunt; cùm edixit Sylla ne quis Samnis viuus caperetur, itáque eos exterminare ex Italiâ conatus eſt, quòd diceret quietam Italiam eſſe non poſſe, quandiu hi populi cohærerent.

FINES. *Ab Oriente* ſeparantur à Pelignis & Veſtinis, ab his Aterno fluuio, ab illis lineâ ad Apenninum protractâ; *à Septentrione* Sabinis vicini ſunt; *ab Occidente* Telonio Fl. *Turano*, ab iiſdem Sabinis dirimuntur; *à Meridie* denique lineâ paulò infra Liris fontes ductâ à Latio ſeparantur.

NVM. 7. *De Samnitibus Veris, & Samnio.*

NOMEN & ORIGO. Duxere originem à Sabinis, quod Strabo diſertiſſimè tradit lib. 5. *A Sabinis originem ducunt Picentes, & Samnites, ab his Lucani, & ab his Brutij.* Porro Sabinorum corpus in duas partes diuiſum eſt, pars versùs occaſum retinuit nomen Sabinorum, alij in ortum extenſi primùm dicti ſunt Σαβινῖται, mox Σαβῖται, Græcis Σαυνῖται, vnde Samnites à Romanis appellati ſunt. Plinius autem lib. 3. cap. 12. Sabellos à Græcis Saunitas appellatos ait eſſe; & nomine Sabellorum vtuntur Liuius, Maro, Horatius, & alij.

MORES & POLITIA. Bellicoſiſſima fuit gens totius Italiæ, & quæ multùm negotij Romanis exhibuit. Florus ait eos humanis hoſtiis in perniciem vrbis coniuraſſe, pugnaſſe ſaltibus, & montium fraude graſſatos eſſe, 50. annis domitos eſſe (Liuius ait 70.) ſic eorum vrbes dirutas eſſe, vt iam Samnium in Samnio quæratur, & materies 24. triumphorum. Caudinæ furcæ Romanæ

ignominiæ testes, quam postea tamen iidem Rom. Samnitum sanguine eluerunt, dedecore obruerunt: ait idem Florus cap. 16. lib. 1. ornatos fuisse armis aureis & argenteis, & veste discolori vsque ad ambitum. Quid fecerint in bello Sociali diximus in Marsis. Cætera ex Liuio repetes.

FINES. *Ab Occidente* separantur à Campanis Vulturno Fl. *à Septentrione* à Pelignis Fl. Sagro; *ab Oriente* à Frentanis & Apulis; *à Meridie* Hirpinis, & Campanis.

NVM. 8. *De Hirpinis.*

NOMEN & ORIGO. Consanguinei Samnitum fuere Hirpini, atque adeo pars: quare Strabo lib. 5. κάυτοὶ Σαμνῖται; addítque accepisse nomen à Lupo Coloniæ ductore, quia Samnites Λύκον, ἵρπον appellant. Prima eorum mentio fit apud Polybium & Liuium in historiâ belli secundi Punici, túmque defecisse dicuntur ad Pœnos, cùm antea in bello Samnitico nusquam nominati reperiantur.

FINES. *Ab Occidente* Sabato *Sabato* Fl. separantur à Samnitibus, itémque ab eius fonte montibus procurrẽtibus à Campanis disiunguntur; *à Meridie* alio montium tractu à Picentinis; *à Septentrione* iugis Apennini à Samnitibus; denique *ab Oriente* Apulis sunt contermini.

§. 4. *Geographica Samnitum omnium descriptio.*

NVM. 1. *Picentes, seu Picenum, hodie* parties de la Marche d'Ancone, & de l'Abruzzo Vlterieure.

VERVM, seu

- ANCONA: hodie *Ancona*, nobis *Ancone*; à cubiti flexura nomen habet, condita est à Siculis, ideo Dorica à Iuuenali dicitur.
- Humana: hodie *Rouinæ di Humana*, non procul *à Sirolo*; à Siculis condita; Plinius & Ptol. Numanam vocant.
- PICENVM vrbs à Pico condita, *concidit*, eius ruinas indigenæ indicant non procul à *Firmo*, ad ostium fluuioli Letæ.
- POTENTIA Colonia Ro. incolæ Potentini, deducta V. C. an. 568. sita est ad Fl. cognominem *Potentia*, & hodie di-

ANTIQVVM PICENVM.

citur *Porto di Potentia*, aliter *Porto di Recanati*.
FIRMVM Colonia cognomento Picenum : *Fermo*; sub Imperatoribus Augusta Firma vocata est; meminit & Strabo Naualis Firmi, Plinius Castelli Firmani : hodie *Porto di Fermo*.
Tignium, cuius meminit Cæsar 1. de bello ciuili : hodie *S. Maria in Georgio*, vt putat Leander.
Cupra maritima, sic dicta à Cupra, seu Cypra Dea quæ est Iuno Hetruscis, ait Strabo : hodie *la Grotta*.
Cupra Montana : hodie *Ripa Transone*.
ANXIMVM Colon. & Municipium *Osimo*, seu *Osmo*, Procopio Anximus, cui est gentis μητρόπολις, & Floro caput gentis.
Septempeda Municipium : hodie *San-Seuerino*, in Martyrologio Ro ad Septempedanos.
Traiana : hodie *reliquiæ di Traiana* in nouis tabulis; Leander tamen eam locat ad Ostium Fl. Potentiæ.
TOLENTINVM Municipium incolæ Tolentinates : *Tolentino*.
Cingulum à Labieno conditum, & suâ pecuniâ exædificatum, vt ait Cæsar : hodie *Cingolo*.
FALERIA, bello ciuili oppidum celebre, hodie *Faleroni*, vel locus ab eo disiunctus 2. Pass. Mil. hodie *Falera*, vtrumque aiunt indigenæ.
RICINA Col. incolæ Ricinenses, aliter Heluia Ricina dicta in lapide, ex quo discitur ducta Col. à Septimio Seuero Imperatore: circa *Maceratam* sita erat.

ADIECTA

AGER PALMENSIS, *pays autour d'Ascoli.*

ASCVLVM Picenum, ad discrimen Asculi Apuli, incolæ Asculani Tullio, ineptè Asclites Stephano : hodie *Ascoli*.
TRVENTVM vrbs ad Fl. cognominem, quæ vbi sita fuerit ignoratur, aliquibus *il Porto d'Ascoli*, aliis *Torre di Suguro*.

PRÆTVTIANVS AGER,

Castrum Nouum Colonia Liuio, facta initio primi belli Punici Velleio : hodie rudera vrbis magnæ dicuntur *Flauiano*.
INTERAMNIVM, cuius oppidi auctor Augustus Cæsar, ait Frontinus, aliter Interamnia : ho-

PICENO.

pays autour de Téramo.
die *Téramo*, seu *Térano*.
Belegra Ptol. incolæ Plinio Belegrani : hodie fortè *Ciuitella*, ad Sabinelli ripam.

HADRIANVS AGER, *pays autour d'Atri.*
HADRIA : hodie *Atri*, ab Etruscis condita, facta Colonia circa V. C. 463. cùm Curius Dentatus Samnites vicisset. Ex hac vrbe oriundus erat Hadrianus Imperator, vt tradit in eius vita Spartianus. Vtrùm autem ab eâ vrbe dictus sit Sinus Hadriaticus quidam dubitant : asserunt Tzetzes in Lycophronem, & Paulus Diaconus in Longobardicis; sed vterque malè, vt doctè ostendit Philippus Cluuerius, quem lege.

FLVVII PICENI.
Truentus : *Tronto*.
Heluinus : *Salinelli*.
Vomanus : *Vomano*, seu *Vmano*.
Matrinus : *Atri*, aliter *la Piomba*.
Aternus : *Pescara*, iam dictus Pescara tempore Pauli Diaconi. Apud Tullium corruptè dicitur Atratus; & aliquando sanguine diffluxit, vt idem Orator notat.

NVM. 2. *Vestini, hodie* partie de l'Abruzzo Vlterieure, entre les fleuues de la Piomba & Pescara.

AMITERNVM : hodie *Amiterno Rouinæ* ; in historiâ Romanâ celeberrimum, vt colligitur etiam hodie ex ruderibus : hinc ortus Crispus Salustius historicus.

PINNA : postea Pinnæ, incolæ Pinnenses, vrbs virens à Silio dicta ob loci amœnitatem : vulgò *Ciuita di Penna*.

Angulus, Antonino Angelus, incolæ Angulani : hodie dicitur *Ciuita de Sant-Angelo*.

AVIA, incolæ Auienses Plinio : hodie Aquila, vnde in Martyrologio Romano legitur, *in Auiensi ciuitate in Vestinis apud Aquilam*.

Aternum : *Pescara* ; de quâ mox.

NVM. 3. *Marrucini, hodie* le Territoire de Chiéti en l'Abruzzo Citerieure.

THEATE, vnde incolæ Theatini, Straboni Τεατία, & caput

Marrucinorum : hodie *Chiéti*, vel *Tieti*.

Aternvm : *Pescara*; sic dictum à Fl. cui adiacet commune Marrucinorum, & Vestinorum, immo & Pelignorum emporium, vt ait Strabo lib 5. dicitur aliter Ostia Aterni; incolæ Aternenses, & Aternensis ager.

Nvm. 4. *Frentani, hodie* partie de l'Abruzzo Citerieure, & de la Capitanata.

VRBES FRENTANORVM.

- Ortona : hodie *Ortona*, Straboni Orton Frentanorum vt vocat Ἐπίνειον *nauale*, priùs eidem dicta Petra Piratarum, qui domicilia sua hîc ob naufragia constituebant, & in reliquâ vitâ belluas imitari ferebantur.
- Histonium : hodie *Guasto d'Amone*.
- Anxanvm, incolæ Anxani Plinio : vulgò *Lanciano*, & *Lanzano*; certè ex eius ruinis condita.
- Larinvm : vulgò *Larina*; municipij Larinatium sæpe meminit Tullius pro Cluentio.
- Cliternia : Cluuerio hodie *Campo Marino*.

FLVMINA FRENTANORVM.

- Sagrus : hodie *Sangro*, & *Sanguine*, Frentanos à Pelignis disterminans, ait Strabo.
- Trinius, hodie *Trigno*.
- Tifernvs : *Biferno*, tandem limes Frentanorum, & Apulorum constitutus.
- Frento : *Fortore*, primus limes Apulorum & Frentanorum.

Nvm. 5. *Peligni, hodie* partie de l'Abruzzo Citerieure autour de Sermona, entre les fleuues de Pescara, & de Sangro.

Corfinivm, gentis Pelignorum caput Straboni lib. 5. & Velleio lib. 2. hanc vrbem Marsico bello, seu Sociali populi illi selegerant loco Romæ, & Italicam appellarant; celebratur quoque obsidione Domitij à Cæsare. Stabat adhuc anno 970. vt habemus ex Sigeberto. Tandem concidit, & ex eius ruinâ creuit vicinum oppidum Populium *Popolo*; Corfinij rudera ostenduntur circa *Pentinia*, vt ait Leander.

Svlmo, nunc *Sulmona*, & *Sermona*, Straboni Σύλμωνα Ouidij

patria, vnde ille *gens mea Peligni regióque domeſtica Sulmo*: de eius conditore lege Silium lib. 9. quid paſſa ſit à Sylla vide Florum lib. 3. cap. 21.

Superequum, vnde incolæ Superequani Plinio, aliàs Pelignorum caput: hodie *Palena*, in quo nomine quidam veſtigia quærunt nominis Pelignorum qui Paleni dicuntur apud Diodorum Siculum; ſed nodum in ſcirpo quærunt.

NVM. 6. *Marſi, hodie* partie de l'Abruzzo Vlterieure autour du lac Celano, iadis *Fucinus*.

VRBES MARSORVM.

MARRVBIVM, ſeu Marruuium caput Marſorum: hodie *Mornea* Cluuerio, *Marno* Leandro.

ALBA FVCENTIS, corruptè Alba-Fucelis Ptolemæo: hodie *Albe*, ſeu *Albi*; Alba olim ἁπλῶς dicta; incolæ Albenſes & Albeſes, vnde Albeſia ſcuta Feſto, ſicque diſtincti ab Albanis Albæ longæ; à Romanis dicitur condita à Strabone, qui eam in ſcopulo locat ad lacum Fucinum, Liuius tantùm eam Rom. Coloniam facit. A quibuſdam tribuitur Æquis, à nonnullis & Latio.

LACVS.

FVCINVS: hodie *Lago Fucino*, ſed communiùs *Lago di Celano*, ab oppido ei appoſito. Lycophron hunc Phorcen vocat: in eum Fl. Piconia influit, vt vocat Plinius, Pitonium Lycophroni, Sequeſtro Pitornium, hodie *Giouenco*, vt ſuſpicor ex nomine quod ei Leander affinxit *Iuueneus*; quod ineptè ſubſtituit pro Plinij, *inuectus*. Hic fluuius emiſſus è Fucino mergitur, oritúrque in agro Tiburtino, & Marciam aquam facit, vt ante diximus in aquæductibus Rom. Lacum illum an. V. C. 794. emiſit Claudius Imp. in Lirim monte partim exciſo partim effoſſo ad 3. paſſ. mill. hominum 30. millibus, totis annis vndecim laborantibus: de quâ emiſſione vide Suet. in Claud. Tacit. an. 12. Dionem lib. 40. Hunc iterum emiſit Hadrianus, vt ait Spartianus. At iam hoc emiſſarium ſic obturatum eſt, vt vbi fuerit neſciant indigenæ.

NVM.

NVM. 7. *Samnites propriè dicti, seu Veri, hodie* partie de l'Abruzzo Citerieure, tout le Comté de Molisse, parties de la Capitanata, & de la terre de Labeur.

VRBES VERORVM SAMNITIVM

- BENEVENTVM: *Beneuento*, nobis *Beneuent*, antea Maleuentum Plinio; malè confunditur cum Argyrippa, quia vtraque condita à Diomede; item malè ab eodem Plinio collocatur in Hirpinis; dicitur & corruptè apud Ptolemæum Statuentum. Facta est Colonia an. V. C. 485. quando & dicta Beneuentum.
- Aufidena memorabilis bello Samnitico: *Alfidena*. Hanc Ptolem. facit caput Caracenorum Populorum quos hîc intrudit: meminit Zonaras An. 2. castri quod Καρακήνους vocat, in quod narrat abegisse prædas suas Lollium quemdam Samnitem.
- Triuentinum: *Triuento*.
- BOVIANVM Colonia *Boiano*, ex quâ plus prædæ erutum quàm ex toto Samnio Liuio lib. 9. apud quem dicitur caput Samnitium PENTRONVM; facta est autem Colonia lege Iuliâ.
- Triuentum: *Molisse*, vt ex itinere Coss. bene Cluuerius colligit.
- Æsernia Col. incolæ Æsernini: *Isernia*.
- Aliffæ, vnde ager Aliffanus Liuio: *Alifi*.
- Telesia Colonia à Triumuiris deducta: *Telese*.
- CAVDIVM oppidum: hodie *Aerola*, seu *Aierola* ad Fl. Isclerum; aliis vicus *Arpaia* minùs commodè.

MONTES SAMNITIVM

- TABVRNVS, ad dextram Faucium Caudinarum, etiamnum hodie *Tabor* nominatur.
- FVRCÆ CAVDINÆ, aliter FVRCVLÆ ANGVTIÆ, duplices sunt, inter quas medius campus satis amplus, & fertilis: hîc Romani sub iugum turpissimè missi sunt, & coacti iniquissimam pacem, dictam Caudinam, inire, de quâ Liuius & Florus: hodie locus inter oppidum *Airola*, & *S. Agathæ*, quem Fl. *Isclerus* secat.

FLVVII SAMNITIVM

- Sabatus à quo populi Sabatini dicti, qui ad Annibalem defecerunt: *Sabato.*
- Calor, cuius meminere Liuius & Appianus: hodie *Calore.*
- Tamarus; *Tamaro*, in Calorem Fl. cadens: & hi iuncti postea in Sabatum deuoluuntur.

NVM. 8. *Hirpini, hodie* la Principauté Vlterieure, *Principato vltra.*

VRBES HIRPINORVM.

- ABELLINVM Col. ducta lege Semproniâ; *Auellino.*
- Callifæ: hodie *Carifé*, oppidulum.
- Rufriæ, & Rufrium, Maroni Rufæ: hodie *Ruuo.*
- TAVRASIVM, incolæ Taurasini, cuius incolæ ex Liguriâ deportati sunt *in campos Taurasinos;* in his victus Pyrrhus Epirota: malè Aurasini dicuntur apud Florum: hi autem campi extenduntur ad Beneuentum; hinc pugna hæc dicitur conserta ad Beneuentum: vrbs hodie *Taurasi.*
- EQVVS TVTICVS, hoc est *Magnus*, vt interpretatur itiner. Hierof. Tuticum Ptolem. hodie *Ariano.*
- Triuicum: *Treuico*, Horatio villa, *ni nos vicina Triuici villa excepisset.*
- HERDONIA, seu Cerdonia: *Cerdogna*, ab Annibale incensa subductis incolis.
- Æculanum, incolæ Æculanenses Plinio, in inscript. Æclanenses: *Fricento.*
- Romula, & Romulea, seu Subromula, oppidum diues; hodie *Bisaccia.*
- Aquilonia, incolæ Aquiloni: hodie *Carbonara.*
- COMPSA: hodie *Conza*, Annibali prodita: ad hanc malè Velleius ait cæsum esse T. Annium Milonem dum eam oppugnat, nam verè in Thurinis ad Cassanum cecidit.

FONS

- AVFIDI, *la source de Lofanto*, qui vnus ex fluminibus Italiæ Apenninum diuidit, & secat, ait Polybius.

LA- CVS HIR- PI- NO- RVM.

AMPSANCTVS: hodie *Mufiti*, ſub oppido *Fricento:* ad quem ædes Mephitis, ad eum qui propiùs accedit interimitur. Eius meminit Tullius 2. de Diuinat. de eo Maro 7. Æneid.

Eſt locus Italiæ in medio ſub montibus altis,
Nobilis & famâ, multis memoratus in oris
Ampſancti valles, &c.

locus ille (ait Seruius ad hæc verba) ambiebatur collibus, & arboribus, vnde odor ille peſtifer, qui accedentes interimebat: quare hîc victimæ non iugulabantur, ſed huic loco admouebantur, & interficiebantur, erátque hoc litationis genus; de hoc in Admirandis.

CAPVT OCTAVVM.

De Campania.

HÆc eſt regio *non Italiæ modò, ſed toto terrarum orbe pulcherrima plaga,* (ait Florus) quam Philoſtratus in vita Apollonij Ἰταλίαν εὐδαίμονα vocat; Plinio *Felix & beata humanitas, & vno in loco gaudentis opus naturæ, &c.* de quibus mox plura in qualitate huius regionis.

§. 1. *Hiſtorica Campaniæ deſcriptio.*

NVM. I. *Nomen Campaniæ.*

NOMEN habet ab vrbe Capuâ, quam Capys Troianus condidiſſe fertur; licèt aliqui reclament, & Capyn illum Samnitem dicant. Alij à Capy, ſeu Falcone linguâ Tuſcâ dictam malunt, quæ vox Falconem ſonat, quòd augurio Falconis condita eſſet. Alij à quodam cui curui pollices pedum eſſent, quos Tuſci Capuas appellant, ſic *Feſtus*. Alij, quòd eſſet in planitie, ſeu loco campeſtri: alij denique, quòd eſſet in medio, & caput 12. vrbium Campanarum; ita *Euſtathius*.

NVM. 2. *De incolis Campaniæ.*

CAMPANI origine ſunt Samnites, ſed ab hoc nomine receſſerunt, inquit Strabo: qui addit hanc regionem quondam fuiſſe Auſonum, & Opicorum; Cumanos etiam eò appuliſſe ex Chalcide, item & Tuſcos qui 12. vrbes condiderunt, quorum erat caput Capua. Hos autem mollitie diffluentes, & luxu eiectos eſſe à Samnitibus. Porro Campanorum nomen adſciuerunt ſibi Samnites illi, vt ait Liuius V. C. 332. vt auctor Olympiadum Olym. 85. an. 3 Igitur V. C. 315. quod ſequenti anno factum eſſe putat Diodorus Siculus. Quomodo autem illi populi pro Dionyſio Siciliæ Tyranno militarint, & occuparint perfidè vrbes aliquas, ex eodem Diodoro ediſces.

NVM. 3. *Qualitas Campaniæ.*

AGER hic omnium fertiliſſimus Straboni πεδίον εὐδαιμονέστατον; Polybio nobiliſſimus ager Italiæ καὶ διὰ τὴν ἀρετὴν, καὶ διὰ τὸ κάλλος *ob amœnitatem, & pulchritudinem*, quod etiam ait Liuius. Apud Tullium ager Campanus dicitur Romanis annonæ perfugium. De eius fertilitate multa Strabo lib. 5. & Dionyſ. lib. 1. Vnguenta Campaniæ poſt Ægyptiaca famoſiſſima ſunt Plinio, quare Capuæ vicus Seplaſiæ vnguentariorum. Ideo in hoc agro delitiis emollitus Annibal ac tandem fractus eſt, vt ait Seneca.

NVM. 4. *Fines Campaniæ.*

OLIM Campania dirimebatur ab agro Falerno per Vulturnum Fl. Sed cùm Romani hac regione potiti eſſent, voluerunt Lirim Fl. eſſe communem Latij, atque Campaniæ terminum, ſic tamen vt quædam Latij vrbes, & loca limitem illum tranſcenderent.

FINES ergo hi vulgò ſtatuuntur: *ab Occidente* linea ducta à Sinueſſa *Bagni*, per montem Maſſicum *Monte Dragone* ad Apenninum, quâ disiungitur à Latio; præterea Vulturno Fl. ſeparatur à Samnio; item ab eodem *à Septentrione* Apennini exiguâ parte Caudinîſque montibus diſpeſcitur; *ab Oriente* Hirpinis connectitur; *à Meridie* denique mari Infero alluebatur, cuius tractus partem Picentini obtinuerunt.

NVM. 5. *De Picentinis nouis Campani littoris accolis.*

CAMPANIÆ pars à Surrento, *Sorrento*, ad Silarum vſque Fl. à Romanis contributa eſt Picentium parti, quam ex Supero Mari ad Inferum traduxerunt, inquit Strabo lib. 5. nec eſt cauſa, cur in eius verbis tantas tragœdias Cluuerius excitet vir plerumque ad nauſeam vſque accuratus. Hæc autem migratio contigit cùm M. Curius Dentatus Samnites, & Sabinos deuicit anno V.C. 463. & ab eo tempore Picentinorum & Picentium, promiſcuum antea nomen, diſtingui cœpit: qui Mare Superum accolebant dicti *Picentes*, qui Inferum *Picentini*. Eos autem idem Strabo collocat ad ſinum Poſidoniatem; videlicet eò vſque ſinus ille protendebatur.

FINES autem Picentinorum aſſignantur illi; *ab Occidente* Campanos habent; *à Septentrione* & *Oriente* Hirpinos; *à Meridie* mare Inferum, & Silarum Fl. quo à Lucanis dirimuntur.

§. 2. *Deſcriptio Geographica Campaniæ, hodie* la pluſpart de la terre de Labeur.

NVM. I. *Vrbes Maritimæ, & Promontoria Campaniæ.*

SINVESSA Col. antea Sinope à Plinio dicitur extrema Latij; apud Polybium in Campaniâ locatur, in Veſcino ſinu à Strabone, Soeſſa corruptè Ptolemæo dicitur. Facta eſt Col. an. V.C. 458. quando Sinope dici deſiit. Fit mentio aquarum Sinueſſarum vbi Tigellinus periit; hæ fœminarum ſterilitatem, virorum inſaniam ſanant Plinio, hodie *Bagni*. Vrbs ſita erat ad radices M. Maſſici, vulgò *Monte Dragone*, vbi eius rudera viſuntur.

Vulturnum facta Col. 555. V. C. hodie *Caſtello à Mar di Volterno*, aut *Caſtel di Volterno*.

LITERNVM, ad Fluuium cognominem, poſtea corruptè à quibuſdam Linternum, incolæ Liternini Colon. Ro. vbi exulauit, mortuus, & ſepultus Maior Africanus: hodie *Torre di Patria*: iuxtà Literninæ paludes, *il Lago di Patria*, & Gallinaria ſylua prædonum olim receptaculum.

CVMÆ, & Cuma, & Cume, ſpecula maris Etruſci Agathiæ, qui eam vrbem accuratè deſcribit in colle: condita à Chalcidenſibus Euboïcis, quos deduxit Columba, aut crepitus æris, ait


CAMPANIA et SAMNIVM Descriptio.
VOLSCI LATII
AVRVNCI PARS
SAM NIVM
CAM PANIA
APV LIÆ
HIR PINI
PICEN TINI
LVCANIÆ PARS
MARE INFERV
SINVS PVTEOLANVS
PÆSTANVS SINVS
Fons Sagri
Trinii flu. Fons
TIFERNVM
Tifernus flu.
Teanum Apulum
Ger ion
Æsernia
Tiferni flu. Fons
Bouianum
FRENTO FLV.
LVCERIA
APENNINVS
MONS
VENAFRVM
Sæpinum
Sirpium
Alifæ
Casinum
Cerbalis flu.
BENEVENTVM Antea Maleuentũ
Equus Tuticus
Accæ
Telesia
VVLTVRNVS FLV.
Triuicum
Taburnus M.
Taurasium
Califfæ
Theanu Sidicinum
Suessa Arunca
MASSICVS MONS
CALES
Mons Calicula
Caudium
Æcu lanum
AMPSANCTI LACVS
Templum Mephitis
Cerdonia Herdonia
MINTVRNÆ
Casilinum
Saticula
Abellinum
CAPVA
Suessula
Auella
Romula
AVFIDVS PARS
Forum Popilii
Sinnessa
Trebula
NOLA
Aquilonia
Pons Aufidi
Vulturnum
ATELLA
NEAPOLIS
FVFIVS
Liternum
Cumæ
Puteoli
VESVVIVS mons
Herculanum
Pompeiu
Compsa
Ænaria
Misenum Pro.
Nucerra
Stabiæ
SALERNVM
Picentia
SVRRẼTVM
INS. CAPREÆ
Marcina
Eburi
SILARVS FL.
Volcentũ
Sirenusæ Ins.
Mineruæ Pro.
37
38
39
41


LINTERNVM
NEAPOLIS
Veseris
VESVVIVS M.
Sepulchrũ Virgili
Spelunca
Megaris Ins.
Piscina Luculli
Charoneæ Serobes
Piscina Cesaris
HERCVLANIVM
Academia Ciceronis
CVMÆ
Spelunca Sybille
Lacus Auernus
Lacus Lucrinus
PVTEOLI
Ad Hamas Lucus
Acherusius Lacus
Via Herculea
BAIÆ
Pharus
Villa Luculli
Mons Pausilipus
Pompeiani Villa Ciceronis
POMPEII
Cymmeriorum Sedes
Bauli
SINVS PVTEO LANVS
Ins. Prochyta
Villa Luculli Baiana
Sarnus Flu.
ÆNARIA
MISENVM PRO.
Villa Marii
Mons Misenus
37
10
20
30
40

Velleius. Iis erepta est à Campanis an. V. C. 335. cùm anno 229. frustrà à Tuscis & Opicis tentata esset. Hic Sibylla Cumana, cuius spelunca ostenditur *la Grotta de la Sibylla*, quatuor à Cumâ millibus: alij tamen volunt antrum hoc videri ad Orientalem partem montis cui vrbs insidet, sic Agathias: certè vtrobique vaticinata est. Locuta est autem in templo Apollinis quod erat è saxo, stabátque adhuc tempore S. Iustini: tempore Iuuenalis iam vacuæ erant Cumæ, Agathiæ πολίχνιον, Procopio φρούριον: hodie nomen seruat *Cuma*; sed eò translata videtur, cùm antea *Monti Cistello* fixa esset ex descriptione Agathiæ. De antro Sibyllæ iterum in nouâ dicemus.

MISENVM Promontorium ab Æneæ socio & Tubicine, vel vt ait Strabo à socio Vlyssis; portus Misenus Floro: hodie *Monte Miseno*, & *Capo Miseno*, vbi collocata fuit classis ab Augusto ad tutelam Inferi Maris. Huic adiacebat villa Marij 7. Cons. quæ postea Luculli fuit; sita erat in monte vulgò *Monte di Procyta*.

Bauli villa Neronis vbi matrem Agrippinam sustulit. Hîc quoque Hortensij villa, & piscina in quâ Muræna, quam mortuam vir tantus defleuit; & postea Antoniæ Drusi nutrita est Muræna, ad quam visendam multi eò confluebant, *Plinio*: hodie *periit omnino*.

BAIÆ: *il Castel di Baia*, à comite, aut gubernatore Vlyssis, aut à nutrice Boiami comitis Æneæ, Seruio. Hîc multi fontes calidi, deliciæ Romanorum; describuntur hæc loca accuratè apud Cassiod. lib. 9. epist. 6.

PVTEOLI: Græcis Δικαιαρχεια, vrbs sic dicta Strab. & Festo à puteis aquarum calidarum, vel à putore; Samiorum opus est. Hîc portus describitur à Strabone lib. 5. De ponte Caligulæ hîc strato vide Suet. & Dionem lib. 59. Hîc quoque villa Ciceronis quæ priùs Puteolanum, postea Academia dicta fuit, vbi aquæ oculis medentes: hodie vrbs *Puzzoli*, nobis *Pouzzol*.

NEAPOLIS, antea Parthenope, ab vnâ ex Sirenis, vbi & eius sepulchrum: de huius conditoribus multæ sententiæ; alij Rhodiorum, alij Samiorum volunt. Cur autem dicta sit Neapolis rationem petit Strabo à nouis accolis: Philargyrus ad 4 Georg. quia cùm à Cumanis deiecta esset, veritis ne Cuma desereretur, ab Oraculo eam restituere iussi sunt eo loco vbi nunc Neapolis. Palæopolis ergo distincta erat à Neapoli, vt etiam colligitur ex Liuio, & magis in Orientem procurrebat. Fuisse Neapolis optimum por-

tum idem Liuius ait: hodie *Napoli*, nobis *Naples*. Adiacebat ei Insula Megaris: nunc *Castel dell'Ouo*. Item non procul Pansilippum vbi villa Pedij Pollionis *monte Posilipo*: CRIPTA etiam NEAPOLITANA, cuius meminere Strabo, & Seneca, quæ sunt fauces Augustæ, quibus itur Puteolis Neapolim. Ab altera parte versùs Vesuuium erat sepulchrum Virgilij, vt ex Statio colligitur: hodie ad vicum *S.Gioanni di Tiduccio;* Donatus tamen id inter Neap. & Puteolos locat.

HERCVLANIVM ad radicem montis Vesuuij, castrum in mare procurrens Straboni: *Torre del Greco*.

POMPEII oppidum, Pompæa Straboni, & commune Nauale, Nolæ, Nuceriæ, & Acerrarum: hodie *Scafati*. Hoc certè Statius ad Fl. Sarnum collocat: tempore Neronis terræ motu maiori ex parte subuersum est; eius vina Plinius laudat. Iuxtà erat Pompeianum villa Ciceronis.

STABIÆ, & Stabij: hodie *Castel à mar di Stabia;* huius vrbis lac plurimùm laudant Galenus, Cassiodorus, & Symmachus: de monte Lactario vrbi vicino mox agemus.

SVRRENTVM: *Sorrento*, cuius vina laudantur, quod tamen Tiberius vocabat acetum generosum, Caligula nobilem vappam. Celebrantur quoque vasa Surrentina à Martiali; læuia erant admodum, vnde *Leue Toreuma rotæ*.

MINERVÆ Promontorium, aliter Sirenarum, & Surrentinum, ex quo ad Capreas breuis traiectus: hodie *Capo de la Minerua;* in eius extremo Mineruæ fanum, & iuxta Sirenum templum.

Inter Pro. Miseni & Mineruæ extendebatur *Sinus Campanus* Plinio, *Cumanus* Eratostheni, *Puteolanus* Melæ, & *Crater* Straboni.

NVM. 2. *De vrbibus Mediterraneis Campaniæ.*

CAPVA, μητρόπολις ϗ κεφαλὴ Campaniæ, cui aliæ vrbes comparatæ oppidula erant; à Tuscis condita, Præfectura facta à Ro. quòd se Annibali dedidisset, facta Colonia à Iulio Cæsare: *S. Maria di Capoa*, duobus millibus à Capuâ recente; Sicopolis quoque dicta fuit.

CASILINVM Colonia in propinquo Capuæ, hoc est 2. millibus pas. Strabo statuit stadia 19 vbi nunc hodie *Capua* est, Chronicon Cassinense lib. 1. cap. 33. ait antea castrum Capantem appellatum

pellatum esse, & pontem Campanum, & eò translatam Capuam à Laudone Comite & Episcopo Landulpho cùm Capua sæpe ædificata in monte Pisisco semper deflagrasset.

Cales Colonia vrbs Ausonum : *Calui.*

Calatia Col. incolæ Calatini : *Caiazzo.*

CALENVM, cuius vina laudata ab Horatio : huius rudera visuntur circa oppidum *Carinola.*

Alifæ : *Alifi*, à Samniticis distinctæ, nunc etiam cognomines.

TEANVM SIDICINVM, incolæ Sidicini ad discrimen Apuli, cuius incolæ Teanenses ; hodie *Tiano*; olim Colonia.

SVESSA Colo. & Municipium, AVRVNCA dicta ad discrimen Pometiæ in Volscis : Liuius ait priùs Suessam, deinde Auruncam nominatam : hodie *Sessa.*

VENAFRVM Colonia ad Vulturnum Fl. cuius ager Venafranus oleis ferax : hodie *Venafro*; sed nonnihil à Vulturno fluuio dissidet.

ACERRÆ Col. & Municipium constantiâ nobilis in Ro. contra Pœnos : nunc *Acerra.*

Suessula Col. *Castel di Sessola*, vbi rudera magnæ vrbis.

Trebula, incolæ Trebulani cognomento Balinienses ad discrimen Sabinæ : *Trentola.*

Saticula Col. malè Satricula, à Ro. ægrè capta : locus *Caserta.*

ATELLA Municipium & Col. vnde fabulæ Atellanæ : *Auersa.*

ABELLA, & Auella, Virgilio Bella, vbi mala Punica optima: Virgilium ferunt eius nomen mutasse quia hospitium hîc ei negatum esset; quidam & putant pro Nolâ hac vocem substituisse: *Auella Vechia.*

NOLA Munic. & Col. Chalcidensium Iustino, Tyrorum Solino, vrbs Ausonum Stephano; Liuius lib. 39. hanc Samnio adscribit : *Nole.*

NVCERIA cognomine Alfaterna, ad discrimen Vmbricæ quæ Camellaria dicitur; incolæ Nucerini Alfaterni : *Nocera.*

Veseris oppidum, seu castrum ad Vesuuij montis radices versùs Capuam, malè sumptum vulgò pro Fl. hîc se Decius deuouit.

NVM. 3. *Flumina Campaniæ.*

VVLTVRNVS, aliter Casilinus dictus Vibio Sequestro : *Volterno.*

SAVO, Piger dictus Statio, quia videlicet in paludes diffunditur; hodie *Sauone*, seu *Saone*.

LITERNVS, qui & Clanis, & Glanius Liternum alluens: hodie *Clanio*, seu *Patria*.

SEBETHVS ad Neapolim cadens, hodie *Fornello*, aliter *Fiume della Maddalena*.

SARNVS, in cuius capite incolæ Sarrastes dicti apud Maronem: describit eum Procopius rerum Goth. lib. 4. sed hic malè Δράκων dicitur: nunc *Sarno* in parte sui superiore, in inferiore *Scafati*, seu *Scafato* ab oppido quod alluit.

NVM. 4. *Lacus & Piscinæ Campaniæ.*

ACHERVSIVS lacus, & PALVS ACHERVSIA inter Pro. Misenum, & Cumas, cœnosa maris effusio Straboni, cuius quoque meminit Lycophron: malè quidam hunc cum Lucrino & Auerno confuderunt: hodie *lago di Collucia*.

LACVS AVERNVS, vndique collibus inclusus nisi in exitu, ferè rotundus: scripsit Strabo narrari fabulã de auibus in eum decidentibus quod solet accidere ἐν Πλȣτωνίοις, vnde aliqui dictum putant quasi ἄορνον. Ad hunc erat Antrum Auerni dictum hodie *la Grotta di Sibylla*, Cuniculus ab Agrippa ductus syluis excisis, & mari immisso in Lucrinum & Auernum, quando & factus est portus, *Iulius* dictus. Ad hoc Antrum credit Strabo lib. 5. habitasse Cimmerios quorum meminit Homerus, & eò translata esse, quæ de Bosphoranis dicuntur: hodie lacus ille dicitur *lago d'Auerno*, vel *di Trepergole*.

LVCRINVS iunctus cum Auerno per angustas fauces contiguus Baiis, exclusus à mari aggere octo stadiorum, latitudine vnius currus: hic agger dictus est à Cic. Proper. Lycoph. *via Herculea*. Abundabat lacus ille ostreis, & piscibus delicatissimis, dicebatúrque aliter BAIANVS: nunc nihil eius superest nisi palus lutosa cum arundineto, ex quo mons hîc nouus extitit terræ motu 1538. qui vocatur *Mons nouus*, vel *Cinereus*.

PISCINA LVCVLLI & villa, ad quam struendam montem exscidit, vnde dictus Xerses Togatus: hodie *lago d'Agnano*.

CHARONEÆ Scrobes ad prædictam piscinam exeuntibus ex Cryptâ Neapolitanâ: hodie *la Grotta del Cane*, de quo loco in Admirandis agemus.

NVM. 5. *Montes Campaniæ.*

GAVRVS, paulùm à mari remotus, olim vitifer nunc sterilis: hodie *monte Barbaro.*

TIFATA, Capuæ antiquæ imminens in historiâ Romanâ celeberrimus: nunc *mons Casertæ* ab vrbe cui imminet.

MASSICVS, vino suo celeberrimus; dicebatur aliter FALERNVS, quia Falernus ager erat ei conterminus: hodie *monte Dragone.*

VESVVIVS, VESEVVS Poëtis, Græcis Vesbius, & Vesuius, vnde Columella dixit Vesbia iuga, Procopio βέβιος: Galenus scribit priùs dictum esse Lesbium à Lesbiis indigenis. Describitur eleganter à Strabone lib. 5. & Procopio 2. belli Gothici: hodie *monte di Somma*: de eius incendiis scripsit libellum planè aureum P. Recupitus.

LACTORIVS, & Lactis apud Cassiod. iuxta Stabias, de cuius lacte Galenus; sed hunc cum Vesuuio videtur confundere: hodie *Letteri* ab vrbe ei insidente.

Callicula apud Polyb. lib. 3. aliter dictus Eribanus, & Eribianus, supra oppidum *Carinola*, & *Torre di Francolese.*

NVM. 6. *Campi, seu Agri Campaniæ.*

PHLEGRÆVS, campus vbi fabulati sunt antiqui Herculem vicisse Gigantas, à Romanis & Latinis dictus est LEBORINVS, vbi erat oppidum Vulcani, aliter Leboriæ: hodie *la Solfatura.*

FALERNVS ager à Massici montis radicibus ad Vulturnum fluuium extensus, vt colligitur ex Liuio: apud Plinium tamen inchoatur tantùm à Sauone fluuio; & hunc agrum incoluere populi AMINEI sic dicti ab vrbe Amineâ in agro Falerno: *quæ periit, circa Calui.*

FAVSTIANVS ager ad Sinuessam.

CALENVS ager ad vrbem Calenum: prope *Carinolam.*

STELLATIS ager, seu campus, post montem Calliculam, inter agros Falernum & Calenum, hoc est inter *Carinola*, & *Calui.*

De Insulis agemus capite decimo.

NVM. 7. *Picentini, hodie* vne partie de la Principauté Citerieure.

SALERNVM, Colonia munita ad domandos Picentinos, qui se

Annibali dediderant: hodie *Salerno*. Facta est Colonia anno 7. post bellum Annibalicum; quando scilicet, ait Strabo, Picentini vicatim habitare compulsi sunt à Ro. Olim remota erat à mari, & in montibus qui vrbi iam imminent; Strabo tamen à mari minimùm ait esse dissitam.

PICENTIA, caput gentis Straboni, tempore Marsici belli incensa, ait Florus: hodie rudera dicta *Vicenza*, ab indigenis indicantur prope *Euoli*.

MARCINA Etruscorum opus, à Samnitibus habitata: hodie *Veteri*. Hîc suspicatur Cluuerius fuisse templum Iunonis Argiuæ quod Iason condidit, de quo Plinius.

Eburi, incolæ Eburini Plinio: hodie omnium suffragio *Euoli*.

CAPVT NONVM.

De Magna Græcia.

§. 1. *Quid sit Magna Græcia.*

MAGNA Græcia diuersimodè apud veteres scriptores sumitur, & eius varij proferuntur fines; ac proinde antiquos reperio in quatuor opiniones distractos.

PRIMA SENTENTIA est Plinij apud quem Magna Græcia alio nomine Frons Italiæ dicitur, & complecti tres sinus Ausonij maris Tarentinum, Locrensem & Scyllaceum: videlicet Græciam sic sumptam extendit à Leucopetra Promontorio, seu Brutio *Punta della Saëta*, ad Salentinum, seu Iapygum Pro. *Capo di S. Maria di Leuca*; quo nomine tantùm Magna Græcia, Lucaniam & Brutios videtur continere.

SECVNDA OPINIO est Ptolemæi in suâ Geographiâ lib. 3. cap. 1. vbi duabus superioribus Iapygiam videtur adiungere; sicque nomine Magnæ Græciæ in vnum corpus venient Apulia, Lucania, & Brutij.

TERTIA sententia est Strabonis disertè adscribentis Magnæ Græciæ lib. 6. præter 3. supradictas regiones Cāpaniam & Siciliam; nam primò ait hanc occupatam esse à Lucanis, Brutiis, & Campanis: Straboni quoque de Siciliâ adstipulatur Liuius lib. 7. dum Græcos nominat, quos postea Siciliæ Tyrannos vocat.

QVARTA denique est eorum qui totam Italiam Magnam Græciam dixere: inter eos recensetur Athenæus lib. 12. vbi Magna Græcia definitur πᾶσα σχεδὸν ἡ κατὰ τὴν Ιταλίαν κατοίκησις: sic etiam Pompeius Festus, *Maior Græcia dicta est Italia, quòd eam Siculi quondam obtinuerunt, vel quòd in eam multæ magnæ ciuitates ex Græcia profectæ sunt*: quibus posterioribus verbis causa redditur quare Magna Græcia nuncupata sit.

§. 2. *De populis antiquis Magnæ Græciæ, qui iam defecere.*

TRES vulgò numerantur, *Pelasgi*, *Chones*, & *Oenotrij*: de Pelasgis suprà diximus satis multa, de duobus postremis pauca commemoremus.

NVM. 1. *De Chonibus, & Choniâ regione.*

CHONES genere Oenotrij fuerunt, vt disertè tradit Aristoteles 7. Polit. cap. 10. quod & facit Antiochus quidam apud Strabonem, à quo Chones gens Oenotrica dicuntur. Strabo tamen eos videtur ab Oenotris distinguere, & ait Chones extendi à Lacinio Promontorio *Capo delle Colonne*, Metapontum vsque *Torre di Mare*.

NVM. 2. *De Oenotris.*

OENOTRVS Lycaonis filius vnus ex 22. venit in Italiam ex Arcadiâ, cum Peucetio fratre, inquit Dionys. Halic. lib. 1. Peucetius ad Prom. Iapygum appulit, eámque regionem de suo nomine nuncupauit Peucetiam. Oenotrus autem videtur reliquum occupasse vsque ad Fl. Silarum limitem Lucaniæ, & Campaniæ. Certè eorum regio dicta est Pandosia, vt tradit Strabo, & Posidonia apud Dionys. Halicar. lib. 1. vrbs Oenotrorum vocatur. Arbitror igitur Oenotros ab Iapygibus diuisos fuisse per Fl. Brandanum, per Silarum autem ab Opicis qui Campani fuere, ab Ausonibus quoque sic diuisi sunt, quorum agros Samnites & Hirpini obtinuerunt.

§. 2. *De Minoribus Regionibus magnæ Græciæ hiſtorica.*

NVM. 1. *De Iapygia, & Iapygibus.*

NOMEN & ORIGO. Dicta eſt hæc regio Iapygia à Græcis, vt ex Strabone, & Appiano liquet, & ab Iapyge, Dædali filio, vt tradunt Plinius, & Solinus: ſed Antonius Liberalis libro de Transformationibus vult dictam ab Iapyge filio Lycaonis indigenæ, eíque duos fratres aſſignat Daunium & Peucetium; aítque tres illos fratres exercitum habuiſſe conflatum ex indigenis Illyricis, & Meſſapiis, ideóque hunc tractum diuiſiſſe in tres partes Dauniam, Peucetiam, & Meſſapiam; ſic iſte.

Dionyſius autem Halic. lib. 1. innuere videtur totum hunc tractum dictum eſſe Peucetiam à Peucetio Oenotri fratre filio Lycaonis.

Strabo denique Meſſapiam cum Iapygiâ confundit, & ſic à Græcis nominatam eſſe. Ait item incolas diuidere Iapygiam in Sallentinos, Calabros, & Apulos, Apulos autem in Peucetios, & Daunios.

Ex quibus omnibus ſatis implicatis ita diuidendam puto hanc regionem.

- MAGNA GRÆCIA
  - IAPYGIA
    - APVLIA
      - Daunia.
      - Peucetia.
    - MESSAPIA, ſeu Calabria
      - Sallentini.
      - Calabri.
  - OENOTRIA
    - Lucania.
    - Brutij.

NVM. 2. *De Apuliâ, & Apulis Daunis & Peucetiis.*

NOMEN. Vnde dicta ſit Apulia non conſtat; nugantur enim qui ſic appellatam volunt quaſi *Apluuiam*, quòd Horatius eam Siticuloſam dixerit: ſcio quidem hanc etymologiam probatam eſſe Facio viro erudito, ſed eam meritò Leander explodit. Aliqui apud Leandrum, ſic vocatam putant à quodam Apulo veteri Rege, qui eò commigrauit multis ante Troiæ ἅλωσιν annis. Prudentiùs

ſtatuit qui ait nihil in hac parte occurrere.

Davnii dicti ſunt à Dauno Rege cui auxilium Diomedes tulit, cùm obſideretur ab hoſtibus, pollicito partem agri ei ſe daturum: quis autem fuerit ille Daunus ſuprà innuimus.

Dauniorum autem Apulorum fuere *limites*, Frento Fl. aut Tifernum Fl. *Fertore*, aut *Biferno*, quo diuiduntur à Frentanis ab *Oriente*, item & à Samnitibus, & Hirpinis ab eadem parte: *à Septentrione & Oriente* Mari Supero alluebantur; denique à *Meridie* Cerbaro Fl. *Ceruaro*, à Peucetiis, vt tradit diſertè Plinius lib. 3. cap. 12. qui tamen paulò pòſt ab Aufido fluuio inchoare ait, & Salapiam in Dauniâ collocat.

Pevcetii, à Peucetio filio Lycaonis dicti ſunt; ſed hos Plinius cum Meſſapiis confundere videtur cap. 11. lib. 3.

Peucetiorum autem fines ſunt; *ab Septentrione* Cerbalus Fl. & pars Hadriatici Maris, ſicut & *ab Oriente*; *ab Occidente* Hirpini; *à Meridie* denique Bradanus Fl. *Bradano*, quo à Lucanis dirimuntur; & communes habent cum Meſſapiâ fines.

Per hunc autem tractum effuſi ſunt populi Pædicvli dicti, vt ex Plinio liquet, qui eorum oppida recenſet cap. 11. lib. 3. Hi apud Valerium Maximum perperam *Fidiculi* nominantur. Dicti ſunt autem Pædiculi vt Strabo innuunt, & Plinius à 9. adoleſcentibus totidémque virginibus qui ex Illyrico venerunt, & multa in hoc tractu oppida condiderunt; à quibus XIII. populi progeniti ſunt, fortè legendum XIIX. octodecim.

Nvm. 2. *De Meſſapiâ, ſeu Calabriâ, eiúſque populis Sallentinis, & Calabris.*

Peninsvla quæ Brunduſium inter, atque Tarentum procurrit in Mare Messapia dicta fuit, à duce quodam Græcorum, vt vult Plinius lib. 3. cap. 11. Stephanus ait eundem ducem Monti in Anthedoniâ regione dediſſe nomen, quæ vbi gentium ſita ſit non eſt facile ſtatuere. Meſſapios gentem Barbaram vocat Pauſanias in Phocicis.

Calabria dicta fuit à Calabris populis, de quibus mox dicemus. Sed notabis hanc Calabriam aliquando ſtrictiùs, aliquando latiùs ſumi; latiùs, includere totam Apuliam, vt intelligitur ex Seruio, & veteri Horatij Scholiaſte, apud quos mons Garganus in

Calabriâ collocatur; strictiùs autem eâ regione quæ desinit in Iapygium Promontorium; sic Tacitus an. 3. ait Corcyram insulam opponi Calabriæ.

Quomodo autem Messapiæ nomen cum Iapygiâ apud Strabonem confundatur, vt & cum Peucetiâ apud Plinium suprà significauimus. Porro in hac Peninsulâ duo populi reperiuntur Calabri, & Salentini.

Calabri ex aduerso Sallentinorum oram Borealem huius Peninsulæ incoluerunt, vbi Brundusium.

Sallentini verò siue Salentini oram Australem vbi Tarentum: tamen apud Poëtas, & maximè apud Maronem ad Lucanos vsque & Brutios videntur extendi: sic enim Virg. 3 Æneidos.

Hîc & Naricij posuerunt mœnia Locri,
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomenëus.

Sigonius in Tabulis Capitolinis contendit scribi per duplex ll Sallentinos, Goltzius negat ex inscriptionibus.

NVM. 3. *De Lucaniâ, & Lucanis.*

Nomen. Λευκανία Græcis appellatur: à Latinis Lucania: vnde autem hoc nomen, satius est fateri nescire quàm cum sciolis vaticinari: ab iis populis, Lucanica farciminis genus ex porcinis carnibus dicta sunt, item & elephantes Boues Lucæ quòd primùm in hac regione visi essent sub Pyrrho Rege, licèt id improbet Varro, & à luce clypeorum Regiorum dictos velit, 6. de lingua Latina.

Origo. Orti sunt Lucani à Samnitibus, vt asserunt Plin. lib. 3. cap. 5. & Strabo lib. 5. eò autem deducti sunt à Samnitibus cùm Oenotros expulissent, vbi diu cum Græcis depugnarunt. Tempore autem Strabonis adeò attriti erant, vt eorum ciuitates ægrè distinguerentur, quòd multæ earum ciuitatum per se corpus non efficerent, & consuetudines sermonis, armaturæ, vestium, aliáque id genus obsoleuissent, singula oppida seorsim essent ignobilia.

Fines. *A Septentrione* Silari Fl. *Vasento* à Picentinis, ab Apulis Brandano Fl. *Brandano* dirimuntur: *à Meridie* à Brutiis Laô Fl. *Laino*, & Sibari Fl. *Cochile*; *ab Oriente* Sinu Tarentino parte Siculi Maris; *ab Occidente* Mari Etrusco, seu Infero verberabantur.

NVM.

NVM. 4. *De Brutiis.*

NOMEN & ORIGO. A Græcis plerisque Βρέττιοι nominantur, apud Dionysium Βρέντιοι, Ptolemæo Βρύττιοι: sic dicti ait Strabo lib. 6. linguâ Samniticâ quasi *defectores*, seu *desertores*, quia cùm essent pastores Lucanorum, indulgentiâ dominorum abusi, ab iis defecere adiuti à Dione qui contra Dionysium Tyrannum depugnabat. Diodorus tamen lib. 16. sic dictos mauult quasi *fugitiuos*: nam Lucanorum lingua *Brettios* sonat *seruos fugitiuos*; notátque in hanc Italiæ partem multos illius farinæ homines confluxisse, primò prædatoriam egisse vitam, postea iustis præliis cum indigenis dimicasse, & plerasque vrbes cepisse, sicque Rempublicam suam constituisse. Stephanus tamen, & Eustathius à Bretto Herculis filio dictos esse volunt. Iustinus à Brutiâ quâdam fæminâ, quæ rebellibus seruis castellum prodidit, vbi postea nouam vrbem condidere, & gratiæ memores se de eius nomine Brutios dixere: finitimos armis subegisse, Alexandrum Epirotarum Regem qui venerat in auxilium Græcorum penitus deleuisse, atque confecisse, sic lib. 23. Iornandes in Gothicis hanc mulierem Reginam appellat, parum probabiliter.

Dicitur aliter PENINSVLA BRVTIORVM, immo & doctorum iudicio RHEGINORVM, in quâ Crassus inclusit Spartacum fossâ 37. mil. pass. cum 50. pass. latâ & altâ 15. pedes. Errant enim qui id factum putant ad Scyllæum scopulum, quoniam is locus capere vrbem non potest, nedum 60. hominum millia quæ sub signis habebat Spartacus. Dicitur & apud Florum, qui id enarrat, *angulus Brutius*, & *Brutius ager*; neque obest quod Plutarchus in Crasso dicat, hîc Spartacum nihil inuenire potuisse, nam hîc grassationes suas diu exercuerat: & verò cùm inde exiit statim dicitur ad Flumen Salsum peruenisse apud Plutarchum, at is fluuius statim in Lucaniâ occurrit. Quomodo autem ad Annibalem defecerint, quomodo à Romanis multati sint, alij excutiant quibus est plus otij.

FINES Brutiorum. *A Septentrione* Laô & Sibari Fl. à Lucanis dispescuntur: *ab Occidente* lauantur Tyrrheno Mari, & freto Siculo: *à Meridie, & Oriente* mari Ausonio, seu Siculo verberantur.

§. 3. *Geographica descriptio Apuliæ.*

NVM. I. *Apulia Daunia*, *antea* Puglia Piana, *nunc* la partie de la Capitanata vers le mont Gargan, entre les riuieres Fortore, & Ceruaro.

LOCA MARITIMA DAVNIORVM.

MONS GARGANVS: *Monte di Sant-Angelo*, Straboni Promontorium dici videtur, & mons collis Drium ex quo riuus effluit sanans omnis generis morbos. Hunc Diomedes à continente rescindere voluerat, sed imperfectum reliquit opus.

Agasus portus: hodie *Porto Græco.*

Hurium oppidum ex alterâ parte Gargani: *Rodia.*

VRIA, vnde sinus VRIAS dictus vulgò *le Golphe de Manfredonia*, vnde Vriam aliqui suspicantur esse Manfredoniam; certè hæc ex illa creuit.

FLVVIVS

CERBALVS: *Ceruaro*, limes Dauniorum, qui nunc cadit in paludem ex quâ se postmodum videtur insinuare in *Candelaro* Fl.

VRBES MEDITERRANEÆ APVLORVM

SIPONTVM: vulgò *Siponto*; Sepius, untis Straboni, Sipus Silio, ita dicta à Sepiis quæ eiiciuntur ad vicinum littus: non est affixa Fl. quare Strabo merces de Siponte *deuehi*, κατάγεσθαι in Cerbalum.

TEANVM APVLVM, ad discrimen Sidicini in Campaniâ ad lacum Straboni, qui hodie *Lago di Lesina*: nunc verò 10. mil pass. ob ostio Fl. Frentoris videntur rudera vrbis quæ hodie *Teani.*

LVCERIA Col. Stephano Lucara: hodie *Lucera*, postea *Nocera*, & *Nocera delli Sarraceni*, seu *Lucera delli Pagani*: vrbs vetusta, humilis tempore Strabonis.

ARPI, & ARGYRIPPA, primùm dicta Lampe, postea à Diomede Argos Hippium, vnde formata vox Argyrippa, ab Apulis Argi postea dicta, ait Tzetzes; incolæ Argyrippani Polybio, Plinio Arpani: hodie *Arpe*, aliis *l'Arpe*. Circa hanc vrbem fuere gentes Monadorum, & Dadorum, quorum excidit vrbes Dio-


APVLIÆ
LVCANIÆ
et
BRVTIORVM
Descriptio
MARE
HADRIATI:
CVM
MARE
INFERVM
SEV
TVSCVM
MARE
SICVLVM
SINVS
TAREN:
TI:
NVS
SINVS
LAVS
SAM:
NI:
TVM
PARS
HIRPI:
NI
LVCA:
NIA
PARS
SICILIÆ
GARGANVS
Apeneste
Agasus pro.
Siponte
Salapina palus
Barduli
Salapia
Cannæ
CANVSIVM
Barium
Turris Cæsaris
Egnatia
Turres Iulianæ
BRVNDVSIV
Valetium
Aletium
Neretum
Soletum
Uxentum
Mineruæ Castru
Callipolis
Sasina
Tarentu
Electris Ins.
M. VVLTVR
Venusia
Acheront ia
Mateola
Metapotu
Heraclea
Siris
Potentia
Alacadra
Celianum
Abellinum
Marsicum
Crumentum
Beneuentum
Equus Tuticus
Aculum
Herdonia
Aquilonia
Ardonea
Cerbalis
Arpi
Larium
Cliternia
Abellinum
Opinum
Surrentu
Picentia
Aternum
Paestu
Portus Alburnus
Velia
Portus palinurus
Pro. Palinurum
Buxentum
Pontia Ins.
Iscia
Cerilli
Pandosia
SYBARIS Postea THVRII
Ruscianu
Besidia
Consentia
Crimisa pro.
Crimisa
Brustacia
Clampetia
Terina
Volcentum
Tempsa
PETELIA
CROTO
Lacinium
Tria promontoria Iapygum
Pro. Lametum
Lametia
Castra Annibalis
Scyllacium
Scyllacium pro.
Beuona
Portus Herculis
HIPPONIV
Nicotera
Medama
Cecinu Cociritu
Cocintum pro.
Metaurum
Scylleu
Caulonia
Mamertiu
Columna Rhegia
RHEGIV
LOCRI Epizephyrij
Zephyrium
Herculis pro.
Tyndaris
Mylæ
Pelorus pro.
MESSANA
Leucopetra pro.
42
41
40
39
38
39
40
41
42
43

DAVNIORVM. medes Apinam & Tricam, quæ prouerbio dedere locum, *Plinius*.
Gerion, seu Geronium, & Gerunium, cuius fit mentio in bellis Annibalicis: hodie *Tragonata*.

NVM. 2. *Apuli Peucetij, hodie* vne partie de la Capitanata entre les fleuues Ceruaro, & l'Offanto, le territoire de Bari, quelque partie de la Basilicata, & Otranto.

LOCA MARITIMA PEVCETIORVM.

- SALAPINA PALVS, cuius meminit Lucanus 4. Pharsalidos: hodie *Lago Salso*.
- AVFIDVS Fl. cæde Cannensi factus decolor, vnus diuidens Apenninum: hodie *Offanto*, vulgò *l'Offanto*.
- Barduli in Tabulis Itinerariis: *Barleta*.
- Turenum in iisdem Tabulis: *Trani*.
- BARIVM, Piscosum dictum Horatio, Plinio Barion quod antè Iapygem dictum esse ait; Strabo Barin vocat, Tacito Municipium est: *Bari*.
- Turres Cæsaris: hodie *Torre Repagnone*.
- EGNATIA, Gnatia Horatio: in eo oppido saxum cui impositum lignum ad sacrum quoddam ardebat, Plinio; quod Horatius irridet: *Torre d'Anasso*.
- Turres Iulianæ: hodie *Torre de Puzeglie*.

VRBES MEDITERRANEÆ

- SALAPIA, meretricio amore Annibalis clara, Plinio; Straboni dicitur Argyripporum nauale, mare ergo inde recessit: hodie *Salpe*.
- CANVSIVM, ad Fl. Aufidi ripam *Canosa*, Straboni emporium Canusinorum, incolæ Canusini dicti bilingues veteri Scholiastæ Horatij, quia Latinè, & Græcè loquebantur: malè in Daunia ponitur apud Plinium.
- CANNÆ vicus, Polybio Canna, 25. stadiis à Canusio Procopio, arx in quam Romani frumentum comportarant, vbi & victi ab Annibale 40. militum millia perdiderunt: hodie *Canne*, alluit hunc Fl. Gedo, seu torrens cuius meminere Florus, & Valer. Max. quem iunxit Annibal ponte ex cadaueribus: eius campi Cannenses, campi Diomedis, & campi Ætoli nominabantur.

APVLORVM PEVCETIORVM.

ASCVLVM, cognomento Apulum; *Ascoli*, vbi victus à Ro Pyrrhus.
VENVSIA Horatij patria, condita à Diomede vt Venerem placaret quam læserat ait Seruius: in Dauniâ malè quoque locatur à Plinio: hodie *Venosa*.
ACHERONTIA oppidum, Acherontis idis Procopio: hodie *Chirenza*, seu *Cirenza*, aliter *Acirenza*, & *Agerenza*.
Forentum, corruptè apud Liuium & Diod. Ferentum, cuius incolæ Forentani: *Forenza*.
BANTIA, ex qua Marcellus multùm nocuit Annibali, haud procul à fonte Bradani Fl. ad oppidum *Petra Galla*.
Genusium: *Genosa*.
Mateola: *Matera*.

MONS VVLTVR pars Apennini ad Bradani Fl. fontem, incolis *Apennino*, à quo Vultur ventus nomen habet, vt intelligitur ex Liuio.

§. 4. *Messapia, seu Calabria.*

NVM. I. *Sallentini, aliter Messapij dicti, hodie* la partie d'Otranto au deça de l'Apennin.

LOCA MARITIMA

TARENTVM: hodie *Tarento*, olim & Tarentus, Græcis Τάρας, vrbs ita dicta, aut à *Tereno* quæ Sabinâ linguâ *molle* sonat, vt vult Macrobius, aut à Taranto Neptuni Filio, qui eam condidit, reparauit Phalantus dux Partheniorum Laconum: alias opiniones vide apud Strabonem, & Seruium, vt de sepulchro cui inscripta erat vox *Thare* nomen quod primò Phalanthus vidit, aut à Tarento Herculis filio, vnde Herculeum dictum. De Partheniorum aduentu lege Iustinum lib. 3. & Pausaniam in Phocicis. Apud Virgilium videtur Oebalia dici, quia à Lacedæmoniis condita quibus Oebalus imperauit. Condita erat in agro Satyrio, seu Saturio, vnde & Satyrium, & Satyreon dicta est; à Marone Saturum cognominatur à Saturiâ Minoïs Cretensis filiâ, quæ genuit ex Neptuno Tarentum Lacedæ-

SALLENTINORVM.

monium, qui passus naufragium eò delatus est à Delphinis. Maxima & opulentissima vrbium maritimarum dicitur apud Pausaniam cum portu optimo in quem influebat.

Galesvs Fl. item & Eurotas dictus apud Polybium, ab vrbe quinque millibus distans apud eundem: hodie *Tara*, quem malè Ortelius à Galeso distinguit.

Hodie Tarentini duo portus *Mare Grande*, *Mare Picolo*. Lana Tarentina mollissima erat, & oues hîc tegebantur, vnde Pellitæ ab Horatio dicuntur.

Mons Avlon vrbi adiacebat vitifer, *qui quomodo nunc dicatur ignorant ipsi indigenæ*, quidam *Tarento* vocant.

Chærades Insulæ, quas Thucydides vocat Insulas Iapygiæ, vnde iaculatores Messapios Græci suis nauibus imposuere: hodie *Isola S. Pelagia*, & *Isola S. Andrea* ante portum Tarentinum.

Sasina portus vbi Isthmus breuissimus; *Porto Cæsareo*.

Callipolis, quam Plinius in ora Senonum locat corruptè pro Sallentinorum: nunquam est dicta Anxa, aut Anca, vt vult Leander; hodie *Gallipoli*.

Iapygivm Prom. aliter Sallentinvm, ad quod appulit Æneas Italiam quærens: hodie *Capo di S. Maria di Leuca*.

Levca, oppidum & portus, vbi fons aquæ feruentis, de quo Strabo fabulas commemorat: *S. Maria di Leuca*.

VRBES MEDITERRANEÆ SALLENTINORVM.

Rvdia, vel Rhodæ, & Rhodiæ, & Rhedia Plinio, vrbs Pędiculorum patria Ennij, vt omnes putant: *Ruia* Cluuerio; rudera vrbis ait Leander vocari *Ruse*.

Manduriæ & Mandurium, & Manduria, Plutarcho malè Mandonium, ad quam vrbem cæsus Archidamus Argesilaï filius: hodie *Mandola* Nigro, aliis *Casal Nouo*, aut ei locus adiacens *Andoria*, aliter *Versentino* dictus.

Neretum Sallentinorum cognominatum: *Nardo*.

Soletvm, & Salantvm, Plinio, aliter Sallentia, cuius meminit Stephanus, vnde dicti Sallentini: *Soleto*.

Vxentum: hodie *Ogento* } Cluuerio.
Bauota: nunc *Pacauita*. }

NVM. 2. *Calabri, hodie* partie d'Otranto au delà de l'Apennin.

VRBES MARITIMÆ CALABRORVM.

BRVNDVSIVM: *Brindisi*, nobis *Brinde*; Stephano Brentesium, à Brento Herculis filio, vel à portu flexuoso & ramoso ad instar capitis Ceruini, quod Messapiis *Brention* dicitur, vt ait Stephanus citans Seleucum, quod sumpsit ex Strabone lib. 6. Hinc in Græciam rectus traiectus, ait Strabo, quare à Tullio tritum iter in Græciã dicitur. Occupata est primò vrbs illa à Theseo, & Cretensibus, deinde à comitibus Iapygis, denique sub Regibus fuit: hîc Phalantus exulauit; facta est Colo. V. C. 509. Velleio.

VALETIVM, aliter Baletium, & postea Valentium ad Pactium fluuium: hodie *S. Marco.*

HYDRVS, seu Hydruntum *Otranto*, à Brundusio 150. stadiis distãs, Straboni. Procopius ait priùs dictam esse *Hodryus*, deinde *Hydrus*: in Inscriptionibus legitur Hudrentum, Æthico Odruntum: meminit quoque hîc Mela montis Hydruntis.

VRBES MEDITERRANEÆ CALABRORVM.

VRIA, aliter Hyria, & Vretum, vbi M. Antonius cum paucis plurimos oppressit. In eâ erat Regia diuitis cuiusdam indigenæ. Cognominata est Messapia ad discrimen Apulæ, ait Plinius: apud Stephanum dicitur opus Cretensium: hodie *Oria*, apud scriptores mediæ ætatis appellatur Oiretum, vnde Archiepiscopus Oiretannus.

ALETIVM corruptè Salepia apud Strabonem, apud quem lege Aletia, incolæ Aletini: hodie *Lezze*, & *Leccia*.

Veretum, antea Baris Straboni, incolæ Vretini Plinio; hodie *Alessano*.

CASTRVM MINERVÆ, seu templum, aliter Mineruium ab Idomeneo conditum, Seruio; & huc descendit Æneas, vnde locus dictus est portus Veneris. Ducta huc Colonia V. C. 629. vt ait Velleius: hodie *Castro*.

§. 4. *Lucania, & Lucani.*

NVM. I. *Lucania cis Apenninum, seu olim Regio Posidoniatum: hodie* vne partie de la Principauté Citerieure, & vne partie de la Calabre Citerieure.

VRBES MARITIMÆ POSIDONIATVM.	TEMPLVM IVNONIS ARGIVÆ, ad ostium Fl. Silari versus Picentinos quibus tribuitur à Strabone: hodie *Torre*.
	Portus Alburnus: *Alfurno*, ruinæ vrbeculæ.
	PÆSTVM, seu POSIDONIA, incolæ Posidoniates, à Neptuno sic dicta. Condita est à Doriensibus vt vult Solinus, à Sybaritis vt Scymnus; certè Strabo ait Lucanos hanc ademisse Sybaritis, Lucanis Romanos: hodie *Rudera Piesti*, ab indigenis.
	VELIA, quæ antea Helia, & Hyele; à Phocensibus condita cùm Harpagus Phocæam cepisset: postea ELEA dicta, patria Parmenidis, Zenonis, & aliquot Pythagoreorum: hodie *Castel à mare della Brucca*.
	PALINVRVS portus, cuius meminit Halicar. lib. I. hodie *Palinuro*.
	BVXENTVM, seu Pyxus untis, Πιξοῦς Græcis, apud Diodor. corruptè Teuxus, Pixis Stephano à quo malè in mediterraneis Oenotrorum collocatur: hodie *Polycastro*: Leander putat esse *Pisciota*, quia nunc hîc magna Buxi copia.
VRBES MEDITERRANEÆ.	ATINVM: *Ateno*; quod oppidum alluit Tanager ibíque hauritur: incolæ Atinates Lucani.
	Sontia, incolæ Sontini Plinio: *Sanza*.
MONTES.	ALBVRNVS celebratus à Marone: hodie etiamnum œstris infestatus, & dictus *Monte di Postiglione*.
	CALAMATIVS, Calamarius Frontino, & apud eundem corruptè alibi Cathena, vbi Licinius Crassus Spartaci socios deuicit: *Monte di Cappaccio*.
FLVVII	SILARVS, Silaris & Siler, fortè Aristotelis Cetus: hodie *Selo* & *Silaro*.
	TANAGER cadens in Silarum: hodie *Negro*, quem ait Vir-

POSIDONIATVM.
Virgilius exficcari; veriùs Plinius tacito eius nomine ait in Campo Atinate per 20. paſſ. millia condi, hodie tantùm 4. paſſuum millibus non apparet.
Calor: *il calore.*
Stagnum Salſum, vbi Spartacus ſuas copias refecit, vallo Craſſi ſuperato, non procul à Pæſto: *Fiume Salſo.*
Elea ad Veliam vrbē cui & nomen poſtea dedit: *Piſciota.*
Hales, ſeu Helees: *Halente.*
Melphes: hodie *Molpha*, *Melfa*, & *Molpa* ſupra Pro. Palinurum.
LAVS, terminus Lucanorum, & Brutiorum: *Laïno.*

PROMONTORIA.
Poſidium è regione Inſulæ Licoſiæ: hodie ab eâ *Capo di Licoſa.*
PALINVRVM, olim Phrygij gubernatoris, nunc loci nomen Melæ, & Dionyſ. Halic. hodie *Capo di Palinuro.*

SINVS POSIDONIATVM.
PÆSTANVS, ſeu POSIDONIATES; innuit Strabo lib. 5. priùs Poſidoniatem dictum eſſe, deinde Pæſtanum: coërcebatur Poſidio & Mineruæ Promontoriis: hodie *Golfo di Salerno.*
ELEATES Romanis VELINVS Sinus & portus, vnde Maro 6. Æneid.
—portúſque require Velinos,
aliter & Velienſis Sinus, inter Promontoria Poſidium & Palinurum: *hodie quod ſciam nomine caret.*
LAVS inter Palinurum Prom. & Laï Fl. oſtia: *hodie Golfo di Policaſtro.*

De Inſulis agemus capite proximè ſequenti.

NVM. 2. *Lucania trans Apenninum, ſeu olim ditio Sybaritarum: hodie* vne grande partie de la Baſilicate, & vne partie de la Calabre Citerieure.

VRBES.
METAPONTVM, antea Metabum: hodie *Torre di Mare;* opus Pyliorum fuit, & eius vrbis incolæ ditiſſimi erāt maximè ob agriculturam, ideóque Delphis famoſiſſimam illam auream meſſem dedicarant. Cætera apud Strabonem lib. 6. lege, & Euſtathium, qui tamen

MA-RITI-MÆ	malè hanc cum Siri confundit. Siris, ad ostium fluuij cognominis, postea Heraclea dicta, & Heracleopolis, quando Siris facta est Nauale Heracleæ. Dicta quoque est Leuternia, Plius, Sigium, & Polieum, vt colligit ex variis Cluuerius. Fuerunt autem duæ vrbes Siris, & Heraclea, sed postea in vnam coaluerunt, Siris ad Sirim Fl. Heraclea ad Acirim: Siris locus hodie *Torre San Basilio*, Heracleæ *Policaro*.
SY-BARI-TA-RVM.	Sybaris, quæ postea Thurium, & Thuriæ, ac tandem Copiæ, oppidani antea Sybaritæ, postea Thurini. Sita erat inter duos Fl. Sybarim *Cochile*, & Crathin *Crati*. Aquis obruta est à Crotoniatis, vt ait Strabo lib. 6. tam potens vt 4. gentibus vicinis imperarit, & 25. vrbibus, 300. hominum millia eduxerit contra Crotoniatas, & supra Crathin 50. stadiorum circulum impleuerit. Ab indigenis reparata dicta est Thurij, à Ro. Copiæ: hodie locus *Sybari Rouinata*, quo loco fuit Thurium, nam vera Sybaris erat ad dextram Fl. Sybaris vbi *Torre Brodogneto*. De Sybaritarum luxu lege Ælian. in variâ, & hist. Animal. A Thurio dictus est Thurinus pagus, & Ager Camera, seu Camere.
VRBES MEDITERRANEÆ.	Potentia, incolæ Potentini: *Potenza*. Abellinum Marsicum, incolæ Abellinates cognomento Marsi: hodie *Marsico*. Langaria, incolæ Langarini, & Langaritani non procul à pago Thurino, & Grumento: *Nogara*, seu *Nocara*. Acalandra, seu Calasarna, sed corruptè: *Salandra*. Cælianum: *Cigliano*. Grvmetvm: hodie *Clarimonte*, fortè Suponaria Ptol. ad hanc vrbem Sempronius feliciter conflixit. Opinum: *Opido*.
FLVVII	Bradanvs, Brada Antonino, Lucaniæ & Apuliæ limes: *Bradano*. Casuentum: *Basiento*.

SY-	Alacandrum : *Salandrella*, ſeu *Salandra*.
	Cyliſtarnus : *Racanello*, Langariam alluens.
BARI-	Aciris, Acidios Antonini : *Agri*.
	Siris, poſtea Seninus dictus : *Senno*.
TA-	Sybaris : *Cochile*.
	Crathis : *Crati*, excipiens Buſentum *Buſento*, de quo in
RVM.	Nouâ.

§. 5. *Brutij* : la Baſſe Calabre, ou Vlterieure, & quelque peu de celle de deçà.

Nvm. 1. *Brutij Cis-Montani, olim Hipponienſes, & Rhegini, hodie* la Baſſe Calabre ou Vlterieure vers l'Occident, & quelque peu de la Citerieure, ou de deçà.

	Cerilli, & Cerelli, & Carellæ : hodie *Cirella*.
VR-	Clampetia, Liuio Dampetia, ſed inter ignobiles vrbes accenſetur : hodie *Torano* Barrio.
BES	Tempsa, & Temeſe Colonia, celeberrima ciuitas veteribus : de quâ lege pulchram fabulam apud Pauſaniam in Eliacis de manibus cuiuſdam ſocij victi ab
MA-	Euthymo : hodie locus *Torre Loppa*.
RITI-	Terina, à quâ dictus Sinus Terinæus, 2. millibus paſ. à Mari, ſed ad Fl. hodie *Nuceria* Barrio.
MÆ	Portus Herculis ex deſcriptione Strabonis eſt *Tropea*.
	Emporia Nauale Medamæ ; dubitat Cluuerius an non
HIP-	ſit idem cum Portu Oreſtis : hodie *Bagnara*.
	Metavrvm ad Fl. cognominem, & ad eius oſtium;
PO-	hoc quidam locant in Mediterraneis, & aiunt dici *Oppido*.
NIEN-	Taurianum, ſeu Tauriana, cuius rudera ad oppidum *Parma*, ſeu *Palma*.
SIVM,	Scyllevm nomen habet à Scyllâ quæ ſaxum eſt, vel ſcopulus in freto Siculo : hodie Scylleum eſt *Sciglio*.
&	Hoc oppidum muniit Anaxilaus Rheginorum Tyrannus contra Tuſcos, & eo arcuit prædones à Freti
RHE-	traiectu.
	Colvmna Rhegina, Græcis Poſidonium, hoc eſt

GI-NO-RVM.	Neptunium Straboni ςυλὶς Ρηγίνων : putat Cluuerius hodie dici *Colonna*.
	RHEGIVM Col. cognomine Iulium *Reggio*, incolæ Rhegini dicti, cùm alij dicantur Rheginenses. Solinus putat à Chalcidensibus conditum. Multi putauere dictum à ῥήγνυμι *frango* : quòd hîc Sicilia reuulsa sit ab Italiâ, sic Plinius, & Strabo : hic tamen addit aliam causam quòd Samnites iam vtentes linguâ Romanâ appellarint illam Regiam Βασίλειον. Adiacebat vrbi Mineruæ templum nobile', ait Thucydides.
PROMONTORIA.	Lametum, aliter Lampetes : *Capo Souano*.
	Cænis Straboni, & Plinio, Ptole. Scylleum, malè apud Stephanum Insula ad ipsius freti angustias : *Coda della Volpe*.
	RHEGIVM : *nunc Capo dell'Armi*.
	LEVCOPETRA, aliter BRVTIVM, in quo desinit alterum Apennini cornu : hodie *Punta della Saetta*.
FLVVII.	Oeinarus, aliter Sabatum Antonino : *Sauato*.
	Lametus : *l'Amato Fiume*.
	AQVÆ ANGITIÆ : nunc *Aque della Fico*.
	Angitula : *Angitola*.
	Metaurum Stephano Metauros : hodie *Marro Fiume*.
SINVS.	LAMETINVS, aliter TERINÆVS, sed à diuersis vrbibus : eum Antiochus apud Strabonem Napitinum vocat, vt & Dionys. lib. 1. Apud Ptolemæum vocatur Hipponiates, à Cicerone Vibonensis : hodie *Golpho di Santa Eufemia*.
VRBES MEDI-	Lametia, aliter Lampetia, vrbs Oenotrorum : hodie *Cetraro* Barrio : sed Cluuerius putat esse *S. Eufemia*.
	HIPPONIVM, seu VIBOVALENTIA, & Vibona, *Monte Leone*, condita à Locris, dicta à Ro. Vibo Valentia. Incolæ Græcis Hipponiatæ, Romanis Vibonenses. Eius nauale Beuonam Procopius vocat, quod extructum ait Strabo ab Agathocle Siciliæ Tyranno : hodie *Aimona*, quam malè pro Hippone sumit Leander. Colonia erat & Municipium : è regione Hipponij erant Insulæ Ithacetiæ, Vlyssis Specula, qua-

TER-RA-NEÆ.

rum meminere Plinius, & Solinus.

Nicotera : *Nicodro.*

Medama, aliter Medma, seu Mesma : *Rossarno.*

MAMERTVM, & MAMERTIVM, cuius meminit Strabo, hodie *Martorano*: ad hanc vrbem extendit quoque Strabo SILAM syluam, vnde Pix Brutia dicta; retinet adhuc nomen circa Consentiam.

NVM. 2. *Brutij Transmontani, vbi olim Locri, & Crotoniatæ, hodie* partie de la Basse Calabre vers l'Orient, & vn peu de la Haute.

VRBES MARITIMÆ CROTONIATARVM, & LOCRORVM.

RVSCIANVM Procopio, Roscianum Antonino, aliter Ruscia Procopio, & eidem Nauale Thuriorum : hodie *Rossano* Archiepiscopalis.

Crimisa à Philoctete condita, & antea dicta Chone, vnde populi Chones, de quibus suprà; in eâ templum Apollinis Alæi: hodie eius locus *Loziro.*

CROTONA, seu CROTON, incolæ Crotoniatæ : hodie *Cortone.* Olim ciuitas amplissima Liuio, scilicet 12. mil. pass. Flumine media eluebatur, & arce munita erat. Aëris saluberrimi, vnde parœmia *Salubrior Crotone;* hinc nobiles Athletæ, & pugiles inter quos excelluit miraculum roboris Milo inde dictus : ad hanc vrbem montes Latymnus, & Physcus.

FLV-VII CRO-TO-NIA-TA-RVM,

Tracis Tracuntis, ad quem consedere Sybaritæ per seditionem expulsi, sed hinc eiecti à Brutiis, cùm hîc aliquandiu consedissent, hodie *Triunto.*

Crimisus : *Fiumica.*

Neæthus : *Neeto*, sic dictus quòd hîc Græcæ mulieres captiuæ naues Græcorum incenderint; à ναῦς & αἴθω.

Æsarus : *Esaro ;* cuius ostium Stomalimnum, & portus Æsarus cuius Strabo meminit.

Targines : *Tacina.*

Semirus : *Alli*, vnde ei affixum oppidum etiamnum dicitur *Simari.*

Sagra : *Sagriano,* ad quem templum Castoris & Pollucis qui adfuere Crotoniatis pugnantibus: de his legantur Strabo lib. 6. & Iustinus xx.

& LOCRORVM.

Eleporus: *Alaro*, ad quem Græci Itali victi à Dionysio, vt ait Polyb. lib. 1. vbi interpres Latinus malè Elorum vertit.

Alex, aliter Cæcinos, & Carcinos, & Cæcinum: hodie *Alece*: quondam Locrensem agrum à Rhegino diuidens, de cuius cicadis in Admirandis agemus.

PROMONTORIA CROTONIATARVM, & LOCRORVM.

Crimisa: *Capo dell' Alice.*

Lacinium: *Capo delle Colonne*; celebre ob templum Iunonis ditissimum teste Strabone: dicitur aliter Crotonis, & Dioscurias; de eo vide Cluuerium, & de Insulâ ei appositâ. De eius diuitiis, tegulis marmoreis, armentis, columnâ aureâ, vide Liuium & Diodorum; de arâ in Admirandis dicemus.

Iapygum tria promontoria: 1. à Lacinio, *Capo della Naue*. 2. *dell' Orignano*. 3. *Rizzuno*.

Scyllacium, aliter Scyllacæum, hodie *Capo de Squillaci*, vel vt aiunt recentes Tabulæ, *di Stallati*, à vicino oppido.

Cocyntum Appiano, aliis Coccinum, & Cæcinum, & Carcinum, totius Italiæ longissimum, vt quidam aiunt, inquit Plinius: hodie *Capo di Stillo*.

Zephyrium, quod malè Auienus cum Leucopetrâ confundit: *Capo Burzano*.

Herculis Promontorium, vbi vela mutantur à nauigantibus ait Strabo: hodie nomen habet *Capo di Spartiuento*, à ventis dispertiendis.

SINVS

Scyllacius, & Scylleticus, inter Lacinium & Cocyntum Promontoria: *le Golfe de Squillaci*.

Locrensis, aliter Brutius, inter Leucopetram & Cocyntum: *le Golfe de Girazzo*, seu *Girace*.

Tarentinus, inter Promontoria Sallentinum seu Iapygium, & Lacinium: hodie *Golfo di Taranto*.

MONS

Clibanus, excursio Apennini montis ad Lacinium Promontorium: hodie nomen commune retinet *Apennino*.

VRBES MEDITERRANEÆ CROTONIATARVM, & LOCRO-

Muranum ad fontem Fl. Sybaris: *Murano*.

Interamnium inter Fluuios Sybarim & Æsarum: hodie *ruinæ vrbis S. Antonij*.

Caprasia, Caprasiæ, & Caprasis: *Tarsia*.

Dedisiæ, vrbs ignobilis Straboni: hodie *Bisignano*, quæ latinè nunc Besidianum.

COSENTIA, caput Brutiorum Liuio, Straboni, Plinio, Appiano; incolæ Cosentini: *Consenza*.

Brustacia vrbs Oenotrorum Stephano *Briatico*, aliis *Vmbriatico*.

Siberina, seu Siuerina, cuius vina laudantur à Plinio, sed corruptè Seruitina vocantur, pro Seuerinianis: hodie *Santa Seuerina* Cluuerio.

PETELIA, & Petilia, quondam Lucanorum caput Straboni, de ea Maro:

Parua Philoctetæ subnixa Petilia muro.

In montes Peletinos, seu Petelinos, se Spartacus recepit: Leander putat fuisse vbi hodie situm est *Belcastro* oppidum.

SCYLLATIVM, antea Scylletium, colonia Atheniensium duce Menesteo: putat Seruius dictum esse à Virgilio Nauifragum Scyllaceum, quòd hîc Vlysses de fragmentis naufragij sui vrbem extruxerit, vel certè à periculi similitudine cum Scyllâ: hodie *Squillaci*; à quo non procul locus vbi fuit portus dictus Annibalis, vbi breuissimus est Brutiorum Isthmus.

Cocyntum, aliter Cæcinum, & Carcinum: *Stillo*.

CAVLONIA, priùs Aulonia, & Aulon Achæorum opus; à conualle, quæ est Græcis Αὐλών: hodie *Castro Vetere*.

LOCRI cognomento EPIZEPHYRII à Prom. Zephyrio: eius incolas volunt alij oriundos à Locris Opuntiis, alij ab Ozolis; pro Opuntiis facit quod *Naricij* vocentur à Marone & Cicerone, at Naryx quondam dicta est Opus ait Seruius; certè Stephano Naryx vrbs Locrorum Opuntiorum est. Priùs Zephyrium Prom. accoluerunt illi Locri, mox translati sunt ad montem Esopin, ait Strabo: locus hodie dicitur *Gierazzo*, seu *Girace*, præterlabente Fl. cognomine, ad cuius

RVM. ostium erat portus Locrorum.
Decastidium: *Castidio.*
Peripolium ad Fl. Alecem Thucydidi; vrbs capta ab Atheniensibus contra Locros depugnantibus: hodie *Mandòlaia*, non *Bona* Cluuerij, hæc enim non est ad Fl. *Alece.*

CAPVT X.

De minoribus Insulis adiacentibus Italiæ.

INSVLÆ AD APVLIAM.

DIOMEDEÆ sic dictæ à Diomede Rege Ætoliæ, qui à suis eiectus tandem hîc mortuus est, & sepultus, cuius sepulchro primùm Platanus adhibita est. De auibus Diomedeis dicemus in Admirandis. Quidã duas admittũt vt Strabo, Plinius; Ptol. quinque; malè Seruius addit iis Electrã quæ est in sinu Tarentino.

Diomedea vbi sepulchrum Diomedis: *San Domino.*
Tremerus cuius meminit Tacitus, & Iuliam Augusti neptẽ hîc 20. annis ait victitasse: *Tremiti.*
Teutria cuius meminit Plinius: *Caprara.*

INSVLÆ AD LVCANIAM.

ELECTRIS, seu Febra in conspectu Tarentinæ vrbis non longè à Calabriâ Seruio, vbi ait malè aues Diomedeas habitare: *hodie non comparet.*

OENOTRIDES INSVLÆ sic dictæ ab Oenotris populis: Pontia: *Pontia.* Iscia: *Iscia.*

LEVCOSIA, aliter LEVCASIA, sic dicta ab vna è tribus Sirenis quæ hîc sepulta, vt ait Plinius, & alij: Dionys. Hal. lib. 1. à consobrinâ Æneæ: hodie *la Licosa*, saxum asperum & sterile.

INSVLÆ

ÆNARIA, Homero, vt ait Plinius Inarime, & ab aliis Græcis Pithecusa, vel Pithecusæ: & Ænaria dicta est à statione nauium Æneæ: sed Ouidius, Liuius, Mela, Ænariam, & Pithecusas distinguunt, confudit Appianus 5. Ciuil. In medio Ænariæ mons Epopeus: Pithecusæ vocatæ sunt à Πιθήκοις *Simiis.* Ab Homero Inarime, vel meliùs Ari-

AD CAMPANIAM.

Arime 2. Iliados, quæ idem significat; nam, ait Strabo, *Arimos* linguâ Etruscâ *Simiam* sonat; quod tamen Plinius negat, & Pithecusas dictas esse à figlinis doliariorum contendit: hodie *Ischia*.

Prochyta, quondam pars Pithecusarum, sic dicta quòd ab eis prognata sit προχύω: Scholiastes Pindari hanc cum Pithecusis confudit: hodie *Procita*, & *Procida*.

Nesis in sinu Puteolano cuius sæpe Tullius in epistolis meminit: hodie *Nisita*.

Megaris, Magalia Statio: hodie *Castel dell' Ouo*. Arx Neapolitana.

Capreæ, Græcis Καπρέα, & Καπρίαι, & Καπρία, olim Neapolitanorum, sed hanc cum Ænariâ permutauit Augustus, vt tradit Sueton. ob miraculum: secessu Tiberij & turpissimis libidinibus famosa. In eâ habitarunt olim Teleboæ (vt aiunt Tacitus, Virgilius, & Statius) qui eò ex Echinadibus commigrarunt.

Sirenvm Scopvli, seu Saxa, aliter Sirenusæ 3. exiguæ & saxosæ Straboni: fortè hodie *Gallo* & *San Pietro*, tertia non appollatur.

INSVLÆ AD LATIVM.

Palmaria, maximè omnium Occidentalis: *Palmaruola*.

Pontia celeberrima, & ex quâ duæ aliæ dictæ sunt in plurali Pontiæ. In eam missa Colonia V. C. 441. Exiliis fuit memorabilis, & huc suas sorores Caligula relegauit; sed ab exilio martyrum nobilior extitit: *Ponzza*.

Sinonia, magis in Orientem, & Caietam procurrens *Sanone*.

Pandataria, in Orientem remotior, vnde à Plinio in sinu Puteolano collocatur: ad eam perrexit Caligula ad reportandos matris, fratrisque cineres: hodie *S. Marie*.

IN-

Ilva: *Elbe*; Insula inexhaustis Calybum generosa metallis, ait Maro 10. Æneid. S Gregorio Dial. lib. 3. cap. 11. Elba dicitur; Plinius asserit vocari à Græcis Æthaliam, sed Strabo, & Ptolemæus eas distinguunt, & duas efficiunt Insu-

SVLÆ AD ETRVRIAM.

las: certè apud Strabonem ex Ptolemæo irrepsisse vocem Ἰλοῦαν suspicatur Casaubonus. In Æthaliâ Strabo agnoscit portum Argoum, Cluuerio *Porto Ferrato*, Ortelio *Porto Longone*.

IGILIVM apud Plinium corruptè Ægilium, & item apud Melam Igmium, cuius meminit Cæsar 1. de bello ciuili: *Giglio*.

Dianium, & Artemisia, & Artemita: *Gianuti*.

PLANASIA, seu Planaria: *Pianosa*, vbi agrestes Pauones Varroni. In eam proiectus Agrippa ab Augusto rudis bonarum artium, & corporis robore stolidè ferox, ait Tacit. lib. 1. Ann. dicta est ἀπὸ τοῦ πλανᾷν, quòd *specie sua falleret*.

Oglasa Plinio scopulus excelsus: nunc *Monte Christo*.

CAPRARIA, seu Caprasia, hodie *Caprara*, seu *Capraia*, sic dicta à Capris syluestribus, vt ait Varro: de ea impiè Rutilius *Squallet lucifugis Insula plena viris*.

VRGO Plinio, Melæ, Capellæ; Goron Rutilio *inter Pisanum Cyrnaicúmque latus*; Orgon Stephani est: hodie *Gorgona*.

Menaria: *Meloria*.

Columbaria, apud Melam corruptè Carbania; & alia dicta Vernaria, quarum meminere Plinius & Capella; harum nescit Cluuerius vtra sit *Palmarolo*, & *Troia*.

CAPVT VNDECIMVM.

De Sicilia & minoribus Insulis ei adiacentibus.

§. 1. *Historica descriptio Siciliæ.*

QVÆREMVS hîc more nostro, de eius nomine, quantitate, qualitate, politiâ in quâ de eius populis, ac denique de eius Freto.

NVM. 1. *Nomina Siciliæ.*

TRINACRIA, primùm dicta fuit Polyb. lib. 6. Diod. 5. Halic. 1. quæ vox Græcè variè effertur Homero Θρινακία, Dion. Afro τρινακία, Straboni τρινακίς: sic dictam suspicantur aliqui à Rege Trinaco, alij ἀπὸ τῆς θρίνακος, vel τρίνακος à similitudine Tridentis,

meliùs sic dicta videtur voce leuiter inflexâ à tribus Promontoriis, Peloro *Capo di Faro*, vel *Capo della Torre di Faro*, Lilybæo *Capo di Marsalla*, & *Capo Boeo*, & Pachyno *Capo di Passalo*. Hinc Triquetram Lucretius dixit, Græcis τρίδειρος, *Triuertex*, τριγλώχιν *Tricuspis*, τρίπλευρος *habens tria latera*, τρικάρηνος *Triceps*, & τρίλοφος *Tricollis*; Claudiano *Trisulca* canitur.

Sicania, à Sicanis, in quam Thucydides lib. 6. Iberos putat à Sicano Fl. aliter Sicori accersitos, de quibus paulò pòst.

Sicilia, à Siculis qui ex Italiâ depulsi eam Insulam occuparunt.

Poëtis aliquando *Aethnæa* dicitur ab eius famosissimo monte; sic Martialis, & Claudianus, vt Græcos omittam.

Nvm. 2. *Quantitas Siciliæ.*

Omnivm Insularum interni Maris maximam vocat eam Strabo lib. 2. & alij vulgò; Scyllax ei prætulit Sardiniam, & Siciliæ tantùm secundas dedit; certè Diodorus Sardiniam ferè Siciliæ exæquat.

Mensuræ antiquæ Siciliæ.

LATVS BOREALE *à Peloro ad Lilybæum,* continet ex	Diodoro Siculo ccxii. Mil. Pass. cum Pass. D.
	Posidonio *ducenta viginti quinque Pass. Mil.*
	Plinio *centum septuaginta Pass. Mil.*
	Marciano Heracleota *centũ quadraginta tria Pass. Mil.*
	Vetere Chorographo, *ducenta sexaginta quinque P. M.*
	Ptolemæo, *ducenta sexaginta quinque Pass. Mil.*

LATVS AVSTRALE *à Lilybæo ad Pachynum,* continet ex	Diodoro, *centum octoginta septem P. M. cum Pas. D.*
	Strabone, *centum nonaginta tria P. M. cum Pass.* 750.
	Plinio, *ducenta Passuum Millia.*
	Vetere Chorographo, *centum sexaginta quinque P. M.*
	Ptolemæo, *centum quinquaginta quinque P. M.*
	Æthico, *centum septuaginta quatuor P. M.*

LATVS ORIENTALE *à Pachyno ad*	Diodoro, *centum quadraginta duo Pass. M. cum Pas* 500.
	Strabone, *centum quadraginta & vnum M. P. &* 250. *P.*
	Plinio, *centum sexaginta sex Pass. Millia.*
	Martiano, *centum sexaginta sex Pass. Millia.*

Pelorum, continet ex	Chorographo, *centum sexaginta nouem Paſſ. Mil.* Ptolemæo, *centum sexaginta quinque Paſ. Mil.* Æthico, *centum sexaginta nouem Paſ. Mil.*
AMBITVS TOTIVS SICILIÆ, continet ex	Diodoro, *quingenta quadraginta duo Paſ. M. cum Paſ.* 500. Posidonio, *quingenta quinquaginta Paſ. Mil.* Agrippâ, *sexcenta decem & octo Paſſ. Millia.* Plinio, *quingenta triginta sex Paſſ. Millia.* Chorographo, *quingenta octoginta nouem Paſ. Mil.* Ptolemæo, *quingenta octoginta sex Paſ. Mil.* Solino, *trecenta septuaginta quinque P. M. vel* 400. Isidoro, *trecenta septuaginta quinque M. P. vel* 400. Thucydide, *haud multò minor octo dierum circumnauigatione.*

NVM. 3. *De qualitate Siciliæ.*

FERTILISSIMA cereris & vini, vnde *tota Cereri & Libero consecrata est* Tullio, Diodoro, &c. Ideò Cato apud Ciceronem eam *cellam penariam Reip.* & *nutricem plebis Romanæ* dixit, immo & *pro ærario esse* putauit. Tamen Lycophron in eius parte solitudines admittit.

DIVES. Primò propter *Oues* & *Armenta* quibus plena erat; hinc fabula de bobus Solis apud Hom. Odyſ. 9. & 12. Strabo ait *pellibus* abundare. Secundò *Melle* quoque diues fuit Straboni & Apuleio, & quis mel Hyblæum nescit? Tertiò denique *Croci*, hinc copia incredibilis elata est, vt videbimus in Admirandis.

POPVLOSA. Quinque in eâ fuiſſe Colonias & vrbes 63. tradit Martianus Capella; immunes ciuitates apud Plinium lib. 3. legit Pintianus 73. sed plures suggerunt Ortelius, & Cluuerius. Liuio teste tempore 2. belli Punici 66. numerabantur: Diodorus ipse Siculus Syracusis, & aliquot aliis omiſſis proponit 67. sed earum pleræque defecerunt: nam Constantinus Porphyrogenetus ait suo tempore tantùm 22. stare, sed Panormum omittit tum Sarracenorum Regiam, vnde probabile est alias prætermisiſſe.

NVM. 4. *De moribus Siculorum.*

DICACES erant in primis, & scommatis dediti Siculi, vnde

Gerræ Siculæ in Prouerbium abiere *Ciceroni*. Authores fuere artis Oratoriæ, & Bucolici carminis, vt aiunt *Aristoteles* & *Diodorus*, catapultæ *Plutarcho*; illustratæ picturæ & tonsuræ *Plinio*.

Siculi suspiciosi sunt, inuidi, tetrici, ad contumeliam & vltionem faciles, principum assentatores, Tyrannidis amatores, & suo commodo quàm publico addictiores, desides, nouitatis cupidi, &c. quæ congesta cum testimoniis veterum leges apud *Fazellum prioris Decadis lib.* 1. *cap.* 7. Item lautioribus epulis addicti erant Siculi, vnde abiit in Prouerbium Σικελικὴ τράπεζα, καὶ Συρακοσία. Mensarum Sicularum meminere Athenæus lib. 12. Lucianus in Dialogis, Plato Polit. lib. 3. & alij. Præterea in conuiuiis suis pergræcabantur, vt ait *Aristoteles*, & meretricibus vacabant, vt innuit *Plautus in Rudente*.

NVM. 5. *De populis qui olim Siciliam incoluerunt.*

ANTIQVISSIMI populi Siciliæ fuere Cyclopes, Lestrygones Phæaces.

CYCLOPES principio Siciliam incoluerunt, sic Iust. lib. 4. vixere autem Cyclopes ad montem Æthnam; neque seminabant, neque metebant, sed frugibus sponte natis vescebantur, & lacte; speluncis pro domibus vtebantur, vt intelligitur ex Euripide in Cyclope. Gigantes erant, & eorum corpora multa effossa sunt in Sicilia, vt docet Fazellus, & dicemus in Admirandis libro sequente: quando autem desierint ignoratur.

LESTRIGONES Cyclopibus adiungit Thucydides, sed ait nesciri vnde venerint: certè Plinius lib. 3. cap. 8. agros circa Leontinos vocat Lestrigonios campos. Aliqui tamen eos ex Italiâ educunt vbi habitarunt ad montem Circæum; eorum Rex Antiphas fuit monstrum crudelitatis imperans hominibus barbaris, & feris. Hi quoque desierunt, aut exterminati sunt.

PHÆACES habitarunt in Hyperiâ, vt ait Homerus Odys. 6. sed vbi gentium hæc Hyperia? Vibius Sequester ait Camarinam antea Hyperiam appellatam esse; vixere ergo in parte Insulæ Meridionali: de his iterum agemus in Melitâ Insulâ.

SICANI prædictis successere quorum Rex Cocalus fuit, sic Iustin. lib. 4. Venerunt autem ex parte Iberiæ ad Sicorim fluuium, vt tradunt Thucydides, & Diodorus, ac Insulam Trinaciam aut

Trinacriam dictam de suo nomine Sicaniam dixere. Contra prædictum Cocalum Minos Cretensis pugnauit, vnde & CRETENSES, Rege suo cæso, in Siciliam constitere, vt ait Diod. Sic. lib. 4.

SICVLI superuenere, & MORGETES, vtraque gens Italica ex Latio profecta: hi expulsi primùm ab Aboriginibus, deinde ab Opicis, ac demum ab Oenotriis & Iapygibus in hanc Insulam transmisere 3. ætate ante bellum Troianum, hoc est annis 81. Hi videntur cum Sicanis conuenisse, & communem vtrique populo fuisse Regem, vt satis bene Cluuerius probat. Morgetum vestigia putant restare in vrbe Murgantiâ.

HELYMI quoque Troiani origine paulò post Siculos venerunt, & sic appellati sunt à filio Notho Anchisæ Helymo: hi venienti Æneæ occurrerunt, vt ait Diodorus, & Simoenta & Scamandrum flumina nuncupauerunt.

PHOENICES quoque vel hoc tempore, vel paulò pòst ex Asiâ eò appulere, vt testantur Diodorus, atque Thucydides, quorum in auxilium postea venere forsan Carthaginienses.

GRÆCI, & eorum primi Chalcidenses eò accessere, & condidere Naxum aliásque ciuitates multas, vnde factum vt Sicilia magnæ Græciæ accenseretur, & pars eius crederetur, vt ait Strabo; quando factum vt omnes tam Græci, quàm Barbari Σικελιῶται nominarentur; quamquam hæc vox potiùs Græcis aptaretur, quæ rectè potest Latinè verti *Sicilienses*.

POENI quoque, seu *Carthaginienses*, magnam eius Insulæ partem obtinuerunt, & inde multas clades intulere Græcis, multas accepere Siculi interim sub suis Tyrannis vixere vtentes triplici linguâ Græcâ, Punicâ, & Sicelioticâ, vnde *Trilingues* appellati sunt Siculi: præualuit tamen lingua Græca, Siculis & Pœnis Græcam linguam addiscentibus, Græcis vtramque linguam aspernantibus.

ROMANI demum Tyrannis vsi sunt sociis, & amicis, & post crudelissima bella cum Pœnis, eam demum in prouinciæ formam redegere; factáque est prima prouincia, vt quidam putant.

NVM. 6. *De Freto Siculo.*

SICILIAM annexam quondam fuisse Siciliæ præter Poëtas Maronem, Ouidium, Silium, &c. tradunt quoque Mela, Seneca,

Strabo, Festus Pompeius, & alij, sed omnes dubiè locuti sunt. Probare id conatus est Tho. Fazellus in suâ Siciliâ, sed argumentis parum firmis quæ confutauit Marianus Vulgarnera; præcipuum argumentum, quo id negetur sumitur ab amplitudine terræ frangendæ ad 20. aut 25. Pass. Mil. à *Sciglio*, ad *Capo d'Armi*, item à portu Messanæ sic excauato: addit Cluuerius aliam rationem petitam à fluuiolis in Fretum ex Apennino defluentibus, nam ante hanc separationem quò defluebant?

NOMEN. Dicitur vulgò Fretum à similitudine feruentis aquæ, inquit Varro lib. 6. de linguâ Latinâ, SICVLVM Scymno, & aliis, Aristoteli FRETVM INTER SICILIAM & ITALIAM, Ciceroni SICILIENSE, Platoni SCYLLÆVM, quomodo & dicitur apud Tullium, & Athenæum: Lycophroni TYRRHENVM, Orosio HADRIATICVM, Salustio RHEGINVM, Thucydidi CHARIBDIS Fretum, Manilio denique IANVA MARIS IONII.

LONGITVDO huius Freti est Plinio XII. Mil. Pass. lib. 3. cap. 8. vbi S. Hieronymus de locis Hebraicis XV. Mil. Pass. legisse videtur, loquitur autem *Plinius* de Scyllâ ad Charibdim.

LATITVDO, Plinio lib. 3. cap. 8. circa Columnam Rheginam M. D. P. & capite 4. huius libri, XII. stadiorum. Polyb. quoque lib. 1. & Scyllax, 12. admittunt stadia; Diod. lib. 4. stadia XIII. Isidorus lib. 13. Orig. cap. 18. tria Millia Passuum vbi arctissimum; Thucydides 20. ferè stadia: Strabo 7. stadia, quod & ait Scholiastes Apollonij: Homerus Odys. 12. ait iaculo posse attingi; Silius auditi ab vnâ parte ad aliam volucrum cantus. S. Hieronymus duorum Mill. Pass. ait esse, sed Beda hanc latitudinem professus transcribere ex S. Hieronymo M. D. restituit.

CHARIBDIS in genere est Gurges quo aqua absorbetur, sic Fauorinus, Didymus, Eustathius; quod intelligitur ex aliis locis; nam locus quo hauritur Orontes Fl. in Syriâ dicitur Charibdis Straboni, & Suidæ mare subsidens, & absorptum circa Gadeis Charibdis est. Propriè tamen dicta *Charibdis* erat vortex in freto Siculo ad Messanam, vt Scylla versus Rhegium, vnde nota parœmia *incidit in Scyllam cupiens vitare Charibdim.* Poëtæ fingunt hîc aquam ter egeri, ter sorberi, sic Hom. 12. Odys. Virg. 3. Æneid. de fabulis consule Mythologos. Salustius ait eò illata naufragia occultis gurgitibus 60. Mil. Pass. Taurominia ad littora reddi, quod & Strabo firmat lib. 6. ideóque notat hoc littus dici κοπρίαν

Sterquilinium : vide & Senecam epist. 79. sed vt omittam fabulas Charibdis, nihil erat quàm Siculum fretum fluxum patiens, & refluxum, vt ex Thucydide, & Eustathio rectè colligitur: Seneca docet quiescere Austris non flantibus; quod autem Poëtæ *ter* cecinere, *bis* dicere debuerunt. Causam huius fluxus & refluxus refundunt in spiritus inclusos iis terris, quibus & incendia Æthnæ ventilantur, Iustinus, & Eustathius: Aristoteles & Strabo in Solem & Lunam. Hodie locus Charibdis dicitur *Calofaro* à Pharo hîc excitata.

§. 2. *Descriptio Geographica Siciliæ.*

NVM. I. *Latus Boreale Siciliæ*, la coste de Palerme.

VRBES ORÆ BOREALIS

Naulochus, Naulochum, & Naulocha, quæ vox significat nauium stationem: hodie os fluuioli *Malpurtito Fiume*.

Templum Facelinæ Dianæ, sic dictum vel à Face, vel à Fasce, in quo aduectum simulachrum ex Tauricâ; ad hoc castra habebat Sextus Pompeius ab Agrippâ victus: *igitur locus inter Naulochum & Mylas.*

MYLÆ oppidum & peninsula: *Milazzo*; incolæ Mylæi Myletani, & Mylienses: in eâ Insulâ Solis boues pascebantur, & hîc erant eorum stabula.

TYNDARIVM, seu Tyndaris incolæ Tyndaritani; col. ab Augusto victo Sexto Pompeio: *S. Maria di Tyndaro.*

Agathyrnum, seu Agathyrna, vnde regio Agathyrnensis: *S. Marco.*

Aluntium, & Haluntium, incolæ Haluntini Ciceroni: eius rudera 5. Mil. infra *Fanum S. Philadelphi*, è regione *Rosmarini.*

Calacta, hoc est pulchrum littus, incolæ Calactini, & Calatini, vrbs ipsa Calata Tullio *rudera circa Caroniam.*

ALÆSVS, & Alesa, incolæ Alæsini; hæc magnæ olim potentiæ fuit: *Caronia* Fazello.

HYMERA à Zanclanis condita, de quâ vide Diod. lib. 11. à Pœnis excisa, sed restituta à ciuibus ad dextram Himeræ Fl. ripam vbi Thermæ Himerenses: *Termini.*

So-

SICILIA VETVS
SYRACVSARVM VETERVM TYPVS
Cyane Fons
Olympiu
Dascon Vicus
Portus Magnus seu Syracusanus
Arethusa Fons
Ortygia
Portus Minor
Anapus fl.
Neapolis
Tyche
Acradina
Temenites Fons
Euryclus c.
Epipolæ
Labdali castrum
Leon Vicus
Trongilus Vicus
Thapsus
Trogiliorum portus
Insulæ Æoliæ
Ustica
Ericusa
Phænicusa
Didymus
Hicesia
Strongile
Lipara
Herculis
Euonymos
Vulcania
Insulæ Ægades
Phorbatia
Ægusa
Hiera
Drepana
Eryx
Ægesta
Motya
Lilybæum pro. et Urbs
Mazara
Selinus
Entella
Hiccara
Panormus
Solus
Cephaloedium pro.
Alesa
Calacta
Apollonia
Herbita
Agathirnum
Aluntium
Montes Heræi
Tyndaris
Mylæ
Phalacrium pro.
Pelorus pro.
Messana
Nauloch
Rhegium
Italia
Siculum Fretum
Tauromenium
Naxus
Ætna
Centuripa
Hybla Maior
Catana
Scopuli cyclopu
Simethus flu.
Pantagias flu.
Taurus pro.
Xiphonia
Hybla parua
Thapsus
Syracusæ
Ortygia Ins.
Longu pro.
Phænicus
Elorus
Pachynum prom.
Pachynus portus
Odyssea
Camarina
Palus Camarina
Caucana
Gela
Phintias
Ecnomus Mons
Agrigentum
Camicus
Heraclea Minoa
Thermæ Selinuntiæ
Thermæ Himerensis
Himera
Enna
Crimisus flu.
Nebrodes
Maro M.
Gela fl.
Achates flu.
Erbessus
Motyum
Triocala
Halicus flu.
Agragas flu.
Hipsa flu.

SICILIÆ.

Sólus, untis, seu Soloïs, Romanis Soluntum, & Solentum, incolæ Solentini, hodie *Solanto*; Phœnicum ciuitas.

Panormvs: *Palerme*, sic dicta quòd pulcherrima statio hîc esset πάνυ ὅρμη ait Diod. quare scribi deberet Panhormus, vt fecit Plinius; dicitur & Panormium. ad hanc Ercta mons & castrum, hoc est Latinè carcer: hodie *monte Pelegrino*.

Hiccara oppidulum, seu Hiccari, à piscibus Hiccis dictum: hodie *Muro di Carini*.

Segestanorum Emporium: *Castel à Mare*.

Drepanvm, & Drepana, orum, sic dicta à curuitate littoris, vel à falce Saturni, aut Cereris: hodie *Trapani*; munita est ab Amilcare, eò translatis incolis Erycis vrbis, cuius olim portus erat; ei adiacebat Columbaria Inf. à Ro. occupata: *la Columbara*.

Motya Pœnorum Colonia, vbi olim portus sat tutus: nunc *Isola di Santo Pantaleone*.

PROMONTORIA.

Pelorvm, & Pelorus: sic dictum à Gubernatore Annibalis, quem innocentem vt proditorē interemit, Val. Max. lib. 9. cap. 8. vel à Græco πέλωρ *ingens*, seu *monstruosus*. Ei imposita erat turris *Pelori* dicta siue speculatrix: hîc quoque Neptuni templum celeberrimum: hodie *Capo di Faro*, vel *della Torre di Faro*.

Phalacrium: *Capo di Zasiculmo*.

Cephalœdium, seu Cephaledis castellum Diodoro, πολίχνιον Straboni: *Cifalu*.

Ægithallus: *Capo di S. Todaro*, aliter *Burruni*; malè Fazello *di S. Vito*.

FLVMINA CADENTIA IN

Melas qui & Facelinus: *Nuciti* Fazello.

Longanus, victoriâ Hieronis celebris: *Fiume di castro Reale*.

Helicon: *Oliuero Fiume*.

Timethus, seu Timethum: *Fiume di Naso*.

Chidas: *Rosmarino*.

Alæsus: *Fiume di Caronia*.

Monalus: *Pollina*.

MARE TYRRHENVM.

HIMERA, quem malè Solinus confudit cum Australi ei prorsus opposito: hic hodie dicitur *Fiume di Termini.*

Eleutherus: *Baiaria Fiume.*

Orethus Vibio ad Panormum: *l'Amiraglio.*

SIMOIS, & SCAMANDER, Ægestæ pedem alluens, Scamander: hodie *S. Bartholomæo*, & *Frigidus* dictus, Simois nunc caret nomine.

NVM. 2. *Latus Australe Siciliæ*, la Coste de Gergenti.

VRBES ORÆ, seu LATERIS AVSTRALIS

LILYBÆVM, vrbs munitissima decem annis à Pœno obsessa ait Diod. lib. 36. portus quoque nobilissimus, iuxta quem Sibyllæ Cumanæ sepulchrum: *ex eâ extitit Marsalla vicina.*

MAZARVM, & MAZARA emporium, Stephano castellum Selinuntiorum: *Mazara*, vnde valli nomen.

SELINVS, untis: *Terra delli Pulci*; sic dicta à Fluuio qui nomen habet ab Apio ἀπὸ τοῦ Σελίνου, quod ibi multum nascitur *Vibio*, vnde Latinis dictus est Apiarius. Circa hanc nascuntur multæ palmæ.

Inicum Regia Cocali ad quem Dędalus fugit, aliter Inictum ad ostium Fl. *Bellici* ad dextram ripam, cui opposita ad læuam Selinus.

Thermæ Selinuntiæ, seu Aquæ Labodæ, & Laxodæ, vnde incolæ Thermenses, & Thermitani; hæ autem aquæ salsæ sunt Straboni: hodie vicus *Sciaca.*

HERACLEA MINOA, antea tantùm Minoa dicta, postea Heraclea, tum simul nomina iuncta sunt, à Minoe conditore Rege Cretensium pugnante in Cocalum; Colo. Ro. fuit hodie *Heraclea.*

Camicus vrbs in quâ Cocalus regnauit, circa quam Minos Cretensis mortuus: hodie *Siculiano.*

AGRIGENTVM Latinis, Græcis Agragas: hodie *Gergenti, Girgenti*, & *Giorgenti*, condita à Geloïs: de hac vide Diod. lib. 13. Item & de eius Templo Iouis Olympij; hîc arx Omphace, & emporium Agrigentinorum.

Ecnomus mons ad ostium Fl. Himeræ ad quem Dædalium Phalaridis castellum, vbi bos æneus Perilli seruabatur: hodie *Monte d'Alicata*, seu *di Licata.*

Phintia, corruptè apud Cicer. Plutia: hodie *Licata.*

SICILIÆ.

GELA antea Lindij, à Lindiis Rhodiensibus, postea Gela quòd multam *glaciem* gignat quæ Opicis *Gela*, Steph. & Suidas: etymologus à risu dictam ait: ab hac vrbe campi Gelenses, & Geloi: *Terra Nuoua*.

CAMARINA: hodie *Torre di Camerana*, ex quâ creuit *Terra Nuoua*: quàm varias vices experta sit collectum leges apud Cluuerium pag 192. Apud Strabonem Psaumidis dicitur, quia hinc oriundus Psaumis, cui victori hymnum scripsit Pindarus. Hyperia olim dicta fuit, vt tradit Vibius Sequester, & nos suprà innuimus.

Caucana Portus: *Caucona Porto*; vnde soluit tota classis Bellissarij.

Odysseæ Portus, seu Edissæ: *Castellucio Porto*.

Pachyni Portus: hodie *Motya*; huius Portus dicitur hodie *Longobardo*.

PROMONTORIA.

LILYBÆVM: hodie *Capo di Marsalla*, aliter *di Boëo*; ex quo quidam Strabo dictus videbat naues soluentes Carthagine, & earum numerum distinguebat, *Aeliano*: quod interuallum Strabo ait esse 1500. stad. Plinius & Solinus cxxxv. Mil. Pass. Certè hodie ex apice Lilybæi, qui nunc *Candidi*, videtur Pro. Mercurij in Africâ, vulgò *Capo Buono* c. Mil Pass. dissitum.

Buera: hodie *Capo di Scarami*, & *Scalami*, *Scarambri*, & *Scalambri*, sic enim variè scribitur.

Odyssea: *Capo di Castellucio*, aliter *di Marsa*.

FLVMINA quæ cadunt in MARE

Mazara olim hiatu terræ haustus, nunc redditus Straboni: *Mazara*.

Hipsa: *Belici sinister*.

Crimisus Fl. ad quem Timoleon Pœnos deuicit: hodie *Belici dexter*.

Isburrus: *Fiume de la Calta-Bellota*.

Halicus, limes Græcorum, & Barbarorum: *Platani*.

Camicus: *Cannaro*.

Hipsa: *Fiume Drago*.

Agragas: *di S. Biagio*.

HIMERA, celebris pugnâ Agathoclis contra Pœnos Diodoro: hodie *Salsi*.

LIBYCUM.
Gela: *Fiume di Terra Nuoua.*
Vagedrusa: hodie *Manumuzza.*
Achates, vbi nobiles gemmæ, vnde dictus Vibio: *Drillo.*
Hipparis, aliter Camarina: *Fiume di Camarana.*
Oanus, Pindaro celebris: *Frasculari*, seu *Frasculani.*

NVM. 3. *Ora Orientalis Siciliæ*, la Coste do Messine.

VRBES ORÆ ORIENTALIS

Elorus ciuitas Syracusarum ad Fl. cognominem: hodie *Baiacheno.*

Phœnicus Portus, untis: hodie *Falconara.*

Naustatmos, cui adiacebat villa Polyzellium, vbi captus Demosthenes dux Atheniensis: hodie vrbs dicitur *Vindicari.*

SYRACVSÆ & Syracosæ, maxima Siciliæ ciuitas, vbi duo portus *Magnus* & *Paruus*. Nomen habet à lacu Syraco vicino ait Stephanus; item & Scymnus, sed lacum non vocat: Vibio Tyraca dicitur corruptè pro Syraca; incolis vrbs appellatur *Saragusa*, nobis *Syracuse*. Condita est ab Archia Corinthio. Huius vrbis partes ACRADINA, TYCHA, NEAPOLIS, ORTYGIA Insula vbi fons Arethusa: EPIPOLÆ erat locus domibus vacuus vbi Latomiæ carcer, olim lapicidina Tyrannorum. Vrbis Tetrapoleos ambitus CLXXX. stadiorum Straboni, hoc est XXII. Mil. Pas. cum dimidio. De Arethusâ fonte & Alpheo Fl. Peloponnesi per eum emergente, vide Mythologos: certè id Strabo irridet vt fabulam: recentes aliqui Siculi, id propugnare voluerunt. *Cætera vide in Tabulâ.*

TAPSVS, peninsula cum vrbe cognomine: hodie *l'Isola di Manghisi*; humilior erat, vnde iacens à Marone nominatur.

HYBLA PARVA, quæ postea Megara, & Megaris ad Allabum Fl. vbi mel exquisitissimum legebatur: eius rudera visuntur ad ostia Fl. *lo Cataro*: aliter olim Galeotis dicebatur, vnde eius incolæ Galeotæ.

Xiphonia vrbs & portus: *Augusta.*

Trotylum ad Fl. Pantagiam à Megarensibus conditum: hodie *Brucca*, meliùs *S. Caloiro.*

CATANA Col. nunc *Catina*, incolæ Catanenses, & Catinenses, hanc alluebat Fl. Amenes Pindaro, Amenanus

SICILIÆ.

Straboni: hodie *Iudicello*. In eius vrbis agro campus Piorum dictus à piis liberis Amphinomo, & Anapio; is inter Æthnam & Catanam situs est.

VLYSSIS Portus: vbi hodie specula *Torre Lognina*; & ei scopuli Cyclopum adiacent.

NAXVS diruta à Dionysio, vrbs prima à Græcis Chalcidensibus condita, vbi erat Apollinis Ducis, seu Archagetæ ara Thucydidi. Sita erat ad partem Borealem ostij Fl. *Frigidi*.

TAVROMINIVM, & Tauromenium, & Tauromenia, antea Naxos, Plinio, sic dicta vrbs à colle Tauro cui imminet, & μένειν, quia hîc diu exules constitêre; excisa est à Dionysio. Celebratur Taurominitanum marmor, & Sterquilinium, seu κοπρία, de quo in Charibdi: hodie *Taormia*, sed portus Tauromitanorum est *l'Ochiso* Cluuerio.

MESSANA in orâ Peloritana, olim Zancle dicta à falce Saturni, nam Siceliotice *Zanclon*, seu *Zanclion Falx* dicitur Thucydidi, quia speciem falcis habet, sic & Strabo: postea dicta est Messana à Messeniis Peloponnesiis ab Anaxilao, vel Anaxili Tyranno Rheginorum Messenio, euocatis. Incolæ Messenij postea Mamertini dicti sunt, Tullio teste, ab incolis Campanis qui hanc occuparunt, cùm eis signum obuenisset Mars, lingua Oscâ *Mamers* dictus. Diodorus ait vrbem dictam esse Mamertinam; an benè? Certè vrbs Messana, incolæ Mamertini dicti vulgò sunt; sed non est tali viro & Siculo deneganda fides.

PROMONTORIA.

PACHYNVM: *Capo di Pessaro*.

Longum: hodie *Lognina*, iam Insula à continenti reuulsa.

PLEMMYRIVM, Pro. & Castellum vndosum Maroni. Certè Græcis Πλημμυρία inundatio est: hodie *Massa*; ei adiacebat parua Insula sine nomine Thucydidi: hodie *l'Issola delli Castellucio*.

TAVRVS: hodie *Capo della Brucca*, ab vrbe vicinâ.

ARGENVM inter Taurominium & Messanam Ptolemæo, apud Plinium Drepanum, nam ibidem locatur: hodie *Capo di S. Alessio*.

FLVMINA quæ cadunt in MARE SICVLVM, seu IONIVM.

Elorus: hodie *Abiso*, in quo pisces cicures qui de manu edunt; ab eo dicta TEMPE ELORIA, de quibus Ouidius.

ANAPVS: hodie incolis *Alfeo*; sic dictus vt ait Scholiastes Theocriti, quòd pedibus transmitti queat.

Alabus, & Alabis, & Alabo, onis: *lo Cataro.*

MELAS: hodie *San Marcellino.*

Pantagias, & Pantagies, saxa rotans Maroni: *Porcari.*

TERIAS, mille passibus à Leontinis: *Fiume S. Leonardo.*

Eryces: hodie *D. Pauli.*

SYMETHVS à Rege Symetho dictus, Seruio: hodie *la Iaretta* à scaphâ quâ traiicitur: hic solus ex Siciliæ fluuiis triremium capax; certè eò Romani 100. nauibus ad Murgantiam venerunt.

Acis, ab Aci pastore amato à Galatæâ, cæso à Polyphemo; hodie *Aci*, Siculis *Iaci*, & *Ghiaci.*

TAVROMINIVS, aliter Onobala: hodie *Cantara.* Ad ostij ripam Borealem templum Veneris, in quo Gerræ suspensæ, de quibus vide Grammaticos.

NVM. 4. *Vrbes Mediterraneæ Siciliæ.*

ERYX in vertice montis sita, vrbs Helymorum Thucydidi, in quâ templum Veneris Ericinæ, quod vrbe euersâ substitit: hodie *Trapani del monte*, ob incolas Drepanum translatos.

ÆGESTA, Ægestos & Egesta, postea Segesta, vnde incolæ Segestani Tullio, Græcis Ægestæi; condita est ab Egesto Troiano qui & Acestes dictus. Hanc Agathocles cæsis indigenis vocauit Dicæopolim: *Barbara* Fazello.

Entella, & Atalla, ab Entello comite Æneæ, in Historiis celeberrima: hodie nomen in monte retinet *Btella.*

Macella: *Calta-Busamar*, à Sarracenis dicta.

Magella, incolæ Magellini: *Rosmano*; vbi vestigia magnæ vrbis 5. Mil. ab Ermâ.

Triocala, Ciceroni Tricalum à tribus pulchris Diod. 36. hoc est aquâ fontanâ, agro fertili, naturâ loci munitâ: hodie *ædes S. Mariæ à monte Virgine*, mille passibus à *Calta-Bellota.*

ALICIÆ, incolæ Halycienses Cic. ciuitas immunis, sed sine fœdere: *Salemi.*

Ieta, incolæ Ietini, & Ietenses: *Iato.*
Schera, incolæ Scherini Tullio, corruptè Cetarini 3. Verr. hodie *Coriglione.*
MVRGENTIVM, & Morgentium à populis Morgetibus dictum & conditum, aliter Murgentia: eius rudera visuntur 5. millibus ab ostio *Iarettæ*, & olim Symetho adiacebat.
ENGYVM, & Enguium, Eggina ciuitas Tullio, vel à solo feraci, vel à fonte scaturiente dicta: hîc templum Dearum quas vocant Matres, item & hîc colebatur Magna Mater, seu Idæa: hodie *Ingluni*, seu *Angulone.*
Petra, incolæ Petrenses, Petræa Silio: *Petraglia*, Latinè Petra Eliæ.
Noæ, incolæ Noæi, Noæni, & Noenses: *Noara.*
Apollonia, incolæ Apollonienses. videtur sita fuisse infra Calactam in Mediterraneis: *locus eius nescitur.*
AMESTRATVS, & Amastra, & Mutistratum, ab Atilio Calatino vrbs incensa, incolæ Amestratini: hodie *Mistretta.*
Tissa, incolæ Tissenses Ciceroni, Plinio Tissinenses: *Randazzo.*
ÆTHNA vrbs, antea Inessum, & Inessa, Diod. Ennesia, quò demigrarunt Catanenses: hodie *Cœnobium S. Ioannis de Arenis.*
Capytium, incolæ Capitini: *Capizzi.*
HERBITA, incolæ Herbitini, & Herbitenses: Fazello ex Ptolemæo *Citadella*, Cluuerio *Nicosia* ex Diodori Sic. situ, meliùs.
Agyrium: *San Philippo d'Agirone*, & *d'Argirone*; olim & Agurium, incolæ Agyrinenses Tullio: patria fuit Diod. Siculi.
IMACHARA, incolæ Imacharenses, & Acharenses Ciceroni: Cluuerio *Traïna*; veriùs quàm *Citadella di Machari*, versus Pachynum, Fazello.
Galaria & Galarina: *Gagliano*, olim ciuitas potens Diodoro.
SYMETHVM, fortè Ameselum Diodori: *Racalbuto.*
Hadranum, vbi Templum Hadrano Siciliæ Deo à Dionys. conditum: *Aderno*; meminit eius Plutarchus in Timoleonte.
ASSORVS: *Azaro*, aliter Assorium, eius pedem alluebat Chrysus Fl. hodie *Dattaïno*, qui Fl. Deus putabatur, & hîc templum habebat.
HYBLA maior, cuius oppidani Hyblæi, & Hiblenses: hodie *Paderno.*
ENNA: incolis nunc *Castro Ianni*; in colle sita vbi templum Cereris

ris Straboni, loco inexpugnabili Liuio, & Siciliæ vmbilicus: hîc Proserpinam raptam fabulantur; certè floribus abundat eius ager, & tritico ab aliis diuerso.

Caulonia, & Callonia, & Cauloniana: *Pietra preccia.*

HYBLA HERÆA, cognomento minor: hodie *Ragusa.*

ERBESSVS supra Agrigentum cuius meminere Polyb. lib. 1. & Diodorus 20. hodie *le Grotte*, vulgò *Grutti.*

Acræ à Syracusiis conditæ: hodie *Cœnobium S. Mariæ d'Arcya.*

Petiliana: hodie *Caltanisceta.*

Philosophiana, seu Philosophiana Gelensium ad Fontem Fl. Gelæ: hodie *Piazza*, aliter *Chiazza.*

ERYCE, & Eryca, & Eruca, eius ruinæ in *M. Catalfano.*

Callipolis cuius meminit Herodotus, aliter Bidius dicta in agro Tauromitano: hodie *Mascalis.*

Eubæa: hodie *Lycodia*; vbi rudera ingentis vrbis.

NEETVM, seu Nectum Ptol. corruptè pro Νέητον vnde Neetini Diod. Cicer. Netinenses: hodie *Noto.*

Casmena cuius meminit Herod. à Syracusanis condita Thucydidi: hodie *Scicali.*

Bidis oppidulum Tullio incolæ Bidini, Plinio Bidenses: hodie *S. Gioanni di Bidini.*

Palica, supra Palicorum Crateres, incolæ Paliceni, eius ruinæ infra hos fontes ad Austrum iacent.

Menæ, aliter Menena, & Menenum; hodie *Meneo*; condita à Ducetio Siculo, facta auctior cùm Palica destructa est.

ERBESSVS, ad Syracusas celebris apud Pausaniam, Liuium, Diodorum: hodie *Palazzuolo.*

Mactorium, cuius mentio apud Herodotum: *Mazarini.*

LEONTINI: hodie *Lentini*, Ptol. Leontium, vrbs condita à Chalcidensibus, diu affectata à Dionysio qui tandem eâ potitus est. Ad hanc vrbem XVTHIA terra, seu Xuthius ager; hîc quoque vixere Lestrigones.

CENTVRIPE: *Centorue*, aut *Centorbe*, incolæ Centurippini, Polybio Κεντόριπα, Melæ Centuripinum: hanc Cicero nobilissimam, & ditissimam vocat, Thucydidi πόλισμα est; ex hac vrbe oriundus Apuleius Celsus medicus.

Alias vrbes prætermisimus: quis enim omnes posset enumerare? de iis consulatur Cluerius Geographorum accuratissimus.

NVM. 5. *Lacus & Fontes Siciliæ.*

PERGVSA lacus, aliter Pergus, ad quem rapta Proſerpina, carens piſcibus, ſed colubris abundans: 5 millibus ab Ennâ vrbe diſtat, & dicitur *Pergusa.* Iuxtà Plutonia ſpecus, ore in Boream verſo, vnde Pluto raptor extitit.

PALICORVM FONS, ſeu Menenius, & Palicinus, ſed meliùs duo fontes Crateres dicti fratrum Palicorum, ad quos nemo peierat impunè: hodie *Naphtia* Fazello.

CONCHEVS lacus, aliter Petrulenſis, de quo in Admirandis: hodie *Lago di Petra.*

CAMARINA palus, ſeu lacus —*Cui non licitum fatis Camarina moueri*, Silio. Hæc cùm exſiccata eſt peſtilentiam peperit: conſuluere Apollinem ciues, reſpõdit exſiccandam non eſſe, non paruerunt Oraculo, & ab hac parte hoſtes in vrbem irrupere, *Suidas.* Vnde parœmia μὴ κίνει Καμαρίναν, ἀκίνητος γὰρ ἀμείνων: hodie *Lago di Camarana*, & eam Fl. ſubiens *Fiume di Camarana.*

CYANE fons, de quo multa Mythologi, quæ patrem ad aras mactauit: hodie *la Pisma* ad Syracuſas.

NVM. 6. *Siciliæ Montes.*

ÆTHNA, ſic dictus à Græco αἴθειν *ardere*, flammas eructans *Cratere* ſuo, ſic enim os hiatus appellatur. Solinus duplicem in eo Craterem admittit. De mirâ eius fertilitate lege Strabonem lib 6. de variis eius incendiis diuerſis temporibus Cluuerium. Cauſam incendij faciunt Poëtæ Typhœum, ſeu Typhonem Gigantem eo oppreſſum à Ioue: Lucretius eam reiicit in ſulphur quo hæc regio ſcatet, accedunt & flatus incluſi. In hoc templum erat Vulcano ſacrum, *Aeliano.* Altiſſimus eſt, ideóque Columna Cæli dicitur à Pindaro, cælúmque fulcire, vt ait eius Scholiaſtes. Hyginus tradit ad eum confugiſſe Deucalionem & Pyrrham ad vitandum Cataclyſmum: hodie *Monte Gibello*, nobis *le Mont Gibel, ou le Mont Ethna.*

PELORVS, aliter NEPTVNIVS, & Pelorias, vbi erat ſpecula vnde proſpectus patebat in mare Hadriaticum, & Tuſcum: dicitur & Chalcidicus, & Eunes & Senes, niſi malis eſſe diuerſas eius partes: hodie *Monti di Namari.*

HERÆI Montes, aliter IVNONII ἀπὸ τῆς Ἥρας, amœnissimi Diodoro, & in iis Nympharum Lucus: extenditur à Tauromino ad Gelæ Fl fontes, sed nunc variis nominibus appellatur, ab oppidis ei adiacentibus: ad Chrysæ fontem; vbi editissimus: *Monte Artesino.*

MARO: hodie *Musameni*, vel *Musumeli*, malè Meri montes in Tabulis, quem errorem Fazellus inuexit.

MONTES HYBLÆI, ad caput Fl. Allabi supra *S. Marcellino*, ab Hyblâ paruâ sic dicti.

NEBRODES Montes sic dicti ἀπὸ τῶν νεβρῶν ab hinnulis quibus percurruntur, aliter Neurodi: hodie *Madonia*. Eorum partes videntur Maro mons *Musumeni*, & Gemelli colles, *Monti di Melle*, & alij.

ERYX, Mons Veneri sacer, vbi delubrum totius Siciliæ nobilissimum Straboni lib. 6 ab Æneâ conditum ait Mela, ab Eryce dictus est quem Hercules occidit In eo templo mille & ampliùs meretrices Straboni De Columbis Erycinis lege Ælianum 1. Var. cap 15. Idem & de festo quem ἀναγώγια vocat. Reparatum est hoc templum à Tiberio, vt ait Tacitus, sub Claudio id factum asserit Suetonius: hodie *Mons Trapani*, in Archiuo regionis *Mons S. Iuliani.*

§. 3. *De minoribus Insulis Siciliæ adiacentibus.*

EÆ sunt vel Boreales, vel Occidentales, vel Australes: Boreales aliquando vno nomine dicuntur Æoliæ; Occidentales Ægades; Australes Melita & Gaulos.

SECT. I. *Historica descriptio minorum Insularum ad Siciliam.*

NVM. I. *Insulæ Boreales, seu Aeoliæ.*

NOMEN Dictæ sunt hæ Insulæ ab Æolo Rege qui in iis regnauit, dictus præsidere ventis quoniam eos præcinebat; fortè ex Hierâ Insulâ, vt mox in eâ dicemus.

Secundò, Nominatæ sunt *Lipareorum Insulæ*, seu *Liparensium* à Liparâ earum maxima.

Tertiò, *Hephestiades*, Latinis *Vulcaniæ*, & *Vulcani* ob ignes ex

plerisque earum erumpentes.

Quartò, denique *Plotæ* apud Scymnum, quòd in medio earum nauigatio circumflectatur: in singulari numero tamen vna dicitur Plota quòd ad instar Deli circumageretur, vt ait Eustathius in x. Odyſ.

NVMERVS. In quatuor opiniones de earum numero veteres distracti sunt.

Quinque admittit tantùm Appianus 5. ciuilium.

Septem recipiunt Aristoteles, Scymnus, Strabo, Diodorus, Mela, Plinius, & plerique alij.

Nouem, Isidoro dicuntur esse: Seruius locutus est inconstanter, nam modò nouem, modò septem numerauit.

Quindecim denique nominat Ptolemæus, sed accenset Æoliis eas, quæ verè non sunt Æoliæ.

QVALITAS. Earum solum igneum est, ideò Solinus putat cap. 12. eas mutuari Æthnæ incendia, aut subministrare, certè Isidorus ait eas ardere instar Æthnæ: notátque Diodorus in plerisque earum videri crateres, quibus flammas olim euomuerunt. Celeberrimæ sunt victoriâ Duillij contra Pœnos.

NVM. 2. *Insulæ Occidentales Siciliæ, siue Aegades.*

PERPERAM *Aegates* appellantur à quibusdam, apud Polybium Ægusæ dicuntur, ad quas victor Lutatius Catulus de Pœnis, vt ait clarè Cornelius Nepos, & ex Polybij verbis libro 1. intelligitur. Nam de pugnâ Lutatij agens meminit Hieræ Insulæ, & Ægusæ Lilybæo oppositæ. Describi quoque videntur ab Homero 9. Odyſ. vt satis bene conficit Cluuerius, ac proinde Polyphemi fuere sedes hæ Insulæ. Denique Seruius ad illud 1. Æneid.

Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus Aras,

ait *Aras* illas esse Ægades Insulas veriùs scopulos inter Siciliam, & Africam vbi deuicti sunt Pœni à Lutatio Catulo bello 1. Punico; & notat ideò dictas *Aras*, quia in his Pœni cum populo Ro. percussere fœdus, & ideò vocari à Sisenna *Popilias Aras*: Nomen autem recepisse à Capris innuit vna ex iis Ægusa dicta Latinè *Capraria*, de quâ mox agemus.

NVM. 3. *Insulæ Australes ad Siciliam Melita, & Gaulos.*

NOMEN MELITÆ multiplex. Primum *Melita* cognomine cum eâ Insula quæ est in Hadriatico Sinu hodie *Melada*: & hoc nomen videtur accepisse à mellis copia, vt quidam apud Cluuerium putant.

Secundum *Maltache*, seu *Maltachia*, in Itinerario maritimo pro quo tamen Surita, & Cluuerius volunt reponendum esse *Malta.*

Tertium *Ogygia*, seu *Calypsus Insula*, quod conficitur ex Orosio & Æthico, qui sic loquuntur *Syrtes maiores & Troglodita contra quos Insula Calypsus est*, at ex omnium iudicio Ogygia eadem est cum Insula Calypso, ergo.

Quartum denique *Hyperia*, vt Cluuerius credit, cuius meminit Homer. Odyſ. 7. qui eam collocat ἀγχȣ̃ Κυκλώπων *prope Cyclopas*, id etiam putauere aliqui apud Didymum, sed hos refutat Eustathius, qui negat Hyperiam Insulam fuisse: ratio Eustathij ea videtur esse optima, quòd Phæaces qui Hyperiam dicuntur incoluisse canuntur ab Homero deuastari à Cyclopibus, negat tamen Homerus Cyclopas habuisse naues, igitur Hyperia Homeri Phæacum sedes, non erat Insula: nos suprà ex Vibio diximus *Hyperiam* fuisse *Camarinam* in Siciliâ.

QVALITAS MELITÆ. Fertilitas eius commendatur ab Ouidio à quo *Fertilis* dicitur. *Diuitem* fuisse arguit Templum Iunonis locuples donariis quod Verres spoliauit: Diod. lib 5. eius incolas ταῖς οὐσίαις εὐδαίμονας vocat. Item & fuisse excellentes linteorum textores, quorum & meminit Tul. 4. Verr. & Silius — *Teláque superba, Lanigerâ Melite*, qui rectè Lanigeram dicit ob gossipium, quod hîc nobile prouenit, *le Coton*. Notat etiam præfatus Diodorus Melitenses habuisse domos ἀξιολόγους *magnificè exornatas*. Ex hac quoque Insulâ catulos Melitenses auectos esse putat Strabo lib. 6. Quos tamen Plinius ex Callimacho accersit ex Melitâ Illyricâ, cui adstipulatur Stephani Epistomistes. Certè Cluuerius conficere videtur à neutrâ catulos illos dictos esse Melitenses, sed à μέλω *curam gero*, vel quòd essent μελήτεροι *mellei*, & *blandi*, vt tradunt disertè Suidas & Fauorinus; nunc etiam in neutrâ proueniunt, sed ex *Islandia*, Insulâ Boreali accersuntur. Hanc Insulam Tullius Verrinâ 4. satis periculoso mari disiungit à Siciliâ. Vtrùm autem

ad eam S. Paulus naufragus appulerit, nulla difficultas eſſet pro aiente ſententiâ ex capitibus Act. 27. & 28. niſi Conſtantinus Porphyrogenetus negantem tradidiſſet cap. 36. de adminiſtrando imperio. Idque naufragium ad Melitam Illyricanam contigiſſe ſcripſiſſet: nam recentes quidam eius ſententiam his rationibus firmare conati ſunt. *Prima*, quòd incolæ dicantur barbari, at Græci tum noſtram Melitam incolebant: 2. Nulla hîc fit mentio vrbis, at in noſtra vrbs erat ſatis pulchra. 3. Vicinæ Inſulæ vt Claudos habebant vim contra ſerpentes ante D. Pauli aduentum, ergo eam Melita non accepit à D. Pauli naufragio. Sed obſiſtunt verba Actorum, hîc enim fit mentio Inſulæ Claudos, quæ omnium iudicio eſt *Gozo*, fauet & ventus Εὐροκλύδων ſpirans ab Oriente, pro quo ſi ſcriptum eſſet Εὐρόνοτος, potens eſſet pro Conſtantino argumentum.

Politia Melitæ. Probare nititur Cluuerius lib. 2. cap. 16. Phæacas populos Melitam incoluiſſe, & hâc relictâ in Cocyram nauigaſſe, pulſóſque eſſe à Phœnicibus paulò ante Troiæ ἅλωσιν; tu lege ſi otioſus es bene longam hominis huius diatribam. Græci autem poſt 440. annos ad has Inſulas appulerunt, & occupauere inter cæteras Melitam: certè ad Melitenſes ſcripſit epiſtolam Græcè Olymp. 38. Phalaris, & præterea dedit illis pecuniam mutuam, quod non feciſſet ſi Phœnices fuiſſent. Græcos expulere Carthaginienſes circa primum bellum Punicum, veriùs eos ſubiecere, quare Tullius, *Melitenſes Pœnos ſemper hoſtes appellant*; tandem Romanis ceſſere hæ Inſulæ vnà cum Siciliâ.

Gavlos Inſula apud Strabonem variè & corruptè ſcribitur, Γαῦδος, Κλαῦδος, & Καῦνος, optimum ſelegit Caſaubonus Γαῦδος; ſed verum nomen eſt Γαῦλος, vnde incolæ *Gaulitani*, quæ vox adhuc ibi legitur in inſcriptione, ſicque eam Scyllax, Plinius, Mela, Procopius, & alij vocant. Gaulon dicitur Silio: & apud Strabonem lib. 7. Apollodorus Eratoſthenem defendens Callimachum reprehendit, quòd Gaulon faciat Inſulam Calypſus. Cluuerius in Itinerario Maritimo putat *Falacron* vocari. Portubus inſignis eſt apud Diod. Sic. lib. 5. De eius virtute contra ſerpentes dicemus in Admirandis.

SECT. 2. *Descriptio Geographica Insularum ad Siciliam.*

INSVLÆ SEPTENTRIONALES

INSVLÆ ÆOLIÆ SEP-

LIPARA maxima 7. Æoliarum, incolæ Liparei, & Liparenses piratæ maximi, qui publicè, & in foro diuidebant prædas, Liuij 5. A Liparo Ausonis filio nomen accepit qui recepit Æolium: antea dicebatur Meligunis: vrbs eius Gnidiorum Colonia Straboni; eius agrum vocat Tullius miserum, atque ieiunum 3. Verrina: hodie *Lipari*, cum Episcopali ciuitate.

THERMESSA, seu Thermissa, aliter HIERA, & VVLCANI, seu Vulcania: hodie *Volcano*, seu *Vulcano*, Græcis Hiphæstias, tota cauernosa est, & tres crateres habuit, inquit Strabo, sed tempore Polybij iam vnus obturatus erat. Porrò ex flammis & fremitu incolæ præcinebant tempestates, ait Strabo, vnde nata Æoli fabula. Adiacet ei minor Insula quæ emersit ex incendio V. C. 551. quando & pisces innumeri circa eam fluitarunt, & ex iis qui edit, interiit: hodie *Volcanello*, seu *Bolcanello*.

STRONGYLE à figurâ sic dicta, quia *rotunda* est, violentiâ flammarum inferior Thermessæ, sed fulgore præcellens Straboni: in hac vixit Æolus, vnde domus Æolia Solino dicitur: hodie Siculis *Strongoli*, Italis *Stromboli*.

EVONYMOS nouissima Æoliarum Plinio 7. & deserta Straboni, sic dicta quòd à Liparâ in Siciliam nauigantibus videtur maximè sinistra: apud Melam videtur dici *Osteodes*, sic vocata ab ossibus militum Pœnorum, ait Diod. lib. 5. qui tumultuantes eò missi sunt atque contabuerunt: hodie *l'Isca Bianca*; quod Melæ sententiam videtur firmare; alij tamen eas distinguunt.

DIDYME, Latinè *Gemella* à forma sic dicta Straboni: hodie *Salini*.

SICILIÆ … **TEM.**
- ERICVSA, & ERICODES, ab Ericis nomen habet apud Strabonem: hodie *Alicur*.
- PHOENICVSA, & Phœnicodes à palmis nomen accepit; pabulo proximarum relicta Plinio: *Felicur*.

RELIQVÆ BOREALES EXTRA ÆOLIAS
- HICESIVM, & Hicesia: hodie *Panári*.
- Heracleotes, seu Herculis Insula: *Basiluzzo*.
- VSTICA, cum oppido Ptolemæo Ægina, *Egita* in Itinerariis.
- Paconia: *l'Isola di Fimi*; aliter *delle Femine*.

INSVLÆ OCCIDENTALES SICILIÆ, aliter ÆGADES.
- PHORBANTIA, sic dicta ἀπὸ τῶν φορβάδων à vaccis: Buccina dicitur in vitâ S. Pontiani: hodie *Leuenzo*.
- HIERA, aliter SACRA, & MARITIMA, ad quam contigit victoria Catuli, nam ad eam victi confugere Pœni: nunc *Marétamo*.

INSVLÆ AVSTRALES SICILIÆ.
- **MELITA,** *l'Isle de Malte.*
  - MELITA ciuitas, Tullio, Diodoro, Ptolemæo: hodie *Medina*, vel *ciuita Vecchia* in medio Insulæ.
  - IVNONIS FANVM, religiosum etiam Piratis, nobile pietate Masinissæ, impietate & sacrilegio Verris famosum: *Castello di Sant Angelo*.
  - HERCVLIS portus in parte Australi Insulæ vbi visuntur rudera aliquot ædificiorum.
  - Peninsula Ptolemæo; extrema pars Insulæ versùs Occidentem in Peninsulam conformata.
- GAVLOS: hodie *Gozo*, de quâ suprà in Historicis.
- Ηφαιστα, hoc est Vulcania: *Comino* inter *Melitam* & *Gaulon* Cluuerio, & aliis.

CAP.

CAPVT DVODECIMVM.

De Corsica, & Sardinia.

§. 1. *Historica descriptio Corsicæ.*

NVM. 1. *Nomina Corsicæ.*

CYRNVS à Græcis, à Romanis & indigenis CORSICA, dicta est Diodoro libro 5. *Cursea*, Procopio *Cerneatis*, Lycophroni *Corsis*, Dionysio Afro *Sidis*. Et Cyrnus vocata est à Cyrno filio Herculis, Seruio, & Isidoro; Corsica autem à muliere Ligure nomine Corsa, quæ nauigio taurum insecuta hanc Insulam detexit in quam traiiciebat ad pastum, sic Isidorus, & Eustathius; quod tamen videtur ἀδύνατον de tauro traiiciente, siquidem proximum Populonium 60. Mil. Passuum distat, ait Plinius. Eustathius aliam affert nominis etymologiam διὰ τὰς ἐν αὐτῇ Κόρσας, quas explicat κορυφὰς *vertices montium*. Callimachi Scholiastes ait suo tempore dici, *Tyros*, quod ægrè admittit Ortelius.

NVM. 2. *Quantitas Corsicæ.*

IN eâ consideranda longitudo, latitudo, circuitus; distantia Freti inter hanc Insulam, & Sardiniam.

LONGITVDO CORSICÆ	Chorographo apud Strabonẽ 160. M. P.	Plinio 60. M.P.	Martiano Capellæ 150. M P.	Orosio 160. M M.	Ptolemæo 130. Mil. P.
CORSICÆ LATITVDO	Chorographo 70. M. P.	Plinio 50. M.P.	Capellæ 50. M. P.	Orosio 25. M P.	Ptolemæo 70. Mil P.
CORSICÆ CIRCVITVS	Chorographo 400. M. P.	Plinio 322. M.P.	Capellæ 1325. M. P.	Orosio *tacetur*.	Ptol. sex M. stadiorũ, seu 450. Mil. P.

LATITVDO FRETI quod Taphros	SCYLAX Traiectus 3. partis vnius diei	PLINIO minus IX. millibus passuum	ZONARÆ tã exiguo traiectu vt vnâ ex orâ alia videatur.	PAVSANIÆ 8. stad. seu Mil. Pas.	STRABONI 7. Mil. Pass. 500. Pass.	CAPELLÆ IX. Mil. Pass.	ISIDORO XX Millia Pass.

NVM. 3. *Qualitas Corsicæ.*

STERILIS. Ita Seneca Consol. ad Heluiam, vbi vocat eam insulam, *saxum nudum, abruptum, ieiunum, immansuetum, horridum, intemperans*: item *aridum saxum, & spinosum, vix ad tutelam incolentium fertile*: & ne exul hyperbolicῶs locutus esse videatur, apud Strabonem dicitur τραχεῖα *aspera*, & plerisque suis partibus δύσβατος *inuia*.

MELLE abundat Regio, & CERA ait Diodorus; faui in arboribus reperientis sunt: quanta autem hîc mellis copia arguit quod ait Liuius lib. 40. M. Pinarium Prætorem ex Insulâ 100. millia pondo extulisse.

TAXVS quoque arbor *l'If*, in eâ copiosè prouenit quo mella fiunt amariora, vt notat Seruius ad illud Eclogæ 8.

Sic tua Cyrnæas fugiant examina Taxos.

Ouidius tamen 1. Amorum Elegia 12 putat hunc amarorem ex cicutâ existere.

NVM. 4. *Mores Corsorum.*

QVI montana incolunt latrociniis vitam sustentant, ipsis bestiis immaniores, *Strabo, Seneca Consol. ad Heluiam*, nihil esse iis hominibus immansuetius. Capti plerique à Romanis se interficiebant, *idem Strabo*. Serui Corsici si eidem *Straboni* fides, stupidi sunt, & impatientiâ, ac stupiditate dominos obtundunt; si *Diodoro lib. 4.* ad vsum vitæ videntur reliquis seruis præferendi. Iustè inter se viuunt supra alios Barbaros; oues sine pastore certis distinctæ notis nunquam domino suo pereunt; omnes rectè agendi formam iustè obseruant. Mulieris enixæ nulla cura geritur, sed eius loco, vt æger, maritus decumbit in lecto per certos dies. Longæui sunt omnes Corsi, sic *Athenæus*, & *Eustathius*.

NVM. 5. *Politia Corsicæ.*

PRIMI in eam transmisisse videntur Græci Duce Cyrno Herculis filio: postmodum Ligures duce illâ Corsâ de quâ superiùs. Hic etiam vestigia Hispanorum agnoscit Seneca, in tegmentis capitis, & calceis Cantabrorum, immo & in quibusdam verbis. Sed

hæc admodum incerta; hoc certissimum, Phocenses circa Olymp. 56. imperante Cyro eò Coloniam deduxisse, testibus Herodoto, & Diodoro; sed paulò pòst à Tyrrhenis eiectos esse. Postmodum hanc cum Sardiniâ occupauere Carthaginienses, & vtraque potiti sunt vsque ad primum bellum Punicum, quo confecto Romanis cessit Corsica, montanis tamen nunquam subditis, in quos Romani excurrebant, munitiones expugnabant, & aliquot mancipia stupida abducebant, sic *Strabo*. Sub Imperatoribus fuit exilij locus multorum illustrium virorum, vt ait Seneca iam citatus. Plinius (& ex eo Capella) ait suo tempore in eâ fuisse XXXIII. ciuitates præter Aleriam, & Marianam, quâ de re vehementer dubitat Cluuerius, & meritò.

NVM. 6. *De linguâ Corsorum.*


Ex variis linguis, atque Dialectis erat temperata, vt innuit Seneca Consol. ad Heluiam matrem: hîc enim Cantabricas agnoscit voces, quibus tamen Græcæ, atque Ligusticæ præualebant.

§. 2. *Descriptio Geographica Corsicæ.*

NVM. I. *Latus Orientale.*

VRBES:

- CENTVRINORVM oppidum, aliter Centurinum: hodie *Centuri*, cui adiacet ab occasu Insula Centuria.
- Clunium: *S. Catharina.*
- MANTINORVM oppidum: hodie *Bastia.*
- Ara Tutelæ, scilicet consecrata Deo Tutelari Insulæ: hodie *Torre Pelerina.*
- Præsidium Romanorum: circa locum *Torre Vignale.*
- FAVONII portus: hodie *Porto Fauono*; corruptè apud Ptolemæum Filonij portus.
- Alista: *Porto Vecchio.*
- Rubra: *Porto Nuouo.*
- SYRACVSANVS PORTVS Ptolemæo, SYRACVSIVS Diodoro: *Golfo & Porto di Sant-Amanza.*
- Palla Ptolemæo, Pallæ Antonino: *S. Bonifacio.*


SARDINIA VETVS
MARE TVSCVM
MARE SARDOVM
CORSICA seu CYRNVS
MARE LIGVSTICVM
MARE TVSCVM
TAPHROS FRETVM

PROMONTORIA. { SACRVM : *Capo Corso.*
VAGVM : *Capo di Brigalino*, stagnum claudens.
GRANIANVM : *Capo d'Erbicara.*

FLVVII. { TAVOLA ; *Golo Fiume*, maximus Insulæ.
RHOTANVS : *Tauignano Fiume.*
SACER : *Orbo Fiume*, ad cuius fontes vicus *Sacra* antiqui nominis seruat vestigium.

STAGNVM { DIANÆ, hodie nomen retinet, *Stagno di Diana.*

INSVLA. { CAPRARIA : hodie *Capraia*, versus Populonium in mare excurrens.

NVM. 2. *Latus Occidentale Corsicæ.*

VRBES { CANELATA : hodie *S. Fiorenzo.*
CASALVS sinus : *Piaggia di Cosari.*
VRCINIVM : hodie ex situ *Adiazzo* ; in littore conditum, olim ἀμμώδης αἰγίαλος *littus Arenosum.*
PAVLA Ptolemæo corruptè Παῦχα πόλις : hodie *Porto Polo.*
Titianus portus : *Golfo di Tallano.*
Ficaria : hodie *Ficari.*
MARIANVM oppidum : *Casa Barbarica.*

FLVVII. { VOLERIVS, & Vilerius : *S. Fiorenzo.*
Circidius : *la Ripe Fiume.*
LOCRA, Græcis Λόκρας πόταμος, vnde populi Locrini, corruptè apud Ptolemæum Licnini : hodie *Capitello.*
Titianus : *Fiuminale d'Ornano.*
Ficarius : *Ficari*, ad oppidum cognomine.

PROMONTORIA. { Tilox, ocis : *Capo Martello* ; ex quo littus ad fluuium Volerium dicitur, Cæsiæ littus.
Attium : *Punta di Lacciuolo*, diminuta vox ab *Accio.*
VIRIBALLVM : *Capo di Calui*, quod sinum Caluensem coërcet, aliter *Capo di Gargano*, ab Insula obiectâ.
Ruber Mons Pro. Ἐρυθρὸν ὄρος *Monte Rosso*, & in alio vertice in mare procurrente *Capo Rosi.*
Rhium : *Capo di Feno.*
Marianum : hodie *Capo di Casa Barbarica.*

NVM. 3 *Loca Mediterranea Corsicæ.*

VRBES MEDITERRANEÆ.

MARIANA COLONIA, antea NICEA, insignis ciuitas Diodoro, à Tyrrhenis fundata cùm mari Tyrrheno potirentur: eò Coloniam deduxit Marius septies Consul: & hodie eius rudera visuntur paulò supra Tauolæ ostia *Golo Fiume*, ad Boream in Mediterraneis.

ALERIA, Colonia Græcorum, à Phocensibus deducta regnante Cyro, de quâ Herodotus lib. I. dicitur apud Zonaram Valeria, corruptè apud Florum Calaris, vt & apud Iornandem; Alalia Herodoto est, quod primum videtur eius fuisse nomen, secundum Aleria: occupata est à Romanis bello primo Punico, eóque Coloniam deduxit L. Cornelius Sylla Dictator, eius rudera visuntur non procul à mari infra ostia Fl. *Tauignano*, in Mediterraneis ad Austrum.

Ostrico: *Ostricone*; corruptè Ptolemæo Ρωπικοὶ.

Palania, aliter etiam *Palanta*: hodie *Balagna*.

Opinorum oppidum: *Opini*; prope ruinas Aleriæ.

Talcinorum oppidum, & Talcinum: *Talcini*.

Tarrabinorum vicus: hodie *Vico*.

Aluca: *Alota*, prope sinum Adiacensem.

MONS: AVREVS qui procedit à Fonte Tauolæ, vulgò *Golo*, ad sinum *D. Florentij*, hoc est à mediâ Insulâ, ad partem eius fermè Borealiorem: Leander ait vocari *Monte Gradachio*.

§. 3. *Descriptio Historica Sardiniæ.*

SARDINIA, vulgò Europæ, atque Italiæ contribuitur; tamen Iustinianus in Codice, eam inter Africanas enumerat; quâ de re moneri debuere, qui iuris codices tractant.

NVM. I. *Nomen Sardiniæ.*

GRÆCIS dicitur Σαρδὼ, οῦς, & Σαρδὼν, ονος, cuius incolas Romani vocant Sardonios, & Sardos; & hoc nomen deducit Martianus Capella à Sardo Herculis filio.

Dicta quoque fuit ICHNVSA, & SANDALIOTIS, quæ voces *vestigij formam* sonant, Plinio (certè Sandaliotis *Solea* est,) & Ichnu-

ſa dicitur apud Chryſippum quòd ſimilis ſit humano veſtigio ἴχνεις vnde Claudianus de bello Gildonico: *Humanæ ſpeciem plantæ ſinuoſa figurat*, & Silius 12. *— Terras — Enormes cohibet nudæ ſub imagine plantæ*: vide & Pauſaniam in Phocicis.

NVM. 2. *Quantitas Sardiniæ.*

OMNIVM Inſularum maxima vocatur apud Herodotum in Clio, & in Terpſicore: idem & ait Scyllax, *maxima Inſularum Sardinia*: Diodorus lib. 5. ait fermè exæquare magnitudine Siciliam: Pauſaniæ in Phocicis *magnitudine, & felicitate cum aliis Inſulis comparanda* dicitur.

	Secundum 4. latera.	PLINIO	CAPELLÆ
PRIMA MENSVRA SARDINIÆ	LATVS ORIENTALE	188. M. P.	188. M. P.
	LATVS OCCIDENTALE	170. M. P.	175. M. P.
	LATVS MERIDIONALE	74. M. P.	77. M. P.
	LATVS BOREALE	CXXII. M. P.	125. M. P.
	INSVLÆ CIRCVITVS	560 ſeu 562. ex cōp. 554.	565. ex computo.

		STRABONI	PAVSANIÆ	OROSIO	ISIDORO
ALTERA MENSVRA SARDINIÆ.	LONGITVDO.	XXII. Mil. Paſ.	ſtadiorū MCXX. hoc eſt 140. Mil. Paſſ.	230. M. P.	140. Mil. P.
	LATITVDO.	XCIX. Mil. Paſ.	Stadiorum 470. hoc eſt 58. Mil. Paſſ. cum Paſſ. 750.	280. M. P. peſſimè, eſſet enim latior quàm longior.	40. Millia Paſſ.
	CIRCVITVS.	Stad. 4000. hoc eſt 10. Mil. Paſſ.	De Circuitu 3. illi auctores tacent, vera eſt 560. Mil. Paſſuum.		

NVM. 3. *Qualitas Sardiniæ.*

FERTILITAS Sardiniæ maxima, ſic Pauſanias in Phocicis, Polyb. lib. 1. Valerius Max. lib. 7. cap. 6. vbi eam vocat *benignam vrbis nutricem cum Siciliâ*: Claudianus de bello Gild. *Diues ager frugum*: Strabo lib. 5. χώραν ἔχων εὐδαίμονα τοῖς πᾶσι, σίτῳ δὲ διαφερόντως:

GRAVITAS aëris. Mela lib. 2. cap. 7. ait *ſoli quàm cæli melioris, atque vt fœcunda ſic penè peſtilens*: quare Strabo vocat eam νοσερὰν *morboſam*, ſed maximè æſtate; ſic intelliges cur Tullius in Epiſt. vocet Sardum quemdam peſtilentiorem patriâ ſuâ: ob hanc cauſam huc quoque miſſi Iudæi vt perirent, ait Suetonius: nihilominus eam Polybius excellere facit πολυανθρωπίᾳ, καὶ τοῖς γεννήμασι.

SERPENTIBVS & VENENO CARET: ita Pauſanias in Phocicis, venenorum omnium, & ſtirpium lethalium expers, ſi vnam exceperis quæ riſum Sardonicum ciet; (de hâc agemus in Admirandis) ait tamen poſtea ſerpentes hîc hominibus non eſſe infenſos: Hinc Silius lib. 12.

Serpentum tellus caret, & viduata veneno.

Solinus nihilominus hîc Solifugam agnoſcit, & hanc ait eſſe Sardis, quod aliis gentibus ſerpentes; animal eſſe exiguum Aranei formâ, ſic dictam quòd ſolem fugiat, & in metallicis argenti plurimam eſſe.

ARGENTI FERAX; ſic Solinus cap. 11. & Sidonius in Panegyrico Maioriani, Argenti diues Pomponio Melæ.

SICCIOR Solino eſt, æſtate maximè, quare indigenæ reſeruant hibernas pluuias. De medicatis aquis huius Inſulæ dicemus in Admirandis.

Denique lupis carere notat *Pauſanias in Phocicis*: Mare ad Sardiniam eſt ad mille vlnarum *Straboni*: In hoc mari purpuræ inſignes, & clariſſimæ naſcuntur, *Suidæ*.

NVM. 4. *Politia Sardiniæ.*

DE variis incolis Sardiniæ hæc certiora ex Pauſaniâ in Phocicis, Diodoro lib. 5. Strabone lib. 5. & aliis colligo.

Primùm in Sardiniam appulerunt Afri Duce Sardo, à quo eſt no-

men inditum Insulæ: secuti sunt Græci Bœotij Duce Aristæo non vt mercatores, quod ante Sardum fecerant, & hanc Ichnusam appellarant, sed vt victores & coloni. Hispani postmodum venerunt Duce Norace, qui Noram illic condidit. Exinde Thespienses cum Iolao, & Ilienses post Troiam incensam. Græci verò cùm in omnes Insulas effunderent Colonias, hîc quoque suas affixere; venere quoque & Locrenses teste Solino, & Carthaginienses, sed paulò ante Cyri tempora, vt ex Orosij & Iustini dictis colligitur: certè Olymp. 97. an. 1. adhuc Græcis parebat; sed post annos tredecim eorum iugum excussere Sardi, quod tamen paulò pòst recepere vt ex Diod. lib. 14. & 15. intelligitur. Ante primum bellum Punicum non est tentata à Romanis, eóque confecto iis cessit, rebellauit autem 2. bello Punico, sed statim domita est: quamquam Montana incolentes numquam planè aut à Pœnis, aut à Romanis subiugari potuerint.

§. 4. *Geographica descriptio Sardiniæ.*

NVM. 1. *Latus Boreale Sardiniæ.*

VRBES
- Iuliola: hodie *Castro di Doria.*
- Plubium: ex Ptolemaico situ *S. Reparata.*

PROMONTORIA
- EREBANTIVM: *Capo della Testa*, aliter *di S. Reparata.*
- VRSI Pro. *Capo dell' Orso.*

MINORES INSVLÆ
- Nymphæa: hodie *Paraguana.*
- Phintonis, seu Fintonis: *Isola di Figo.*
- Fossa, Græcis Taphros: *Isola Rossa*: eodem nomine dicebatur Fretum inter Corsicam & Sardiniam.

NVM. 2. *Latus Occidentale Sardiniæ.*

VR-
- TIBVLA, Tibulæ Antonino: *Castro Aragonese.*
- TVRRIS LIBISSONIS, quam vnam Coloniam Sardiniæ vocat Plinius; apud Antoninum ad Turrem: hodie *Torre.*
- Tilium, seu Tillium: *Argentera.*
- Nymphæus Portus: hodie *Porticiuolo* oppidi *Mõte Giraro.*

BES
- CORAX : hodie *Algeri*; cuius Portus Carcacodes dictus, hodie amplissimus Sinus, *Golfo d'Algeri.*
- Osæa, Antonino Othoca : hodie *Osko.*
- BOSA, cuius incolæ Bosenses Plinio ad Fl. Termum: hodie nomen retinet, *Bosa.*
- Neapolis : *Neapoli.*
- SARDOPATORIS Fanum, Ptolemæo Pro. vbi colebatur Genius Sardiniæ : hodie *Capo di Frasca.*

PROMONTORIA
- GORDITANVM, contra Herculis Insulam : hodie *Capo di Monte Falcone.*
- HERMÆVM, seu Mercurij : *Capo della Caccia.*
- CRASSVM Ptolem. Ταχεῖα ἄκρα : *Capo Argentera.*

FLVVII.
- TERMVS : hodie Aragonensis, *Fiume Aragonese.*
- THYRSVS, per mediam Insulam fluens : *Thyrso.*
- Sacer : hodie *Sacro* in nouis Tabulis.

INSVLÆ MINORES.
- Herculis, Plinio duæ; vna Maior : hodie *Asinara*; alia Minor : *Isola Piana.*
- Diabate Ptolemæi : hodie *Faluga.*
- BERTVLA : hodie *Coffia di Donna*; suspicatur Cluuerius scribendum esse *Betulæ*, & duas fuisse vt nunc sunt, quarum minor dicitur *Malauente.*

NVM. 3. *Latus Australe Sardiniæ.*

VRBES
- Populum; quid sit hodie *nesciunt etiam indigenæ.*
- SVLCI, incolæ Sulcitani, & Sulcenses, à Carthaginensibus vrbs condita, antiquissima Sardiniæ cum Calari Melæ : hodie locus eius ostenditur ad *Palma di Sole.*
- PENINSVLA, vbi hodie fixum oppidum *Parignano.*
- BIOTA, aliter & Bithia oppidum cum Portu, Biora Antonino : hodie *Porto Bota.*

PROMONTORIVM
- Sulcense, seu Sulchense Plinio : hodie *la Punta dell' Vlga.*

MINORES
- HIERACVM, seu Accipitrum : *Isola di Santo Petro.*
- Plumbaria, Græcis μολυβώδης : *Isola Piana.*
- ENOSIS : *l'Isola di Sant-Antioco.*

INSVLÆ. { Boaria, & Boaris: *Il Toro*, Insula Tauri.
Bucina: *la Vacca*, Insula Vaccæ.

Nvm. 4. *Latus Orientale Sardiniæ.*

VRBES MARITIMÆ. {
Herculis Portus: hodie *Chia.*
Caralis incolis *Caglier*, vt & nobis Gallis, Italis *Cagliari*; olim Carales in plurali Liuio & Hirtio, Floro Carala caput totius Insulæ; portus olim celeberrimus: describitur à Claudiano de bello Gildouico, *Tenditur in longum Calaris*; & extendebatur ad Promontorium vbi nunc Fanum S. Eliæ, vt aiunt indigenæ.
Scarcapos Antonini: hodie *Scarabos*, ostium fluuioli & portus.
Svlpicivs Portus, & Solpicius, cuius incolæ Sulpicenses, & Sulpici-Portuenses: hodie *nulla huius Portus, aut oppidi vestigia supersunt.*
Liquidonensium Portus, aliter Luquidonensium: hodie *Lagoliasto*, aliter *Lago d'Ogliastro.*
Feronia: *S. Maria Nauarese.*
Olbia, postea Vlbia (vnde incolæ Olbienses & Vlbienses) ad quam appulit Scipio bellum gesturus in Pœnos: Rudera antiquum nomen retinent: *Olbia Rouinata.*
Olbianvs Portus: hodie *Golfo di Siniscola*, aliter *de Posala*, & *de Desen.*

PROMONTORIA. {
Cunicularium, apud Ptolemæum corruptè Cunium: *Capo Pullo.*
Columbaria: *Capo di Sarda.*

FLVVII. {
Sæprvs: hodie *Scarabos* oppido cognominis.
Cedris: *Cedro*, in lacum Liastrum cadens.

INSVLÆ MI- {
Cvnicvlaria: *Isola del Pullo.*
Ficaria: Antonino corruptè Ruraria, Cluuerio bene ex verbis Plinij *Coltelazo.*
Collodes: hodie *Serpentera.*
Heras Lvtra, hoc est Balnea Iunonis: vbi statuenda sit non video, *creditur disparuisse.*

NO-RES.	Belerides Insulæ: hodie tres dictæ *le Sanguinare*.
	Hermæa Insula, seu Mercurij: hodie *Isola di Tauolaro*, aliter *di Tolara*.

Nvm. 5. *Loca Mediterranea Sardiniæ.*

VR-BES CON-TI-NEN-TIS SAR-DI-NIÆ.	Æsoro: hodie *Ocari*.
	Sarolapis Ptolemæo, Antonino Sorabilis: hodie *Sarlape*.
	Valentia, aliter quibusdam Valeria, pessimè quibusdam Aleria, & olim *Leriam* dici volunt, ineptissimè; incolæ Plinio Valentini: hodie *Valentino* in nouis Tabulis.
	Luquido: *Loconi*.
	Fanum Carisi Antonino, forte Canusi, vnde populi Canusitani Ptolemæo: hodie *Faui*.
	Nora antiqua ciuitas, condita à Norace Hispano de quo in Historicis, qui eò appulit, vt ait Pausanias in Phocicis: hodie *Nori*.
	Ferraria cuius etiam rudera periere, non longè à *Capo Ferrato*, aliter *Capo di Corbonara*.
	Susalius vicus: *San-Pedro*, Fanum S. Petri.
	Lesa: hodie Fanum S. Gauini: *S. Gauino*.
	Lesitanæ aquæ: hodie Thermæ, seu aquæ calidæ inter *S. Gauinum*, & *Montem Regalem*.
	Metalla: hodie ciuitas Ecclesiarum, vulgò *Ciuita di Glisia*.
	Vsellis Colonia: incolæ Vsellitani, quos Ptolemæus corruptè Celsitanos vocat; eidem Ptolemæo dicitur Κολωνία, quomodo ergo Plinius vnam dixit esse Coloniam Turrem Libissonis: hodie Vsellis est *Oristagni*.
	Cornus, caput Pellitorum Sardorum: *Corneto*.
	Gvrvlis Pausaniæ Ogrillis, meliùs Gorylis per metathesim: hodie rudera ostenduntur circa *Algerium* versus *Olbiam*: meminit & Guralis nouæ Ptolemæus; quid sit ignorauit etiam Cluuerius.

MON-	Insani quorum meminere plerique veterum, de quibus Florus lib. 2. cap. 5. hi per mediam Insulam de-

TES. currunt, vt innuit, & iis immanitatem tribuit; Μαινόμενα Ptolemæus vocat: & hodie credit Ortelius nominari *Canelle*.

NVM. 6. *Populi Sardiniæ celeberrimi.*

CORSI primi à Ptolemæo collocantur in parte Boreali Insulæ, quorum etiam meminit Mela: Pausanias in Phocicis ait eos à Pœnis expulsos non fuisse, quia degebant in montibus: *vixere in Boreali parte Insulæ.*

BALARI, vna ex gentibus montanis, rapto viuentes, & agrorum suorum, licèt feracium, culturam negligentes, maximè Pisanis infensi quorum littora deprædabantur, sic Strabo. Pausanias in Phocicis ait eos esse Afros & Hispanos qui rebellauere aduersus Carthaginienses, montium obtinuere iuga, & seorsim considere: vnde Corsi eos linguâ suâ *Badaros*, hoc est exules dixere: *habitauere infra Corsos in Meridiem.*

DIAGEBRENSES montani populi Straboni, antea vocati Iolaënses, sic dicti à Iolao, qui eò quosdam liberos Herculis adduxit, aliter eos Iolaæos vocant: *incoluere infra Balaros magis in Austrum.*

SARDI PELLITI; malè apud Liuium, & corruptè *Pellidi*, ita dicti quòd vestirentur pellibus: eorum situs ex vrbe quæ eis assignatur Corno, hodie *Cornetto* colligi potest, *scilicet versus Occidentem Insulæ non procul à littore, ad Fl. Aragonesé.*

CAPVT XIII.

De variis diuisionibus antiquæ Italiæ.

DIVISIO quâ vsi sumus toto hoc libro ex consensu optimorum scriptorum elicita fuit; nunc doctrinæ gratiâ, omnes diuisiones proponendæ sunt quibus veteres vsi esse perhibentur. Eæ porrò sex omnino numerantur: 1. Augusti: 2. Strabonis: 3. Antonini: 4. Ptolemæi: 5. Notitiæ Imperij, seu Constantini: 6. denique Pauli Diaconi lib. 2. cap. 15. & seq. rerum Longobardicarum. Primam & quintam accuratiùs expediemus §. 1. 2. & 3. reliquas hîc tibi per synopsin offerimus.

STRABONIS	PTOLEMÆI		ANTONINI	PAVLI DIACONI
I. VENETIA II. TVSCIA III. LIGVRIA IV. ROMA, aliter *Latium*. V. PICENVM VI. CAMPANIA VII. APVLIA VIII. LVCANIA *Ex hac diuisione Galliæ Cisalpinæ magna pars videtur expungi; Samnites autem ad Picenũ vel referũtur, aut omittuntur.*	1. Massilienses. 2. Vendiontij. 3. Suctrij. 4. Nerusij. 5. Segusiani. 6. Caturiges. 7. Lepontini. 8. Centrones. 9. Bechuni. 10. Salassi. 11. Insubres. 12. Libici. 13. Cenomani. 14. Veneti 15. Carni. 16. Istri. 17. Galli-Boij. 18 *Incolæ* Galliæ Togatæ. 19 Semnones. 20 Taurini 21. Ligures. 22. Tusci. 23. Vmbri.	24. Sabini 25. Latini. 26. Æquiculi. 27. Marsi. 28. Prætutij. 29. Piceni. 30. Vestini 31. Marrucini. 32. Peligni 33. Caraceni. 34. Samnites. 35. Ferentani. 36. Campani. 37. Picentini. 38. Hirpini. 39. Lucani 40. Brutij. 41. *Incolæ* Magnæ Græciæ. 42. Salentini. 43. Calabri. 44. Apuli *Peucetij*. 45. Apuli *Daunij*.	I. CAMPANIA II. TVSCIA cum VMBRIA in quâ est *Roma*. III. NVRSIA in quâ *Reate*. IV. FLAMINIA in quâ *Rauẽna*. V. PICENVM in quo *Asculum*. VI. LIGVRIA in quâ *Mediolanum*. VII. VENETIA cum ISTRIA, vbi *Aquileia*. VIII. ALPES COTTIÆ, & APENNINVS, vbi *Genua*. IX. SAMNIVM, vbi *Beneuentum*. X. APVLIA cum CALABRIA, vbi *Tarentum*. XI. LVCANIA in quâ Regiũ. XII RHÆTIA PRIMA. XIII. RHÆTIA SECVNDA. XIV. SICILIA. XV. CORSICA. XVI. SARDINIA.	I. VENETIA & *Istria* cum *Foro Iulij*. II. LIGVRIA. III. RHÆTIA *Prima*. IV. RHÆTIA *Secunda*. V. ALPES *Cottiæ*. VI. TVSCIA cũ *Aureliâ*, & *parte Vmbriæ*. VII. CAMPANIA. VIII. LVCANIA cum *Brutiâ*. IX. ALPES *Apenninæ*. X. ÆMILIA. XI. FLAMINIA XII. PICENVM XIII. VALERIA cũ *Nursiâ*, & *Marsorum regione*. XIV. SAMNIVM. XV. APVLIA, cũ *Calabriâ*, & *Salentinâ*. XVI. SICILIA XVII. CORSICA. XVIII. SARDINIA.

§. 1. *Diuisio ab Augusto facta Italiæ in vndecim regiones.*

EAM colligimus ex Plinio lib. 3. cap. 5. & sequentibus, quam apud hunc scriptorem valde implicitam, ad hanc methodum reuocauimus. Difficultas tantùm esse poterit de decimâ Regione, cui nos vniuersos Iapydes adiunximus, ac proinde hanc Italiam Augustanam in Liburniam extendimus; quod si tibi minùs placuerit, & Arsia Fl. terminari voles hanc Regionem decimam, non vehementer obsistam.

REGIO PRIMA	Latium Vetus & Nouum vnà cum Campaniâ, vbi ROMA, & Capua.	*La Champagne de Rome; & la pluspart de la Champagne d'Italie.*
REGIO SECVNDA	Picentini ex Piceno in Campaniæ partem translati, & Hirpini consanguinei Samnitium.	*Vne partie de la Principauté Citerieure, où est Salerne; & toute la Principauté Vlterieure.*
REGIO TERTIA	Apuli Daunij, Peucetij, & Messapij vbi Salentini, & Calabri; itémque Lucani & Brutij.	*Vne partie de la Principauté Citerieure: vne partie de la Capitanate: les terres d'Otranto: de Bârri: la Basilicate: & la haute & basse Calabre.*
REGIO QVARTA	Frentani Marrucini, Peligni, Marsi, Vestini, Samnites, & Sabini.	*Vne grãde partie de l'Abruzzo Vlterieure: toute la Citerieure: vne partie de la Capitanate: le Comté de Molisse: quelque peu de la terre de Labeur: vne partie du Duché de Spolette: & le Sabio.*
REGIO QVINTA	Picenum, vbi Populi Picentes, ab Æsi Fl. ad Matrinum.	*La plusparte de la Marche d'Ancone: & vne partie de l'Abruzzo Vlterieure.*
REGIO SEXTA	Vmbria, vbi Vmbri.	*Vne partie de la Marche d'Ancone: vne partie de la Romagne, la Romagne Florentine, le Duché d'Vrbin, partie du territoire de Peruse, le Comté de Citta Castellana, & la plusp art du Duché de Spolette.*
RE-	Etru-	*L'Estat du Grand Duc: l'Estat de Luques: partie de la*


ITALIÆ
DIVISIO PER AVGVSTVM
IN XI
REGIONES
SINVS ADRIATICVS
MARE
TVSCVM

GIO SEPTIMA	ria, vbi Thusci, seu Etrusci	*la Carfagnane : quelque peu de l'Estat de Genes : l'Estat de Massa, & Carrera : le Duché de Castro : le patrimoine de S. Pierre : le Comté de Ronciglione : partie du territoire de Perouse : & tout celuy d'Oruietto.*
REGIO OCTAVA	Gallia Cispadana.	*Tous les Estats des Ducs de Parme & Modene : partie du Mantoüan : le Duché de Mirandole, &c. le Boulognese : partie du Ferrarois : vne bonne partie de la Romagne : & la meilleure part de la Romagne Florentine.*
NONA REGIO	Liguria vbi Ligures.	*Toute la Coste de Gennes : vne partie du Piedmont : le Marquisat de Saluces : le Comté de Nice : la plusPart du Montferrat : la partie du Duché de Milan au delà le Pô.*
DECIMA REGIO	Venetia vbi Veneti, Carni, Istri, Iapydes.	*Toute l'Istrie* (& peut-estre vne partie de la Croace, & Carniole) *le Frioul : le Bellunois, le Cadorin : vne partie du Trentin : le Vicentin : la Marche Taruisane : vne partie du Veronois : le Dogado : le Polesin de Rouigo : & la plusPart du Ferrarois.*
VNDECIMA REGIO.	Gallia Transpadana	*Vne partie du Veronois : la plusPart du Mantoüan : le Bressan : le Cremonois : vne partie du Trentin : le Bergamasque : la Valtelline : le Cremasque : tout le Duché de Milan au deçà le Pô : les suiets des Suisses : la Seigneurie de Vercelles : quelque peu du Montferrat : partie du Piedmont : le Val d'Aoste : & quelque peu du Dauphiné.*

§. 2. *Italiæ diuisio iuxta Notitiam Imperij.*

DVM Constantinus Imperium Romanum in certas Prouincias distribuit sub Præfecto Prætorij Italiæ, tres Diœceses constituit, vt præmonuimus, quarũ præcipua erat DIOECESIS ITALIÆ, quam iterum duobus Vicariis submisit VICARIO ROMÆ, & VICARIO ITALIÆ, quibus distribuit XVII. Prouincias, in quas iam fuerat Italia diuisa ab Hadriano Imperatore. Nihil enim in hac parte immutauit, & quam Sextus Rufus tribuit Hadriano, eadem

immutata legitur in Notitiâ, nisi quòd Flaminiæ adiunctum Picenum in Constantinianâ dicitur Picenum Annonarium. Porro ita sese habet illa diuisio.

NVM. I. *Sub Vicario Romæ* X. *Prouinciæ.*

LATIVM & CAMPANIA *sub Consule.*	ROMA: *Rome.* Capua: *S. Marie de Capoüe.* Neapolis: *Naples.*	*La Champagne de Rome: & la plusꝑart de la Champagne d'Italie, ou de la terre de Labeur.*
TVSCIA & VMBRIA *sub Consule.*	Florentia: *Florence.* Sena: *Sienne.* Pisæ: *Pise.* Spoletum: *Spolete.* Narnia: *Narni.*	*La plusꝑart de l'Estat du Grand Duc: l'Estat de Luques: la Carfagnane: vn peu du Genois: les Estats de Massa, & Carrera: le Duché de Castro: le patrimoine de S. Pierre: territoire d'Oruietto: la plusꝑart du Perusin: vne partie du Duché d'Vrbin: & la Romagne Florentine.*
PICENVM SVBVRBICARIVM *sub Consule.*	Ancona: *Ancone.* Asculum: *Ascoli.* Firmum: *Fermo.* Auximum: *Osimo.*	*La plusꝑart de la Marche d'Ancone: & vne partie de l'Abruzzo Vlterieure.*
VALERIA sic dicta à viâ Valeriâ, aut vrbe; *sub Præside.*	Valeria: *periit.* Amiternum: *periit.* Tibur: *Tiuoli.* Tusculũ: *Toscolano.*	*La plusꝑart du Duché de Spolette: le Sabio: partie de la Chãpagne de Rome: partie de l'Abruzzo Vlterieure.*
SAMNIVM *sub Præside.*	Corfinium: *Pentina.* Sulmo: *Sermone.*	*Vne bonne partie de l'Abruzzo Vlterieure: la Citerieure: partie de la Capitanate: le Comté de Molisse: & quelque peu de la terre de Labeur.*
APVLIA & CALABRIA *sub Correctore.*	Sipontum: *Siponto.* Canusium: *Canosa.* Brundusium: *Brindes.* Tarentum: *Tarento.*	*Partie de la Capitanate: les territoires de Barri, & d'Otranto.*
LVCANIA & BRVTII *sub Correctore.*	Metapontum: *Torre di Mare.* Consentia: *Consenza.* Rhegium: *Rheggio.*	*Vne partie de la Principauté Citerieure: la Basilicate: & la haute & basse Calabre.*


ITALIÆ
DIVISIO SECVNDVM
IMPERII
NOTITIAM.
MARE ETRVSCVM
SINVS ADRIATICVS
MARE SICVLVM
MARE LIGVSTICVM
NORICVM
PANNONIÆ
ILLYRICVM
FRETVM

SICILIA *sub Præside.*	Syracusæ : *Syracuse.* Messana : *Messine.*	*l'Isle de Sicile.*
SARDINIA *sub Præside.*	Calaris : *Caglier.* Olbia : *periit.*	*l'Isle de Sardaigne.*
CORSICA *sub Præside.*	Mariana Col. Aleria Col. *Periere.*	*l'Isle de Corse.*

NVM. 2. *Septem Prouinciæ sub Vicario Italiæ.*

Ex nomine huius Vicarij factum, vt postmodum pars illa Italiæ, Italia ἁπλῶς nominaretur: vnde intelliges quid velit Synodus Sardicensis in Epistolâ ad Alexandrinos apud Athanasium, vbi S. Synodus dicitur congregata à *Roma*, ITALIA, *Campania*, *Calabria*, *Apulia*, quibus S. ipse Athanasius Epistolâ ad Solitarios, addit Brutios: quomodo & locutus est Symmachus lib. 7. Epist. 121. vnde factum vt postea huic parti nomen regni Italiæ adhæserit, vt bene Sirmondus obseruauit.

VENETIA & ISTRIA *sub Consule.*	Patauium : *Padoüe.* Aquileia : *Aquilée.* Tergeste : *Trieste.* Pola : *Pola.*	*L'Istrie: le Frioul: la Marche Taruisane: le Cadorin : le Beluno: le Padoüan: le Vicentin : le Dogado : le Polesin de Rouigo, la plus-part du Ferrarois.*
ÆMILIA *sub Consule.*	Placentia : *Plaisance.* Mutina : *Modene.*	*Les terres du Duc de Parme, du Duc de Modene: vn peu du Mantoüan: le Duché de Mirandole : & autres.*
FLAMINIA & PICENVM ANNONARIVM *sub Consule.*	Rauenna : *Rauenne.* Bononia : *Boulogne.* Senogallia : *Senigaglia.*	*Le Bolognese : quelque peu du Ferrarois : la Romagne : & le Duché d'Vrbin.*
LIGVRIA, cui addunt aliqui TVSCIAM & VMBRIAM ANNONARIAS, de quibus postea, *sub Consule.*	Mediolanum tum caput Liguriæ: *Milan.* Cremona : *Cremone.*	*Le Duché de Milan deçà le Pô: partie du Piedmont: le Cremonois : le Cremasque : le Bergamasque: le Bressan: & partie du Mantoüan.*

ALPES COTTIÆ *sub Præside.*	Segusio : *Suse.* Comum : *Come.* Tridentum: *Trente.*	*Partie du Piedmont : vn peu du Montferrat : partie Septentrionale du Duché de Milan : les suiets des Suisses : la Valtelline: le Trentin en partie: & partie du Bergamasque.*
RHÆTIA PRIMA *sub Præside.*	Curia : *Chur, ou Coire.* Verona : *Verone.* Brigantium: *Bregents.*	*Les Grisons:le Veronois: le Coté de Tirol, & ses dependances iusques au Lac de Constance.*
RHÆTIA SECVNDA *sub Præside.*	Augusta Vindelicorum : *Ausbourg.*	*Vne grande partie de la Suaube: & vne bonne partie de la Bauiere.*

NVM. 3. *De Prouinciis Italiæ Suburbicariis, Vrbicariis, & Annonariis.*

ADMONET me hæc Notitia vt saltem hîc leuiter attingam expositionem aliquot vocum, quæ nostrâ ætate tantas excitauere controuersias inter viros eruditos.

Recens quidam scriptor ante aliquot annos Tabulam cum scriptis quibusdã vulgauerat, in quibus probare nitebatur Suburbicarias regiones dici quæ sub curâ Præfecti Vrbis erant, hoc est intra centesimum ab vrbe lapidem : refutatus est eruditè à Iacobo Sirmondo limatissimi ingenij, & accuratissimæ eruditionis viro, in eâ diatribâ, quam de suburbicariis regionibus inscripsit. Et ea machina in summi Pontificis auctoritatem comparata ab Hæreticis, eius potissimùm doctrinâ confracta est atque dissipata.

Circa idem tempus Iacobus Gutherius vir in litteris versatissimus libellum emisit *Speculum* dictum contra *Iacobi Leschasserij obseruationem*, in quo distinguere nititur hæc tria nomina, Regiones *Vrbicas*, *Vrbicarias*, & *Suburbicarias* ; & *Vrbicas* vocat quidquid Romæ tecti assurgebat, vnà cum exspatiantibus vt loquitur *Plinius*, de quibus in amplitudine vrbis Romæ locuti sumus : *Vrbicarias* appellat quæ sociorum fines attingerent, & in quarum limitibus Ambarualia sacra fierent : *Suburbicariæ* denique nuncupatæ sunt quæ agro & limitibus supradictis adiectæ Romani agri partem effecere, vt Reatinus ager atque Picenus. Sed hæc omnia gratis dicere visus est vir eruditus, licèt multam eruditionem congerat,

quæ nihil aut parùm ad rem præsentem facit.

Distinctiùs, & clariùs Sirmondus nullum discrimen statuit inter Vrbicarias, atque Suburbicarias regiones, atque ita dictas esse putat quòd Vicario vrbis Romæ subiicerentur, seu *subessent vrbis Vicario*, videlicet Latium, Tuscia & Vmbria, Picenum, Valeria, Samnium, Apulia & Calabria, Lucania cum Brutiis, Sicilia, Sardinia, Corsica, numero decem: cùm aliæ 7. Vicarium Italiæ agnoscerent; quòd probat aliquot locis ex Codice Theodosiano, quibus addes quod apud scriptores de limitibus, Tuscia non semel Suburbicaria dicitur, quam vocem dum decurtare nititur Gutherius, iis accensendus est quibus Conia est pro Ciconia. Hinc Symmacho lib. 3. Epist. 13. *Spoletum Suburbanitas nostra* dicitur: & Sicilia actione 7. in Verrem *Suburbanitas huiusce Prouinciæ*, & Floro lib. 3. cap. 19. *quodammodo Suburbana Prouincia.*

Annonariæ dictæ sunt feracissimæ quædam regiones, vt Picenum, de cuius fertilitate suprà innuimus: item & Tuscia Annonaria dicta fuit; videlicet pars eius circa Florentiam. Quòd & *Vmbriam* Annonariam dictam esse velit idem Gutherius viris eruditis displicet, nec vllo in loco, quod sciam, reperiet. Sic Tusciæ pars illa Suburbicaria non erat, & Vicario Italiæ subiecta, & ad discrimen Vrbicariæ partis appellata est Annonaria, vt factum erat in Piceno.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

De mirandis locis Italiæ antiquæ.

§. 1. *Admiranda Galliæ Cisalpinæ.*

Lacvs iuxta Eridanum aquâ calidâ feruet, & odorem tam tetrum exhalat, vt armentis aquandis inutilis sit, & aues etiam superuolantes enecet. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

Circa Venetos (malè vulgò Venetias legitur) admirandum contingit. Cùm innumerabiles eorum regionem Gracculorum myriades deuastent, ferunt incolas sub eorum aduentum ad confinia omnis generis frugum spargere semina, & velut Diuum donaria proiicere; quibus degustatis Gracculi velut hostium incursu mox superuenturo subsistunt. *Idem eodem loci.*

In Patauinorum aquis calidis (Aponi aquas intelligit) herbæ enaſcuntur. *Plinius lib. 2. cap.* 103.

Contra Timauum amnem Inſula parua in mari eſt cum fontibus calidis, qui pariter cum æſtu maris creſcunt, atque minuuntur. *Idem Plinius loco citato*

Iuxta eundem Fl. Timauum duo luci ſunt, quorum alter ſacer eſt Iunoni Argiuæ, alius Iunoni Ætolæ, in quibus feræ ita manſueſcunt vt lupi verſentur cum ceruis, & accedentium hominum manus demulceant. *Strabo libro quinto.*

In Italiæ lacu qui Benbenachus dicitur (lege *Benacus*) Inſula eſt cultoribus habitata, atque arboribus domeſticis conſita, quæ fluitans hinc inde circumfertur, ventis impellentibus. *Sotionis Græci Scriptoris Fragmentum de fluminum, fontium, & lacuum admirandis.*

In Lario lacu Addua fluuius, in Verbano Ticinus, in Benaco Mincius, in Seuino Ollius, multorum millium tranſitu hoſpitales ſuas tantùm, nec largiores quàm intulere aquas euehunt. *Plinius lib. 2. cap.* 103.

Fons in Larium lacum influit, qui ter in die, ſtatis auctibus, & diminutionibus creſcit, decreſcitque; cuius miraculi cauſam auctor refundit in ſpiritum incluſum terræ viſceribus, ſubinde emergentem. *Plinius iunior teſtis αὐτόπτων, & loci Dominus, lib. 4. Epiſtolâ vltimâ.*

Plinius ſecundus eius auctoris auunculus cap. 103. libri 2. ait ſingulis horis intumeſcere atque ſubſidere.

Ad eundem lacum Larium ager peramœnus, ad quem Ciconiæ non permeant: ſicut nec octauum circa lapidem ab eo, immenſa alioqui finitimo Inſubrium tractu examina Gracculorum, Monedularúmque. *Plinius lib. 10. cap. 29.*

Fons Padi mediis diebus æſtiuis, velut interquieſcens ſemper aret. *Plinius lib. 2. cap.* 103.

In Agro Mutinenſi Inſula fluctuans viſitur. *Idem lib. 2. cap.* 95.

In eodem Agro erumpit ignis ſtatis Vulcani diebus. *Idem Plinius eodem lib: cap.* 107.

In eodem Agro Mutinenſi, duo montes inter ſe concurrerunt, crepitu maximo aſſultantes, recedentéſque, inter eos flammâ, fumóque in cælum exeunte: interdiu ſpectante è viâ Æmiliâ magnâ Equitum Ro familiarum (*aliter* famulorum) & viatorum multitudine. Inueni hoc in voluminibus Hetruſcæ diſciplinæ,

Eo concursu villæ omnes elisæ, animalia permulta, quæ intrà fuerant, exanimata sunt, anno ante Sociale bellum. *Plinius lib. 2. cap. 83.*

Ad Rauennam vites in paludibus nascuntur, & celerrimè perficiuntur, & fructum vberrimum ferunt; sed post quartum, quintúmque annum perire solent. Ibidem quoque aër, licèt palustris, innoxius est. *Strabo libro quinto.*

§. 2. *De Admirandis Vmbriæ.*

In Agro Reatino fons *Neminiæ* appellatus, alio, atque alio loco exoritur, annonæ mutationem significans. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Ex eodem Fonte, sed hunc autor *Mentem* vocat, si quis aquam biberit odorem vini non feret. *Sotion in Fragmentis Miraculorum, in fontibus, fluuiis & lacubus.*

In exitu paludis Reatinæ saxum semper succrescit. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

In Agro Reatino aliquot iugera ad ingressum equitantium tremunt. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Reatinis paludibus vngulæ iumentorum tantùm indurantur. *Plinius lib. 31. cap. 2. ex Cicerone incerto loco.*

In lacu Velino nullo die non apparet Arcus, seu Iris. *Plinius lib. 2. cap. 62.*

In Aquis Cutiliis (lacus dicitur Cutiliæ, éstque Italiæ vmbilicus in agro Reatino, inter Reate & Amiternum) Insula fluitat, quæ numquam in eodem loco visitur. *Plinius lib. 2. cap. 95. & Dionysius Halicarnassensis lib. 1.*

§. 3. *De Admirandis Hetruriæ.*

In Sinu Tusco, sed quo loco non exprimit auctor; erupit aliquando terra flagrans violento cum motu: prodit úrque memoriæ circa illam multitudine piscium fluitante, expirasse confestim quibus ex his cibus fuisset. *Plinius lib. 2. cap. 88.*

In Statoniensi (Tusciæ) agro, Insula fluitat. *Plinius lib. 2. cap. 95.*

In calidis aquis Pisanorum ranæ enascuntur. *Idem eodem lib. cap. 103.*

Tra-

Trasimenus lacus aliquando totus exarsit. *Idem Plinius lib. 2. cap. 107.*

Ad Vetulonios in Hetruriâ non procul à mari in aquis calidis pisces reperiuntur, & viuunt. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Vulsinium Tuscorum oppidum opulentissimum totum fulmine concrematum est; illud fulmen quod dicitur cremans à Marte est. *Plinius lib. 2. cap. 52.*

In Tarquiniensi lacu, qui aliter Sabatus nominatur, duæ Insulæ nemora circumferunt, nunc triquetram figuram edentes, nunc rotundam, numquam quadratam, ventis eam immutantibus. *Plinius lib. 2. cap. 95.*

In eodem lacu quoties aqua pellucida est, conspiciuntur in imo fundo, permulta ædificiorum templorúmque vestigia. *Sotionis Græci Fragmentum de Miraculis fontium, fluminum, & lacuum.*

Prope Cosas fons est, in quem si dimiseris vas omnino plenum vino, sic vt redundet, continuò omni aceto vehementiùs acescet. *Isigonus apud prædictum Sotionem.*

In parte Mæsiæ Syluæ (ea Veientum est) tantùm reperiuntur glires. *Plinius lib. 8. cap. 58.*

Ad aquas Murtias in Veiente, & in Syluâ Cyminiâ, loca sunt in quibus in terra depacta non extrahuntur. *Idem Plinius lib. 2. cap. 96.*

In Cyminio lacu, vbi oppidum priùs fuit, visuntur, aquâ pellucidâ, vestigia tectorum; hoc oppidum Succiniense Ammianus vocat. *Sotionis Græci Fragmentum de Miraculis, &c. & Ammianus Marcellinus lib. 17.*

In Falisco omnis aqua pota candidos boues facit. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

In eodem Agro Falisco non procul ab vrbe Româ familiæ paucæ sunt quæ vocantur Hirpiæ. Hæ sacrificio annuo quod fit ad montem Soractem Apollini sacrum super ambustam ligni struem ambulantes, non amburuntur; & ob id Senatusconsulto perpetuam militiæ, omniúmque aliorum munerum vacationem habent. Varro hoc tribuit medicamento. Strabo pro Apolline Deam Feroniam supponit. *Plinius lib. 7. cap. 2. Strabo lib. 5. Varro apud Seruium in XI. Aeneid.*

Ad Soractem Montem fons est latitudinis quatuor pedum; is oriente sole exundat feruenti similis, aues autem quæ ex eo gu-

ſtauerint mortuæ concidunt. *Varro, & ex eo Plinius.*

In eodem Monte ſpiritus ſcrobibus emittuntur, volucribus tantùm mortiferi. *Plinius lib. 3. cap. 93.*

§. 4. *De Admirandis Latij.*

Reperitur apud Auctores ſubiectis Ariciæ aruis, ſi carbo deciderit ardere terram. *Plinius lib. 2. cap. 107.*

In Monte Circeo lethale venenum naſci perhibetur tam potens, vt ſumptum mox pilis nudet totum corpus, ac membra omnia ſic diſſoluat, vt velut liqueſcentium cadauerum ſpeciem miſerabilem præbeant. *Ariſtoteles in mirandis Auſcultationibus.*

Inter Terracinam, & ædem Feroniæ turres bellicis temporibus fieri deſiere, nullâ non earum fulmine dirutâ. *Plinius lib. 2. cap. 55.*

Apud Tuſculanum locus eſt in quo in terram depacta non extrahuntur. *Plinius lib. 2. cap. 96.*

In Agro Gabienſi non procul ab vrbe Româ iugera ferè ducenta ad curſum equitantium tremunt. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

In Vadimone lacu iuxta prædia Amerina, ſylua eſt, quæ numquam in eodem loco viſitur. *Plinius lib. 2. cap. 95.*

In Agro Sabino aiunt vnctum flagrare lapidem. *Plinius lib. 2. cap. 107.*

In Cruſtumino agro natum fænum ibi noxium, extrà ſalubre eſt. *Idem lib. 2. cap. 96.*

In Mutiis pratis non procul ab vrbe Româ Inſula aliqua fluitat nullis alligata terris. *Plinius eodem libro cap. 95.*

In Agro Cæcubo vitifero, & paluſtri Sylua numquam eodem in ſitu viſitur. *Plinius lib. 2. cap. 95.*

Fucino lacui inuectus amnis (Vibius Seq. hunc Pitornium vocat) non miſcet aquas ſuas cum lacu, ſed quas intulit, euehit. *Vibius Sequeſter libello de fluminibus, & Plinius lib. 2. cap. 103.*

§. 5. *De Samnio latè ſumpto.*

Ad Beneuentum ſic venti & turbines deſæuiunt, vt homines equis inſidentes deturbent, equóſque ipſos deiiciant; ideo olim Malauentum vrbs dicebatur. *Plinius, & Titus Liuius.*

In Hirpinis Ansamcti ad Mephitis ædem locus est, quem qui intrauere moriuntur. *Plinius lib. 2. cap. 93. Cicero lib. 1. de Diuinatione.*

In eodem loco victimæ non immolabantur cultro, sed tetro odore suffocabantur loco applicitæ; & hoc erat litationis genus. *Seruius in 7 Aeneidos.*

In Agro Pitinate (is in Piceno est) fluuius est *Nouanus* (lege *Vomanus*) qui omnibus solstitiis torrens, brumâ exsiccatur. *Idem eodem libro cap.* 103.

Quemadmodum Psylli in Africâ serpentibus medentur (vt tradit Sosipater) ita & Marsi in Italiâ: tradunt autem à Circe oriundos esse, ideóque vim illis à naturâ inditam contra venena. *Plinius lib. 7. cap. 2.*

Nec minus ostentum nostra cognouit ætas (ait Auctor) anno Neronis Principis supremo, sicut in rebus eius exposuimus, pratis oleisque intercedente viâ publicâ in contrarias sedes transgressis, *in Agro Marrucino*, prædiis Vectij Marcelli equitis Ro. res Neronis procurantis. *Sic loquitur Plinius lib. 2. cap. 83.*

§. 6. *De Admirandis Campaniæ.*

CLANIVS Fl. auctu suo pestem terræ meditatur (*hoc est præcinit*) *Vibius sequester libello de fluminibus.*

Ad Liternum fons acidulus potus vini modo temulentos facit. *Plinius.*

Circa Cumas fluuius est Cetes ab indigenis dictus, in quem iacta quæcumque fuerint enascuntur, ac postremò indurescunt in lapidem. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

In Agro Sinuessano spiritus è scrobibus erumpunt, hominibus, & omnibus animalibus mortiferi. *Plinius lib. 2 cap. 93.*

In Agro Sidicino (ciuitas Theanum Sidicinum nominatur) aiunt vnctum flagrare lapidem. *Idem Plinius lib 2. cap 107.*

In Agro Cassinate fluuius est Scatebra dictus, frigidus admodum, abundantior æstate. *Idem Plinius.*

In Agro Caleno aqua est acidula, quæ pota vini modo temulentiam inducit. *Idem qui suprà.*

In Campaniâ lacus Aornus dictus circumdatus arboribus, in quo tamen folium nullum videtur. *Aristot. in admirand Auditionib.*

Supra eundem locum quem Latini Auernum dicunt, Græci à præsenti miraculo ἄορνον vocant, si aliquæ aues superuolent exanimantur, & cadunt. *Lucretius lib. 2. Maro lib. 6. Claudianus 2. de raptu, &c.*

Ad Aquas Scantias (Cicero Syluam vocare videtur) è fonte flamma exit, quæ accenditur aquis. Hæc quidem inualida est cùm transit, nec longè in aliâ materiâ durat. Viret æternò hunc fontem igneum contegens fraxinus. *Plinius lib. 2. cap. 107.*

Iuxta montem Pausilipum Cæsar piscinam habuit in quâ piscis vixit annis sexaginta. *Columella, & Plinius lib. 9. cap. 54.*

Puluis Puteolanus iactus in vndas aggerem facit vndis inexpugnabilem. *Plinius lib. 35. cap. 13. Strabo lib. 6. & Vitruuius lib. 5. c. 12.*

Charoniæ Scrobes tam mortiferum spiritum exhalant, vt omnia animalia suffocent. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Pithecusæ Insulæ in Campano sinu repentè feruntur enatæ, mox in his Epopon montem, cùm repente item flamma ex eo emicuisset, campestri æquatum planitie: in eadem Insulâ oppidum haustum profundo est, alióque terræmotu stagnum emersit, alio denique motu prouolutis in mare montibus Insula Prochyta extitit. *Plinius lib. 2. cap. 88.*

Sunt in Pithecusis Insulis æstuaria igneâ quidem vi, feruentíque supra modum ardore, quæ tamen flammam non emittunt. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

§. 7. *De Admirandis Magnæ Græciæ.*

Silarvs fluuius Lucaniæ & Campaniæ limes decurrit; in eum immersa folia, virgultáque lapidescunt, nec tamen immutato colore, vel formâ, quamquam eius aquæ salubris potus sit. *Plinius, Strabo, Silius Italicus.*

Ferro in Lucanis pluit anno antequam M. Crassus à Parthis interemptus esset, omnésque Lucaniæ milites, quorum magnus erat in eius exercitu numerus. *Plinius lib. 2. cap. 56.*

In Salentino oppido Egnatiâ imposito ligno in quoddam saxum ibi sacrum, aiunt protinus flammam existere. *Plinius lib. 2. cap. 107.*

In Agro Salentino iuxta oppidum Manduriam lacus ad marginem plenus, nec exhaustis aquis minuitur, nec augetur infusis. *Idem Plinius lib. 2. cap. 103.*

In Apuliâ Dauniâ templum est Mineruæ Achaïcæ sacrum, vbi arma & secures Diomedis atque sociorum eius: Hîc ferunt esse canes, qui nullâ iniuriâ Græcos venientes impetant, sed tanquam familiarissimis blandiantur. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

Brundusij in portu fons incorruptas profert aquas nauigantibus. *Plinius lib. 2. cap. 103.*

Tarenti aiunt cauponem noctu insanisse, interdiu vina vendidisse, sed & clauiculam domus suæ ita in zonâ conseruasse, vt numquam eam, multis eam suffurari conantibus, amiserit. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

In Laciniæ Iunonis Arâ sub dio posita cinerem aiunt esse immobilem perflantibus vndique procellis. *Plinius lib. 2. cap. 107. Titus Liuius, & Valerius Maximus.*

Circa Iapygium Promontorium fontem esse tradunt, qui cruore defluens, eâ parte innauigabile reddit mare odoris grauitate. *Aristoteles in admirandis Auditionibus.*

Locris nullo non die arcus cælestis apparet. *Plinius lib. 2. cap. 62.*

Ibidem sicut & Crotone pestilentia nunquam fuit, nec vllo terræ motu laboratum est. *Plinius eodem libro cap. 96.*

Crathis fluuius in Magnâ Græciâ hominum capillos dealbar, aut fuluos facit, & multa mala sanat, ἀνθρώπους ποιεῖ ξανθοτριχεῖν, καὶ λευκοτριχεῖν, καὶ ἄλλα πόλλα πάθη ἰᾶται. *Strabo lib. 6. suæ Geographiæ.*

Sybaris fluuius potus ab equis eos πτυρτικοὺς ποιεῖ, reddit eos sternutamentis obnoxios, quare hinc solent equi magnâ curâ amoueri. *Idem Strabo, eodem libro.*

Lusias Thuriorum fluuius tametsi pellucidos habeat liquores, nigerrimos tamen pisces procreat. *Aelianus lib. 10. hist. Animalium cap. 39.*

Alex fluuius olim agrum Rheginum à Locrensi diuidens eius est naturæ, vt quamuis ripæ eius vix distent iugeris spatio, tamen cu-tras transuolent cicadæ. *Aelianus lib. 5. hist. Animal. cap. 9.*

In Locrorum parte vocales sunt Cicadæ, in Rhegiensi agro mutæ, ager Alece Fl. tantùm dirimitur. *Strabo, Plinius, Pausanias.*

§. 8. *Admiranda veteris Siciliæ.*

FRETVM inter Siciliam & Italiam vnà cum Luna intumescit, & subsidet. *Aristoteles in admirandis Auditio nibus.*

In Euripo Taurominitano mare sæpiùs die, ac nocte reciprocat. *Plinius lib. 2. cap. 97.*

Siculum Fretum ita tumet aliquando, vt horrore perfundat aspicientes: túmque colores omnes recipiunt fluctus, nonnumquam atri, cærulei frequenter, sæpe purpurei. Huius sonitum ne reptilia quidem ferre possunt, sed refugiunt ad montium radices. Tempestate autem desinente in sublime effertur vorago, non absimilis serpentum gyris. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

In Siciliâ ferunt aquæ vorticem esse, in quem demersæ aues, reliquáque animalia vitæ restituantur. *Aristoteles in Admirandis.*

In Siciliâ, sicut in Italia aiunt felium morsum esse lethalem, nec vt apud Græcos leuem, & imbecillem. Item muscarum hîc reperiri genus; quæ enecent ad quodcumque aduolarint. *Aristoteles in admirandis Auditionibus.*

In Agro Leontino, & multis aliis huius Insulæ locis frumentum vltrò prouenit, etiam non satum. *Diodorus Siculus lib. 11.*

Lepores olim nulli in Siciliâ fuerunt, sed prior eos inuexit Anaxilas Rheginus. *Iulius Pollux.*

Cactus spinæ genus hîc nascitur, nusquam in reliquo terrarum orbe; hunc si calcet ceruus & saucietur, ossa eius nullum sonum edunt, ideóque ad fistulas inutilia sunt. *Antigonus, & Theophrastus.*

In Sicanis, Siciliæ Gente, salsi acidíque saporis fluunt fontes. *Athenæus lib. 2. Dipnosophistarum.*

In Siciliâ, Sicanico agro aquæ acescunt, & hîc nascitur *Oxalme* (liquor est salsi, acidique saporis) quo vt aceto in cuiusdam generis epulis vtuntur indigenæ. *Aristoteles 2. Meteorωn cap. 2.*

Circa Pelorum crocus tantâ copiâ prouenit, vt magnis curribus illum exportare liceat quibus collibitum est: ex eo indigenæ strata, scenásque conficiunt. *Aristoteles ibidem.*

In Peloro lacus est qui explorari non potest nisi crurum tenus; quod vltrà est nec explorari, nec attingi licet; qui fecerit malè plectitur; quantùm sui immerserit, tantumdem perdit: & profert exemplum hominis qui hîc brachium amisit. *Solinus cap. 11.*

In colle Vulcanio, paratis sacris, si Deus probator adsit, sarmenta etiam viridia ignem concipiunt. *Idem, eodem loci.*

Circa Messanam & Mylas fimo similia expuuntur in littus purgamenta, vnde nata fabula, hîc boues Solis stabulari: purgamenta porro illa tetri odoris non sunt. *Plinius lib. 2. cap. 98. & Seneca naturalium quæst. lib. 3. cap. 26.*

Circa Messanam & Mylas hyeme in totum arescunt fontes, æstate exundant amnémque faciunt. *Plinius lib.* 31. *cap.* 4.

Polycritus rerum Sicularum scriptor in mediterraneis lacum esse ait, ambitu suo scutum non excedentem, aquâ resplendente quidem, sed turbulentiore, in quem si quis ingrediatur lauandi gratiâ, in latum extenditur, si iteret ampliùs dilatatur, adeò vt amplificatum spatium 50. etiam viros capiat: verùm ad eam iam mensuram diffusum ex imo intumescit, corporáque lauantum in sublime rapta foras in pauimentum sternit, & mox ad veteris angustiæ spatium contrahitur; quod & quadrupedibus ingressis vsu venire solet. *Aristoteles in admirandis Auscultationibus.*

Ad Gelonium stagnum fontes duo, ex alio si sumpserit sterilis fœcunda fit; ex altero si fœcunda, sterilis fiet. *Solinus cap.* 11.

Ex Lyco fonte si quis biberit intra tertium diem extinguetur. *Antigonus, & Plinius lib* 31 *cap.* 2.

Stagnum Petrensium, serpentibus noxium est, homini salutare. *Solinus cap.* 11.

Iuratur ad lacum Palicorum hoc modo; tabella inscribitur à iurante, si verum dixit supernatat tabula, si mentitur, submergitur, sed qui iurauit falsò non abit impunè, nam morte statim punitur, vt vult *Macrobius;* vel priuatur oculis, vt scribit *Diodorus;* vel igne corripitur, vt ait Aristoteles: *Stephanus* vocat fontem Palicentum. *Aristoteles in admir. Audit. Macrobius Saturn. lib.* 5. *cap.* 18. *Polemon de Mirabilibus in Siciliâ fluminibus, Stephanus, Diod. Sicul. lib.* 11.

Craterum Palicorum aiunt profunditatem esse infinitam, & si in eos boues incidant, aut asini biiugi, aut vaccæ, numquam postea apparere. *Polemon in Mirabilibus fluuiis Siciliæ.*

Vorago lacus Palicorum rugitum ingentem, atque horrendum emittit: humor autem in altum exsiliens, atque recidens, neque superfunditur, neque subsidit, sed perperuo agitatus motu stupendâ vi emissus in altum se librat ad sex cubitos. *Diodorus Siculus lib.* 11. *& Aristoteles de admirandis Auscultationibus.*

Templum Deorum Palicorum seruis oppressis per dominos inclementes multum affert auxilij: nec enim hinc seruos abducere licet, sed inuiolati hîc remanent donec per beneuolos domini arbitros persuasi fide securitatis iuramento datâ, illis reconcilientur. Nec vllus memoriæ proditur qui fidem violarit, tantus metus Deorum illorum Siculos omnes incessit. *Diod. Siculus eodem libro.*

In prato iuxta viam quæ Syracusas ducit fons est, neque amplus, neque aquâ largâ scaturiens, ad quem cùm turba numerosa confluxisset, auctus subitò præbuit abundè aquarum liberalem copiam. *Aristoteles in Admirandis.*

In Siciliâ cùm pulsus est Dionysius Tyrannus prodigium accidit, vt vno die dulcesceret in portu mare (intelligit portum Syracusanum.) *Plinius lib.* 2. *cap.* 100.

In Eloro fluuio ad Pachynum pisces adeò cicures, vt è manu edant; Athenæus lupos nominat & ingentes anguillas, & panem è manu sumere scribit. *Apollodorus* 1. *Chronicon apud Stephanum, & Nymphodorus Syracusius apud Athenæum lib.* 8.

Lacus est ad Agrigentum cui oleum supernatat, & adhærescit Arundinum comis vnde legitur, valétque ad Armentarios morbos. Dioscorides bitumen vocat, & ait à Siculis vocari oleum per errorem, illóque vti eos ad lucernas. *Dioscorides lib.* 1. *cap.* 100. *& Solinus cap.* 11.

Circa Agrigentum lacus est gustu quidem marino, at naturâ planè diuersâ ab aliis aquis: nam & natandi inscij non demerguntur, sed lignorum in morem supernatant. *Strabo libro sexto.*

Sal Agrigentinus ignium patiens, ex aquâ exilit, *linio.* Sed *Solinus* si igni iunxeris (inquit) dissoluitur vstione: huic si aquæ liquor proximauerit crepitat, veluti torreatur. *Plinius lib.* 31. *cap.* 7. *Solinus cap.* 11.

Ager Agrigentinus eructat limosas scaturigines, & vt venæ fontium sufficiunt riuis subministrandis, ita & in hac Siciliæ parte solo numquam deficiente, æternâ reiectatione, terram terra euomit. *Solinus capite vndecimo.*

Circa Siciliæ Craterem (Æthnam intelligit) riuus flammarum, seu profluuium ignium emicantium latitudine ad stadia quadraginta patet, vix ad tria tollitur. *Aristoteles in admirandis Auditionibus.*

In hoc monte spelunca est, circa quam omnium florum copia nascitur omni tempore, tantâ fragrantiâ, vt canes occupati hac suauitate odoris lepores nequeant insectari. Nascitur etiam hîc frumentum diuersum & à Siculo, & ab importato aliunde. *Aristoteles eodem loci.*

In cacumine montis Æthnæ collis assurgit, & supra collem erigit sese nubes, ad ducentos ferè pedes immota, tranquilla tempesta-

pestate. Noctu autem ex hoc vertice fulgores, interdiu fumus, & caligo apparent. *Strabo lib. sexto.*

Æthna mixtas ignibus niues profert, & licèt vastis exundet incendiis, apricâ canitie perpetuo brumalem detinet faciem, ita inuictâ in vtroque violentiâ, nec calor frigore mitigatur, nec frigus calore dissoluitur. Claudianus sic expressit,

Scit niuibus seruare fidem, pariterque fauillis
Durescit glacies, tanti secura vaporis;
Arcano defensa gelu fumóque fideli,
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas, &c.

Silius autem Italicus — *Stat vertice celsi*
Collis hyems, calidáque niuem tegit atra fauillâ.

Solinus cap. 11. Claudianus de raptu Proserpinæ lib. 1. Silius Italicus lib. 14. &c.

Aliquando mons Æthna non tantùm riuos igneos eiicit, sed & saxa ignita. *Strabo lib. 6. Pindarus, Maro, &c.*

In Agro Catanensi ostenditur locus piorum fratrum Amphinomi, & Anaphiæ, qui sæuiente Æthnâ parentes humeris imposuerunt; quibus & flamma mirabiliter pepercit, in duas partes secta, & pio sub pondere tutis innoxia fuit. *Strabo lib. 6. Auctor poëmatis de Æthna, Valerius Maximus lib. 5. cap. 4.*

§. 9. *Admiranda Corsicæ veteris.*

In hac Insulâ tantùm reperitur lapis Catochites, qui adhæret tactis corporibus: quo vsum ferunt Democritum Abderitem in Magos depugnaturum. *Plinius lib 36. cap. 10. & Solinus cap. 9.*

Hæc Insula nec boues, nec capras, nec lupos, nec lepores, nec ceruos alit. *Polybius lib. 12.*

Equos alit Corsica, sed paulò supra oues magnitudine, & simias ad humanam ferè effigiem. *Procopius lib. 3. Gothicorum.*

§. 10. *Admiranda Sardiniæ veteris.*

Nascitur in hac Insulâ herba Sardonia dicta, quæ si comedatur rictu ora sic diducit vt ridentium facie intereant qui ederint, vnde parœmia, risus Sardonius. *Strabo lib. 6. Solinus cap. 12. Isidorus lib. 14. cap. 6. & alij.*

Sardinia est absque serpentibus, sed quod aliis locis serpens, hoc Sardis solifuga, animal perexiguum, & araneo simile, cuius venenum abolent aquæ nonnullæ in hac Insulâ defluentes. *Solinus cap.* 11.

Hîc aqua inuenitur quæ ossa fracta solidat. *Idem Solinus eodem cap.*

Hîc etiam aquæ reperiuntur ad coarguendos fures, vtiles. Nam si fur iis oculos obliuerit, & peierauerit, excæcatur; si mentitus non est, clariùs videt. *Idem Solinus cap.* 11. *&* *Isidorus lib.* 4. *cap.* 6.

§. II. *Admiranda in reliquis Insulis ad Italiam, & Siciliam.*

Ilva Insula hoc habet admiratione dignum, quod in iisdem locis, vnde ferrum effossum est, ibidem renascatur, & suo tempore effodiatur, vnde à Marone de eâ sic canitur verè:

Insula inexhaustis calybum generosa metallis.

Strabo lib. 5. *Virgilius* 10 *Æneidos, Plinius à Seruio citatus, nam locus apud Plinium non legitur.*

Insulæ Diomedeæ dictæ volucres habent sibi cognomines, quæ magna humanitate vtuntur erga Græcos, ferocitate in barbaros: pro Græcis Strabo habet *probos;* pro barbaris *flagitiosos;* & eædem volucres ædem purificant. *Ælianus lib.* 10. *de hist. Animalium cap.* 1. *Antigonus, Lycophron, Antonius Liberalis, Tzetzes, Phile, S. Augustinus lib.* 18. *de Ciuit. Dei cap.* 16.

In Lipara Insulâ aiunt quidam reperiri terram, quâ si ollam obruas, quidquid iniicias elixetur. *Aristoteles in admirandis Auditionibus.*

In eâdem quoque Insulâ ignis lucens & conspicuus visitur, sed noctu tantùm. *Idem, eodem loco.*

In medio mari Hiera Insula Æolia iuxta Italiam cum ipso mari arsit, per aliquot dies Sociali bello, donec legatio Senatus piauit. *Plinius lib.* 2. *cap.* 106.

In Insulis Æoliis incendia sunt, quæ quidem interdum sexdecim annis extinguuntur prorsus, decimo septimo verò redeunt. *Xenophanes apud Aristotelem in Admirandis.*

In Liparâ Æoliâ locus est ad quem nemini licet accedere: sonitus enim tympanorum, cymbalorum cum risu, strepitu, plausúque manuum illic auditur manifestè. *Idem Arist. in mirandis Auscult.*

Gavlos Insula terram habet scorpionibus contrariam, eâ enim scorpiones enecat. *Plinius lib. 5. cap. 7. Solinus cap. 32.*

In eâdem Insulâ Gaulo, neque serpens nascitur, neque si importetur viuit. Immo eius Insulæ puluis vbique gentium angues arcet, scorpiones illicò necat.

LIBER SEXTVS.

De Italia secundùm recentiores.



Talia orbis olim deliciæ vel terror, deficiente Romanorum virtute, facta est præda omnium barbarorum, & nominis sui gloriâ exciuit ex Septentrione atque Germaniâ Herulos, Gothos, Hunnos, Vandalos, qui ad nobilissimæ prouinciæ direptionem auaritiam, crudelitatem, sacrilegia detulerunt. Postremis quoque & patrum nostrorum ferè temporibus Francis, Germanis, Hispanis aperuit Martis Campum, in quo tot præliis tantâ obstinatione depugnarunt, vt mirum videri possit sanguine toties, & tam largiter profuso extinctam non esse illius inuadendæ, vel retinendæ cupiditatem. Ita gens quondam *totius orbis domina* omnium penè populorum accepit iugum, iisque seruiit quos ad seruitutem natos aliquando putauerat. Fallor! orbi potentiùs nunc imperat religione, quàm olim armis, addictáque summo Pontifici Christíque Vicario plus nunc plumbo valet, atque diplomatis quieta, quàm olim ferro atque exercitibus tumultuosa potuit; non iam imperij sedes & vanæ gloriæ, sed virtutis domicilium, atque sanctitatis.

CAPVT I.

De recentiore Italia in genere.

§. 1. *Italiæ nouæ nomina.*

Retinvit apud Occidentales populos antiquum nomen *Italiæ*: Germani hanc *Vuelschlandt* dicunt: Poloni *Vloska zemia*,

Boiohæmi hanc vocem detorſerunt *Vlaskazema:* ſuſpicantur quidam olim à Slauis dictam eſſe *Vloska,* quod ex vocibus Polonicâ, & Bohæmicâ colligunt; certè hodie à loquentibus Slauicè nuncupatur *Laska-deshela:* à Turcis & Græcis eius incolæ Latini dicuntur, à quibus Dalmatæ & Croatæ hanc regionem *Latinska Zemlya*, ſeu *Zemglia* vocare didicerunt.

§. 2. *Quantitas Italiæ iuxta recentiores.*

PHILIPPVS Cluuerius in Italiæ deſcriptione ſicut in aliis rebus accuratiſſimus, longitudinem Italiæ directiſſimo curſu conſideratam ait vix octingenta millia complere, per Neapolim inflexo curſu, haud minùs nongentis Paſ. Mil. *Latitudinem* autem excurrentem per Sauonam, Auguſtam Taurinorum, Comum, Veronam, Vicentiam, Opitergium, Aquileiam, Tergeſtem, Polam & Arſiam Fl. eſt IↃL. Mil. per ſummas Alpes IↃCCC. Mil. Paſ. *Ambitum* denique ſeu *circuitum* ter mille trecentorum milliarium.


Vbi & notat variè loqui in hac parte etiam Italos ipſos, ob diuerſitatem menſuræ, quæ vbique non eſt eadem.

Si verò Geographicè loqui voles, Italiæ *maxima Longitudo* procurrit ab Auguſtâ Prætoriâ ad Pro. *Spartiuento*, & continet 12. totos gradus maioris circuli, ac proinde 720. Mil Paſ. Leucas noſtrates 360. Germanicas 180.

Latitudo autem *maxima* à Populonio Prom. ad Pontebam Venetam 4. graduum eſt cum 38. minutis, ideóque 278. Mil. Paſ. Franc. leuc. 139. Germ. 69. cum dimidia. *Minima* verò *latitudo* ab oſtio Vulturni ad Termolam in Capitanatâ vnius gradus cum decem minutis, hoc eſt 70. Mil. Franc. leucarum 35. Germ. 17. $\frac{1}{2}$.

§. 3. *Qualitas in genere recentis Italiæ.*

CÆLVM Italicum vbique temperatiſſimum eſt, ſi excipias regiones aliquas Alpibus ſuppoſitas; quia neque in Boream, neque in Auſtrum nimium procurrit, ſed eo in aſpectu cæli, ſeu climate conſtituta eſt, vt ſummam exigat temperiem. Quòd ſi paulò calidior debeat eſſe ob Apenninum radios Solares reflectentem, vaporibus temperatur qui ex mari circumpoſito exiſtunt. Egregiè quoque rigua eſt, quoniam Alpes & Apenninus ei aquas ex omni parte ſufficiunt.


DIVISION GENERALE DE L'ITALIE. AVEC LES ISLES VOISINES.
MER DE TOSCANE
MER DE GRECE
GOLPHE DE VENISE
MER DE GENNES
ISLES DE LIPARI
BOVCHE DU GOLPHE
LES GRISONS
LES SVISSES
ESCLAVONIE
CROACE
BOSSINE
SERVIE
HONGRIE
TIROL
PARTIE DE FRANCE
CORSE
SARDAIGNE
SICILE
ROME
NAPLES
GENNES
BASTIA
PALERME
MESSINE

PECORIS quia hîc paſcuorum magna vis non eſt, ideò improbum vellus, & caro inſipida; adde quod animalia hîc peruicaciùs ſub Sole durant, ſic *Barclæus*.

FRVMENTI plurimum ſufficiunt Tuſcia, Campania Italiæ, Marchia Taruiſana: daret & Campania Romana ſi labor indigenarum terræ fertilitati reſponderet. Io. Barclæus contendit vbertatem vix tribus annis in Italia perdurare, & penuriam paſſuras illas gentes niſi vigeret in his locis ſobrietas.

OLEVM Genuenſe, Tuſcum, Campanum, Barienſe, Hydruntinum celebratur.

VINVM laudatur *Græcum* in Ænariâ Inſulâ, ſeu Iſchiâ, & Veſuuio monte; *Candidum* ad montem Flaſconem: *Neapolitanum*, *Salernitanum*, *Sanſeuerinum*, *Genuenſe* ſunt vbique in precio.

METALLA. *Aurum* ſufficere poſſunt Campania, & Tuſcia: *Ferrum* Agri Cadorinus, Bellunenſis, Brixianus, Montisferrati, Ilua Inſula. *Alumen* ager Volaterranus in Tuſciâ; *Sulphur* vtraque Campania: *Hydrargyrum* Foroiulienſis ager.

Denique *Marmor* exquiſitum ad Carreram effoditur vulgò Genuenſe dictum, cui non decedit *Tiburtinus* lapis, vulgò *le Trauertin*, itémque *Iſtricus*. In Etruriâ effoditur *Iaſpis*: in Calabriâ *Berilli*, *Achates*, & aliæ gemmæ. Leguntur ad oram Genuenſem *Corallia*, in Alpibus *Criſtallus* inuenitur.

§. 4. *De moribus Italorum.*

ITALI diem ciuilem auſpicantur à Sole cadente, ex quo horam primam numerant vſque ad 24. Itaque in Æquinoctio quando apud nos hora ſexta increpat, apud eos pulſatur prima. Multa de his dicuntur quæ videntur eſſe potiùs conuicia, quàm obſeruationes. Hæc accipe ex Io. Barclæo cap. 6. eius libri, qui inſcribitur Icon animorum. *Iis gentibus*, inquit, *animus omnium rerum capax, neque pingui impetu, & tantùm ad naturæ imperium, ſed eruditè, & cum artificio virtutes, aut vitia ſequuntur. Prolixè beneuolentiæ indulgent, & vbi verè amant omnia diſcrimina habent infra hanc humani fœderis ſanctitatem. Altè memoriam offenſæ recondunt, & læſi interdum ad obſequia deſcendunt, vt inter amicitiæ iura tutiori iure graſſentur. Ac quod noxioſiſſimum putes, nonnumquam animus tam facilis eſt ad vulnus, quàm pertinax ad cicatricem. Nutus omnes, oculos, verba in argumenta*

animi superfluâ subtilitate ducunt, & semper stant in speculâ, quid cæteri agant arbitraturi. Venena, damnatámque libidinem omiserim, quod non Italiæ propria vitia, sed in totum Orientem criminatio, maximè cùm & negari faciliùs possint à consciis, & ab æmulis fingi. Ingens autem & publica crudelitatis opinio, quam illic feruntur odio inter se inimici exercere, prædonésque grassari. Cætera apud eundem si vacat perleges.

§. 5. *De Politia Italorum.*

BARBARIS Imperium Occidentale lacerantibus; Alanis & Vandalis, Africam; Visigothis, Hispaniam; Francis & Burgundionibus, Galliam; Hunnis, Illyricum deuastantibus, Romani & Itali ad externa auxilia etiam barbarica respexerunt. Odoacer Rex Herulorum primus occurrit, non tam ad tutelam Italiæ quàm prædam. Is Rauennæ Momyllum Augustulum anno Christi 475. exautorauit, ac paulò pòst patrem eius Orestem Placentiæ occidit, sicque Italiæ Princeps, seu Rex constitutus est si non nomine, saltèm re. Tum Zeno Imperator Orientem regebat, & ægrè ferebat Gothos Thraciæ partem occupasse, quæ vi retineri non potuerat. Is ergo persuasit Theodorico Gothorum Regi, qui Patricius & Consularis erat, ex dignitate eius esse Italiam vindicare. Exarsit ad illa monita Theodoricus, & Italiam cum suis Gothis ingressus triplici prælio Odoacrem vicit, ac tandem occidit, omnibúsque Gothis conciliatis regnum Italiæ auspicatus est; cui successere 8. deinde Reges origine Gothi, quorum vltimus & 9. Teias Totilæ successor à Narsete Enucho Duce fortissimo Iustiniani Imperatoris victus & occisus est. Gothis ex Italiâ eiectis, Italia, Sicilia, Sardinia, Corsica Imperio Orientali contributæ sunt, quibus præesse iussus victor Narses, vtriusque militiæ Magister. Sed hic irritatus probris Sophiæ Augustæ Longobardos exciuit ex Pannoniâ vbi Hunnis permixti fixerant sedes suas. Hi Longobardi Duce Alboïno Italiam occuparunt, primúsque Rex Longobardorum institutus Alboïnus, cui deinceps successere 22. eiusdem generis Reges ad Desiderium, qui 23. & vltimus fuit. Hi autem nouas leges ediderunt, ex quibus regnum Italiæ administrauerunt; Italiam in 6. Præfecturas, seu Satrapias distribuerunt, quarum duæ Marchiæ fuerunt *Anconitana*, & *Taruisina*; Ducatus quatuor *Spoletinus*, *Taurinus*, *Foroiuliensis*, & *Beneuentanus*: Duces

ſibi ſucceſſores non deligebant, ſed iis ſucceſſor communi gentis Concilio dicebatur; Marchiones autem electi, vel à Rege, vel à Concilio poterant ſibi ſucceſſorem creare. Interim Imperatores Orientis aliquid ſibi ſeruabant in Italiâ, cui Iuſtinus Iunior præfecit Longinum ſub titulo Exarchatus, cuius ſedes erat Rauenna, vbi ſedêre deinceps 14. Exarchæ Conſtantinopoli miſſi, qui tandem per Aïſtulphum penultimum Longobardorum Regem eiecti ſunt captâ Rauennâ. Erant Longobardi ſummo Pontifici inimici, & iam eorum iniuriæ contra Stephanum Papam in Italiam Pipinum exciuerant. Deſiderius aliunde Carolo Magno infenſus Hadrianum Pontif. vexare cœpit, ſed ſtatim vltorem ſenſit Carolum, à quo victus, obſeſſus, ac tandem captus eſt, extinctúmque Longobardorum in Italiâ regnum. Conceſſit multas regiones ſedi Romanæ, ſcilicet Exarchatum Rauẽnæ, Flaminiam & Picenum, ac deinceps Imperator Occidentis Romæ conſecratus eſt. Ludouicus I. ſeu Pius, non tantùm dona in ſanctam ſedem patris ſui confirmauit, ſed etiam auxit, ac Pontificibus Ro. vniuerſam addixit Italiam, videlicet quæ à Rubicone inchoatur, vt poſtea pluribus exponemus. Pipinus eius filius ab eo Rex Italiæ conſtitutus eſt, qui Venetos appetiit bello: ei ſucceſſit filius Bernardus, quo exauthorato creatus eſt Rex Ludouicus II. filius Lotharij Imp. qui Italiam contra Sarracenos fortiter tutatus eſt. Exinde turbæ hîc concitatæ; Vido Dux Spoletinus ſeſe Auguſtum & Imperatorem geſſit, itémque filius eius Lambertus; Berengarius etiam Dux Foroiulienſis anno 904. ſub quo Sarraceni Calabriam & Apuliam, Hunni Venetam ditionem deuaſtarunt. Poſt Berengarium multi hoc regnum prenſarunt, inter cæteros Berengarius II. qui omnes ab Othone I. victi ſunt. Hinc tranſiit ad Imperatores Occidentis Italia, quæ multum eis negotij exhibuit ſub Othonibus, Henricis, Fridericis. Sub iis demum libertas vrbibus vendita, addicti precio Ducatus. Mathildis anno 1115. Pontificiam ditionem auxit. Quando autem regnum Neapolitanum, aliæque ditiones conflatæ ſint, dicemus ſuo loco.

In præſentiâ obſeruo tantùm omnem in Italiâ ſtatum aut Monarchicum, aut Ariſtocraticum eſſe: hoc Reſpublicas adminiſtrari, illo cæteras ditiones. Qui præſunt hîc, aut Duces, aut Principes, aut Marchiones, aut Comites ſunt. In regno Neapolitano Principes præcedunt Duces, alibi Principes Ducibus inferiores iudi-

iudicantur. Quare Duces filios suos Principes appellant; & Principes Mirandulæ, & Sabuloneti Ducis nomen ab Imperatoribus emerunt. Hos autem tibi sub vnum aspectum sistimus qui à nemine pendent nisi fortè ab Imperatore, & in suis titulis *Tales Dei gratiâ* inscribuntur, dicuntur *Serenissimi*, atque *Altitudinis* appellatione cohonestantur.

Italiæ Principum Synopsis.

PRINCIPES EXTERI.

- **AVSTRIACVS**
  - Comitatus Goritiensis: *Comté de Goritz*:
  - Pars Foroiuliensis, Pars Istriæ: *Parties de Frioul & Istrie.*
- **REX FRANCIÆ**
  - Dominium Pinarolij: *Seigneurie de Pignerol.*
  - Principatus Monachij: *Principauté de Monaco.*
  - Tutela Casalij: *la Garde de Casal au Montferrat.*
  - Status Populonius & Iluæ: *l'Estat de Piombino & d'Elbe.*
- **HELVETII**
  - 4. Helueticæ Iurisdictiones: *les quatre Bailliages d'Italie.*
- **GRISONES**
  - Vallis-Tellina: *la Val-Telline.*
- **EPISCOPVS TRIDENTINVS**
  - Partim in Germaniâ, partim in Italiâ: olim in Familiâ *des Mandruzzi*, nunc *des Lodrone.*

Cæteri creduntur indigenæ.

POTENTISSIMI.

- **PONTIFEX MAXIMVS**
  - Status Pontificius, *Stato della Chiesa*, complectens vndecim Regiones.
  - Comitatus Auenionensis, &c.
  - Supremum ius in Siciliam, Neapolitanum regnum, & Sardiniam.
- **REX HISPANIARVM.**
  - Regnum vtriusque Siciliæ
    - Cis Pharum
    - Trans Pharum.
  - Ducatus Mediolanensis: *Duché de Milan.*
  - Status Præsidij in Tusciâ, *Porto Hercole, &c.*
  - Cætera aut perdidit, aut veniunt in controuersiam.

MINUS POTENTES ITALIÆ PRINCIPES

- **MAGNVS DVX ETRVRIÆ** *le Grand Duc*, ex Medicæorum Familiâ
  - Ditio Florentina : *Florence.*
  - Ditio Pisana : *Pise.*
  - Ditio Senensis : *Sienne.*
  - Pars Iluæ vbi Cosmopolis.
- **SABAVDVS**
  - Ducatus Pedemontanus : *Piedmont.*
  - Comit. Nicæensis : *Nice.*
  - Marchionatus Salussiarum : *Saluce.*
  - Comit. Bogliensis : *Boglio*, ou *Beûil.*
  - &c. de quibus suo loco.
- **DVX MANTVANVS** *Gonzagarum.*
  - Ducatus Mantuæ : *Mantoüe.*
  - Ducatus Montisferrati : *Montferrat.*
  - Aliquot ditiones in Galliâ.
- **DVX MVTINENSIS** *Atestinorum* d'Est
  - Ducatus Mutinensis : *de Modene.*
  - Ducatus REGIENSIS : *de Reggio.*
  - Cum aliquot aliis ditionibus.
- **DVX PARMENSIS** *Farnesiorum.*
  - Ducatus Parmensis : *Parme.*
  - Ducatus Placentinus : *Plaisance, &c.*
  - Com. Castrensis : *de Castro.*
  - Com. Roncilionensis : *de Ronciglione.*

MINORES ITALIÆ

- **IN LONGOBARDIA.**
  - EX FAMILIA MANTVANA *Gonzagarum*
    - Dux Guastallæ : *Guastalla.*
    - Dux Sabulonetti : *Sabionette.*
    - Comes Nouellariæ : *Nouellare.*
    - Princeps Bossolensis : *Bossolo.*
    - Marchio Castilionæus Stiueræus : *Castiglione de la Stiuere.*
    - Dominus Solfarini : *Solfarino.*
  - DVX MIRANDVLANVS *Picorum*
    - Duc. Mirandulæ : *la Mirandole.*
    - Comit. Concordiæ : *Concordia.*
  - PRINCEPS MACERANI, in ditione Vercellensi inclusus : *Ferratiorum*, des Ferrati.
- **IN ORA GE-**
  - MARCHIO TORRELIÆ : ex Familiâ *Doriarum*, Doria, & Comes Ouensis *de Loüan*, item & Princeps Melphitanus, & Comes Coresæ in regno Neapolitano.
  - MARCHIO FINALII, olim *Carrerorum*, postea Sabaudi, nunc seruatur ab Hispano.

- **PRINCIPES.**
  - **...NVENSI.**
    - PRINCEPS MONACHII : *Prince de Mourgues , ou Monaco*, & Dux Valentiæ in Galliâ ; Grimaldorum : olim Marchio Campaniæ in regno Neapolitano.
  - **IN ETRVRIA.**
    - PRINCEPS MASSA *Ciborum* des Cibo.
      - PRINC. Maſſæ : *Maſſa.*
      - Comes Carreræ : *Carrera.*
      - Dominus Aniani : *d'Agnano dans le Piſan.*
      - Comes Florentiolæ : *Fiorenſiklo* in Vmbriâ.
      - Dux Aiellenſis : *d'Aiello* in Regno Neapolitano.
    - MARCHIO MALÆSPINÆ : *des Maleſpine*, in limite Genuenſi & Tuſco, vbi vrbs Forum Nouum *Foſdinouo*, cum 30. burgis circiter.
    - DOMINVS POPVLONII : *Seigneur de Piombino, & Iluæ Inſula :* Appianorum, *Appiani.*
    - COMES PETILIANI : *Petiglian*, Vrſinorum.
  - **IN DITIONE PONTIFICIA.**
    - Marchio Montenſis : *Del Monte*, ex Familiâ Montenſium.
    - MARCHIO Meldolæ,&Comes Sarſinæ in Romaniâ: *Aldobrandinorum*: des Aldobrandins.

- **RESPVBLICÆ ITALICÆ**
  - **MAGNÆ**
    - VENETA
      - In Italiâ 14. Prouincias obtinet.
      - In Albaniâ aliquid.
      - Inſulas Cretæ, Corcyræ,&c.
    - GENVENSIS
      - Ora Genuenſis : *la coſte de Gennes.*
      - Corſica : *la Corſe.*
  - **PARVÆ**
    - LVCENSIS in Tuſciâ : *de Luques.*
    - S. Marini in Ducatu Vrbinate : *S. Marino.*

§. 6. *De Tranſitu in Italiam.*

DE his egimus accuratè lib. ſuperiori vbi de Alpibus ; hîc tantùm proponemus pauca, & quibus recentior deſcriptio carere non debet. Incipimus à Varo fluuio , & ad Carinthiæ vſque limitem Alpes percurrimus.

ALPIVM TRĀSITVS EX GALLIA.	PRIMVS ad Varum Fl. qui bifariam diuiditur, *vnus* pergit ad mare, & Oram Genuensem legit, *alter* pergit ad montem vulgò *le Col de Tende.*
	SECVNDVS per montem Argentarium aperitur, vulgò *le Col de l'Argentiere.*
	Tres sequuntur alij minores, *primus* per valles *de Maire, & Veracte: alter* per Turrim *Mirebouc* in valles Subalpinas *d'Angrone, & Luserne: tertius* denique per Vesulum montem *Monte Viso*, vbi hic perfossus est ad iactum arcus, & ducit in Vallem Padanam, & Marchionatum Salussiarum; sed hic iam obturatus est.
	TERTIVS per Montem Genebræ, *Geneure*, ex Brigantio *Briançon* in vallem *Pragelas*, Perusam *la Perouse*, ad Pinarolium *Pignerol*, iam Gallorum operibus pulcherrimus omnium atque facillimus, per quem & tormenta bellica, & currus subuehi queunt.
	QVARTVS per Cenisium, seu Cinereum Montem *le Mont Cenis*, per quem Segusionem *Suse* deuenitur.
	QVINTVS per Cremonis iugum, seu *S. Bernardi Minoris* ex Tarentasiâ ad Tegulam *la Tuille*, & inde in Vallem Augustanam, *Val d'Aoste.*
EX VALESIIS.	PRIMVS ex Seduno *Sion* per vallem *d'Vren*, & Montem Arolam in vallem Penninam.
	SECVNDVS ex Octoduro *Martinach*, per vallem *Kumben.*
EX HELVETIIS.	Ex Pago Vritano *d'Vri* admodum difficilis; ex Altorfio per Vallem Inferorum Belinzonã deducit.
EX GRISONIBVS	PRIMVS per Curiam *Coire*, & Clauennam *Chiauen* ad lacum Comensem.
	SECVNDVS per Tellinam Vallem: *la Val-Telline.*
	Hinc quoque multæ viæ deducunt in agrum Venetum; & 15. in tabulis agri Bergomensis appellantur.
EX TIROLIO, & BAVARIA.	PRIMVS per Oenipontem *Inspruk*, montem *Bremmer*, Clusam *Chiusa*, & Bolsanum *Bolzan.*
	SECVNDVS per Tridentum, & lacum Bennacum, *de Garda.*
	TERTIVS per Brixinonem *Brixen*, in Feltrinensem agrum, & Bellunensem.

EX CARINTHIA
- PRIMVS per Villachum *Vilach*, secundùm Natisonem Fl. *Lisonzo.*
- SECVNDVS omnium amplissimus & capacissimus per syluam S. Gertrudis, munitus duabus munitionibus Gradisciâ & Goritiâ, inter quas tamen 10. aut 12. millia passuum intercurrunt: per hunc irrupere Gothi olim, & sub Baiazetho Turcæ; quare Veneti hoc spatium munire vallo & fossâ conati erant, ac demum cautiùs huic parti Palmam vrbem Europæ, vt putant, munitissimam obiecerunt.

§. 7. *De Monte Apennino.*

ALPES supra Nicæam Massiliensium montem emittunt, qui vniuersam Italiam in duas partes secat, rectà excurrens Anconam vsque, sed ex se varia emittens iuga sub variis nominibus, & aliquando sub nomine Apennini, & tandem in vtrumque mare desinit ad Promontoria *S. Mariæ di Leuca*, & *Punta Saëtta*. Eius pars editissima dicitur à Nautis *Punta di Talo*: vias aliquas aperit, quarum celeberrima olim per Vespasianum aperta vt Flaminiam viam interruptam continuaret, de qua egimus in antiquâ Geogr. Eum quoque secat Aufidus fluuius *l'Offanto*, vt in Apuliâ diximus, & postea iterum expendemus.

§. 8. *De præcipuis locis Italiæ.*

NVM. I. *Ciuitates nobiles, & earum Epitheta.*

ROMA *la Santa*: Rome *la Saincte*, sic dicta, *quoniam Ecclesiæ Catholicæ prima sedes, quæ sancta & multorum Martyrum sanguine tincta fuit aliquando.*

NEAPOLIS: *Napoli la Gentillé*; Naples la Noble. *Scilicet in eâ ferè commoratur totius regni nobilitas.*

FLORENTIA: *Fiorenza la Bella*; Florence la Belle. *Eâ enim vrbe nulla cultior, nulla venustior.*

GENVA: *Genoa la Soperba*; Gennes la Superbe, *vel* la Magnifique. *ob superbissima Palatia, & ædes marmoreas.*

MEDIOLANVM: *Milano la Grandé*; Milan la Grande. *Dicitur enim*

octo millia passuum ambire muris suis, & ducenta ac triginta hominum millia capere.

RAVENNA: *Rauenna l'Antica;* Rauenne l'Ancienne. *Quo nomine vocatur à Claudiano; & verò à Thessalis condita ante Troiæ ἄλωσιν.*

VENETIÆ: *Venigia la Ricca;* Venise la Riche. *Vel ob Ærarium Sancti Marci, vel quia hîc ditissimi Mercatores, & Orientis diuitiis ciuitas hæc locupletata est.*

PATAVIVM: *Padua la Dotta;* Padoüe la Docte. *Ob nobilem Academiam, & eruditorum ciuium multitudinem.*

BONONIA: *Bologna la Grassa;* Boulogne la Grasse. *Est enim in loco feracissimo totius Italiæ collocata.*

NVM. 2. *Italiæ oppida multis ciuitatibus anteferenda.*

CREMA in Longobardia: *Creme en Lombardie;* ditionis Venetæ.

PRATVM in Tuscia: *Prato en Toscane;* Magni Ducis.

FABRIANVM in Marchia Anconitana: *Fabriano dans la Marche d'Ancone;* Summi Pontificis.

BARVLVM in Apuliâ: *Barlette en la terre de Bari;* in regno Neapolitano.

NVM. 3. *Academiæ Italicæ.*

IN STATV VENETO	Patauium: *Padua;* Padoüe, ou Pade. Venetiæ: *Venigia*, Venise.
IN PEDEMONTIO	Augusta Taurinorum: *Turino;* Turin.
IN DVCATV MEDIOLANENSI	Ticinum, seu Papia: *Pauia;* Pauie.
IN ETRVRIA	Sena: *Sienna;* Sienne en Toscane. Pisæ: *Pisa;* Pise.
IN STATV PONTIFICIO	Bononia: *Bologna;* Boulogne. Roma: *Rome.* Ferraria: *Ferrara;* Ferrare. Firmum: *Fermo* en la Marche d'Ancone. Macerata: *Macerate* en la mesme Marche.
IN REGNO NEAPOLITANO	Salernum: *Salerno;* Salerne. NEAPOLIS: *Napoli;* Naples.

§. 9. *Diuiſio recens Italiæ.*

NVM. I. *Diuiſiones recentes Italiæ quæ iam obſoleuerunt.*

SACRI CODICIS ROMANI
In XII. *Prouincias,* Apud Volaterranum.

1. MARCHIA TARVISANA, ſeu *Venetia.*
2. ISTRIA cum *Foroiulienſi agro.*
3. LANGBARDIA, ſeu *Gallia Tranſpadana.*
4. LIGVRIA.
5. ROMANDIOLA, *Gallia Ciſapennina;* fortè *Ciſpadana.*
6. DVC. SPOLETINVS, qui *Vmbria.*
7. APRVTIVM, quod *Samnium.*
8. CAMPANIA, ſiue *Latium.*
9. TERRA LABORIS, quæ LEPORIA, ſeu *Campania propria.*
10. CALABRIA, quæ & *Lucania.*
11. APVLIA.
12. TERRA HYDRVNTINA, quæ *Salentinorum ſedes.*

BLONDI
In XVIII.

1. LIGVRIA.
2. ETRVRIA.
3. LATINA, ſeu *Campania maritima.*
4. VMBRIA, quæ *Ducatus Spoletinus.*
5. PICENVM, quod *Marchia Anconitana.*
6. ROMANDIOLA, *olim Flaminia.*
7. ÆMILIA.
8. GALLIA CISALPINA, quæ *Langbardia.*
9. VENETIA.
10. ITALIA TRANSPADANA, quæ *Marchia Taruiſana,* vel *Aquileienſis,* vel *Foroiulienſis.*
11. ISTRIA.
12. SAMNIVM.
13. TERRA LABORIS, quæ *Campania vetus.*
14. LVCANIA.
15. APVLIA.
16. SALENTINI, ſeu *Terra Hydruntina.*
17. CALABRIA.
18. BRVTII.

LEANDRI
In XIX.

1. LIGVRIA, quæ *ora Genuēſis.*
2. ETRVRIA, quæ *Tuſcia.*
3. VMBRIA, quæ *Ducatus Spoletinus.*
4. LATIVM, quod *Campania Romana.*
5. CAMPANIA FELIX, quæ *Terra Laboris.*
6. LVCANIA, quæ *Baſilicata.*
7. BRVTII, ſeu *inferior Calabria.*
8. MAGNA GRÆCIA, quæ *Calabria ſuperior.*
9. SALENTINI, ſeu *Terra Hydruntina.*
10. APVLIA PEVCETIA, quæ *Terra Bariana.*
11. APVLIA DAVNIA, quæ *Apulia Plana.*
12. SAMNITES, nũc *Aprutiũ.*
13. PICENVM, quod *Marchia Anconitana.*
14. FLAMINIA, quæ *Romaniola.*
15. ÆMILIA, quæ *Langbardia Ciſpadana.*
16. GALLIA TRANSPADANA quæ *Lãgbardia Tranſpadana.*
17. VENETIA, quæ *Marchia Taruiſana.*
18. FORVMIVLII, ſeu *Patria.*
19. ISTRIA.

NVM. 2. *Recepta nunc Italiæ Diuisio Methodica.*

Italia Septentrionalis, olim Gallia Cisalpina.

- RESPVBLICA VENETA.
  - VENETIA.
    - ISTRIA, Caput Istriæ: *Cabo d'Istria.*
    - FOROIVLIENSIS ager, Vdinum: *Vdena.*
    - ANTIQVA MARCHIA TARVISANA — Venetiæ: *Venise.*
    - POLESINVM RHODIGINVM, Rhodigium: *Rouigo.*
  - DITIO LONGOBARDICA
    - Territoria
      - PATAVINVM, *le Padoüan.* Patauium: *Padoüe.*
      - VERONENSE, *le Veronois.* Verona: *Verone.*
      - VICENTINVM, *le Vicentin.* Vicẽtia: *Vicenze.*
      - BRIXIANVM, *le Bressan.* Brixia: *Bresse.*
      - CREMENSE: *le Cremasque.* Crema: *Creme.*
      - BERGOMENSE, *le Bergamasque.* Bergomum: *Bergamo.*
- DITIONES PRINCIPVM LONGOBAR-
  - DVCATVS MEDIOLANENSIS, *le Milanois.* Mediolanum: *Milan.*
  - DITIO SABAVDICA *le Piedmont.*
    - PEDEMONTIVM, *Piedmont.* Taurinum: *Turin.*
    - COM. NICÆÆ. NICÆA: *Nice.*
  - DITIO DOMVS MANTVANÆ *le Mantoüan.*
    - DVC. MANTVANVS.
    - DVC. MONTISFERRATI.
    - Ducatus Guastallæ: *Guastalle.*
    - Duc. Sabuloneti: *Sabionette.*
    - &c.
  - DITIO MVTINENSIS *le Modenois.*
    - DVC. MVTINENSIS. Mutina: *Modene.*
    - DVC. RHEGIENSIS. Rhegium: *Reggio.*
    - PRINC. CARPENSIS. *Carpi.*
    - Regio FRINIANA, *la Frignane.* Sestula: *Sestolo.*
    - Regio CARFINIANA, *la Carfagnane. Castro Nuouo.*
    - &c.
  - DITIO PARMENSIS
    - DVC. PARMENSIS. Parma: *Parme.*
    - DVC. PLACENTINVS Placentia: *Plaisance.*
    - Status PALAVICINI: *Burgo San-Donino.*

le

DIÆ.
- *le Parmesan.*
  - PRINC. LANDENSIS. *Landi.*
  - &c.
- DVCATVS MIRANDVLANVS. Mirandula: *Mirandola.*
- *Et aliquot Principum ditiones his insertæ.*

ORA GENVENSIS, *la Coste de Gennes.*
- RESPVBLICA GENVENSIS
  - Ora Orientalis, Genua: *Genes.*
  - Ora Occidentalis, Sauona: *Sauone.*
- PRINCIPES
  - Monachij: *Monaco,* seu *Mourgues.*
  - Oneliæ: *Oneglia.*
  - Finarij: *Final.*
- MARCHIO TORELIÆ: *Toreglia.*
- DITIO PONTREMVLENSIS: *Pontremoli.*


Italia Meridionalis, olim Vera Italia.

TVSCIA, seu ETRVRIA, *la Toscane.*
- DITIO MAGNI DVCIS
  - IN CARFINIANA: *Petra Santa.*
  - AGER FLORENTINVS: *le Florentin.*
  - AGER PISANVS: *le Pisan.*
  - AGER SENENSIS: *le Sienois.*
- RESPVBLICA LVCENSIS. Luca: *Luques.*
- INSERTÆ DITIONES
  - PATRIMONIVM S. PETRI, vbi Ducatus *de Castro,* &c.
  - DOMINIVM PLVMBINENSE: *Piombino.*
  - STATVS PRÆSIDII: *Porto Hercole, Orbitello,* &c.
  - ILVA Ins. *Elbe,* Gallorum, & Magni Ducis.
  - *Et aliquot ditiones Principum.*

DITIO SVMMI PONTIFICIS,
- CAMPANIA ROMANA. Roma: *Rome.*
- Patrimonium S. Petri in TVSCIA. Viterbium: *Viterbe.*
- AGER SABINVS *Sabio.* Maglianum: *Magliano.*
- AGER ORIVETANVS. Oriuetum: *Oruieto.*
- COM. Ciuitatis CASTELLANÆ. *Ciuita Castellana.*
- VMBRIA, seu DVC. SPOLETINVS. Spoletum: *Spoleto.*
- DVCATVS VRBINAS. Vrbinum: *Vrbino.*
- MARCHIA ANCONITANA. Ancona: *Ancone.*
- ROMANDIOLA. Rauenna: *Rauenne.*
- AGER BONONIENSIS, *le Boulonois.* Bononia: *Bologne.*


LA PARTIE SEPTENTRIONALE DITALIE
GOLPHE DE VENISE
MER DE GENNES
MER DE TOSCANE




LE ROYAVLME DE NAPLES
MER DE TOSCANE
MER DE GRECE
PARTIE DU GOLPHE DE UENISE
ISLES DE LIPARI
PARTIE DE SICILE
ALBANIE
PARTIE DE DALMAC
Salerne
Bari
Otrante
38
39
40
41
42
43

- *Stato della Chiesa.*
  - Dvc. Ferrariensis, *le Ferrarois.* Ferraria: *Ferrare.*
  - *Et aliquot insertæ ditiones Principum, qui à Pontifice pendent.*

- REGNVM NEAPOLITANVM, *le Royaume de Naples.*
  - Campania Felix. *Terra di Lauoro.* Neapolis: *Naples.*
  - Principatvs, *Principato*
    - Citerior. Salernum: *Salerne.*
    - Vlterior. Beneuentum: *Beneuent.*
  - Apuliæ nomen iam defecit
    - Capitanata, *la Capitanate.* Manfredonia.
    - Ter. Bariense. Barium: *Bari.*
    - Ter. Hydrvntinvm. Hydruntum: *Otranto.*
  - Aprvtivm, *l'Abruzzo*
    - Citerivs. Lancianum: *Lanciano.*
    - Vlterivs. *Aquila.*
  - Com. Molissinvs. Boianum: *Boiano.*
  - Basilicata. Acherontia: *Cirenza.*
  - Calabria, *la Calabre*
    - Citerior. Consentia: *Cosenza.*
    - Vlterior: *San Seuerina.*
  - Insvlæ
    - Boreales. Diomedeæ: *de Tremitti.*
    - Avstrales
      - Ænaria: *Ischia.*
      - Capreæ: *Capri*, &c.

- SICILIA, *la Sicile.*
  - Vallis Demona. Messana: *Messine.*
  - Vallis Noto. Syracusæ: *Syracuse.*
  - Vallis Mazara. Panormus: *Palerme.*
  - Insulæ ad Siciliam
    - Boreales, Lipara: *Lipari*, &c.
    - Occidentales, Leuentia: *Leuenzo*, &c.
    - Australes, Melita: *Malte*, &c.

- SARDINIA, *la Sardaigne.*
  - Pars Borealis. *Cap di Lugodori.* Algara: *Algier.*
  - Pars Avstralis. *Cap di Caglier.* Calaris: *Caglier.*

- CORSICA, *la Corse.*
  - Cismontana. *Banda di qua Monti.* Bastia.
  - Vltramontana. *Banda di la Monti.* San Bonifacio.
  - Latvs Interivs. *Banda di dentro.* Ampugnana.
  - Latvs Exterivs. *Banda di fuora.* Aiazzo.

CAPVT II.

De Republica Veneta.

RERVMPVBLICARVM longè celeberrimam proponimus hoc capite, cuius ſapientiam Ottomanicis furoribus & multitudini Deus Opt. Max. oppoſuit, ne Italiam Chriſtianitatis arcem hoſtis Chriſtiani nominis aggrederetur. Cui ſubditi populi diuites, quieti, ſui iuris ſummâ felicitate perfruuntur. De cuius ſenatoribus veriùs pronunciare poſſumus, quod Pyrrho Cyneas de Romanis apud Plutarchum, ὡς ἡ σύγκλητος αὐτῷ βασιλέων πολλῶν συνέδριον φανείη, *quòd Senatus ipſi Regum conſeſſus viſus eſſet.* De hac pauca delibabimus ex eruditiſſimis ſcriptis quæ omnium penè manibus teruntur, editis à Gaſpare Contareno Patricio Veneto, & Donato Iannotio Florentino.

§.1. *De ſtatu Veneto in genere.*

NVM. I. *Nomen & Origo Venetæ Reipublicæ.*

CERTVM eſt à Venetis accepiſſe nomen, de quibus egimus præcedente libro: quomodo autem hoc nomen vrbi celeberrimæ, & Reip. capiti acceſſerit paucis expediendum eſt.

Attilâ cum ſuis Hunis, vel Hungaris Aquileiam obſidente, & circumpoſitas deuaſtante regiones, Patauini, vt ait Blondus, & fortè aliquot alij populi vicini, theſauros Eccleſiarum & diuitias ſuas circa annum Chriſti 422. 7. Kal. April. detulere in eum locum vbi multæ Inſulæ anguſtis alueis ab ſe inuicem diſiunctæ ſenſim ex limo per flumina deuecto accreuerant; erántque volucrum marinarum ſedes, & aliquot piſcatorum, quos huc copioſa piſcatio alliciebat ex fluminibus placido meatu circa has Inſulas decurrentibus. Earum Inſularum vna Ripalta dicebatur, ad quam primi incolæ conſedere, ac Patauini deſtructo Patauio per Attilam Aquileiæ domitorem cõfugere ad liberos ſuos, & vxores, quibus adiuncti ſunt incolæ aliarum vrbium Aquileiæ, Opitergij, Cõcordiæ, &c: quas eodem furore Hunus euerterat. Hic conuenarum aduentus cadit in an. Chr. 456. vnde factum, vt duplex vrbis



LA SEIGNEVRIE DE VENISE
LA GRANDE ALLEMAIGNE.
CARINTHIE.
CONTE DE TIROL
LES GRISONS.
GOLPHE DE VENISE.

Venetæ constituatur exordium, primum ad primam immigrationem, alterum ad excisam Aquileiam dirutúmque Patauium. Creuit potissimùm ex Gothorum & Longobardorum tyrannide, atque tumultibus, & tam multi huc confluxere Clefo Longobardo in Mediolanenses, Ticinenses, Veronenses & Vicentinos sæuiente, vt tum vrbs condita de nouo videri posset. Cæterùm non vno in loco consedere illi exules; sed 22. circiter condidere oppida quibus singuli Tribuni præficiebantur à quibus iura petebant: sed cùm tantam Rectorum multitudinem publico bono nocere experientiâ diuturnâ didicissent, elegere Ducem anno Christi 697. qui omnibus cum potestate præesset, quem voce patria *Doge* dixere. Hic primùm Heracleam vrbem incoluit, mox Metamaucum *Metamocco*, denique Ripaltam, seu Venetias. Dux ille primùm ad libitum suum Remp. administrabat, sed cùm νομίμως non imperaret, selectus est equitum Magister Ducis loco, qui magistratus non vltra quinquennium tenuit: at Duces vt antè selecti sunt; qui quia non sine tumultu & cædibus ad hunc magistratum euehebantur, tandem anno Christi 1292. ea est inducta forma quæ hactenus cum magno Reip. commodo seruata est: de qua postea in Politiâ.

NVM. 2. *De incremento Reip. Venetæ.*

VENETI iam mari terráque potentes ante annum 1060. aliquot in Istriâ & Dalmatia loca occuparunt, sed ditiones illæ & Prouinciæ quæ Statum Venetum conficiunt eo pacto in Dominium Reip. transiere.

MARCHIA TARVISANA: *la Marche Taruisane*, tota cum primariâ suâ vrbe Taruisio venit in potestatem Venetorum an. 1388. & in fide perstitit etiam post cladem Ripaltinam. Hæc Regio primùm Gothis cesserat, vnde expulsi sunt à Lõgobardis, qui hîc Marchionis sedem posuerant; quibus deuictis Imperatoribus Occidentis cessit, & Regibus Italiæ, postea Actiolino tyranno, postea Ricardo Caminati, inde Carrariensibus, postmodum Scaligeris, à quibus ad Venetos deuoluta est anno supradicto.

DVCATVS FOROIVLIENSIS, vnà cum MARCHIONATV ISTRIÆ, *le Frioul, ou Friul, & l'Istrie*: Imperatoribus & Regibus Italiæ paruit. Otho III. Imperator dedit Patriarchæ Aquileiensi quid,

quid interiacebat inter fluuios Liuentiam, & Piauam: addidit postea Conradus Imp. vniuersum Ducatum Foroiuliensem, & Marchionatum Istriæ, quorum partes cùm iampridem Veneti decerpsissent, & omnia sibi armis vindicarent, Ludouicus Paduanus cum iis transegit 1420. accepitque annuæ pensionis nomine tria millia Ducatorum aureorum, retentis tantùm ditionibus Aquileiæ, S. Viti, & S. Danielis. Austriacus tamen in agro Foroiuliensi seruat Comitatum Goritiæ, & multa loca Istriæ.

Patavinvs Ager: *le Padoüan*, ab Imperio deuolutus est ad Actiolinum tyrannum, ex eo ad Carrariensem vrbis Capitaneum, postea & Scaligeris Cani, & Mastino, iterum Carrariensibus quorum possessionem nõnihil interrupere Duces Mediolanenses, tandem Francisco II. Carrariensi, qui Scaligeros interemerat, à Venetis capto, & supplicio affecto 1403. hic ager factus est Veneti iuris vsque ad annum 1509. cùm post Ripaltinam cladem à Maximiliano occupatus est, sed paulò pòst à Venetis receptus est.

Veronensis Ager: *le Veronois*, post Actiolinum tyrannum Scaligeris paruit: quorum maxima potentia fuit, nam obtinuere Brixiam, Parmam, Lucam, & Opitergium: sed deiecti sunt primò à Ducibus Mediolanensibus, & postea à Carrariensi Francisco II. qui cùm fraude Scaligeros oppressisset, vt prædiximus, à Venetis captus Patauium & Veronam perdidit, & hic ager factus est Venetæ ditionis 1403. frustrà renitente Duce Mediolanensi: occupatus quoque est à Maximiliano, sed is statim deiectus fuit.

Vicentinvs Ager: *le Vicentin*: Cessit Carrariensibus Patauinis, Scaligeris Veronensibus, Galeatiis Mediolanensibus, ac demum Venetis; nonnihil per Maximilianum interruptâ possessione.

Brixianvs Ager: *le Bressan*, eiectis Longobardis Francos agnouit dominos, quorum & nomen seruat in regiunculâ quæ *Francia curta* adhuc vocatur. Cùm laboraret Brixia factionibus Guelforum & Gibellinorum à Mastino Scaligero occupata est, quo pulso Galeatiis Mediolanensibus paruit, & deinceps variis dominis, donec an. 1426. pertæsa Philippi Mariæ Mediolanensis Ducis acerbitatem sese dedidit Venetis: post Ripaltinam cladem Ludouico XII. victori cessit, à quo data Maximiliano Imp. postea Carolo Hispaniæ Regi, ac demum Francisco I. Franciæ Regi à quo an. 1517. Venetis restituta est, cum agro suo.

Bergomensis Ager: *le Bergamasque*, post communes illius Re-

Regionis vrbibus vices an. 1262, Philippo Turriano paruit, variósque vrbs experta dominos etiam vendita est Pandulfo Malatestæ 30. aur. mil. erepta est eidem à Philippo Maria Duce Med. 1419. à quo post nouem annos defecit ad Venetos, & post cladem Ripaltinam eisdem erepta, postea restituta est eisdem 1516.

CREMENSIS AGER: *le Cremasque*, ditio fuit Ducis Mediolanensis ad annum 1405. quando vrbem Cremam Benzonus tyrãnus occupauit, cui erepta est à Philippo Maria Mediolanensi 1419. à quo defecit cum aliis vrbibus ad Venetos an. 1428. post Ripaltinam cladem malè à Francis accepta, sed reddita Venetis egregiè exculta est.

POLESINVS RODIGIVS: *le Polesin de Rouigo*, pars Romandiolæ, & Ducatus Ferrariensis occupatus est à Venetis sub Hercule I. Duce Ferrariæ circa annum 1500. qui ex fœdere hunc eis agrum relinquere coactus est. Post Ripaltinam cladem sub Lud. XII. Alfonsus Dux hanc partem ditionis suæ recuperauit, sed paulò pòst Veneti hunc sibi tractum in perpetuum vindicarunt.

NVM. 3. *Quantitas Ditionis Venetæ.*

LONGITVDO eius maxima procedit ab Addua Fl. paulò postquam exiit ex Lario lacu, *le lac de Come*, circa Olginam in Ducatu Mediolanensi, ad Flumen vrbem Croatiæ & Fluuium, Istriæ limitem: quæ distantia admota maiori circulo dat circiter 240. millia pass. leucas Nostrates 120. Germanicas 60.

LATITVDO verò procurrit ab oppido *Policellâ* in Polesino Rodigino ad fontes Fl. Anaxi, seu *Piauæ*, quæ cùm duorum sit graduum ferè, dat quoque longitudinis partem dimidiam 120. mil. passuum, 60. Francicas leucas, Germanicas 30.

NVM. 4. *Qualitas Venetæ Ditionis.*

DVCATVS: *le Dogado*, aëris est saluberrimi licèt in paludibus, ob ventos Orientales qui ferè semper isthic regnant. Aquâ caret & vtitur tantùm importatâ, si vnicum puteum S. Nicolai Ripensis excipias, qui copiosissimas aquas sufficit, etiam totis classibus. Caret frumento, sed piscibus abundat, & eorum copiâ propè ad miraculum.

Marchia Tarvisana, pulcherrima regio frumenti, & vini feracissima, vnde & ligna ad naues; ex Belunensi agro & Feltrino ferrum ad arma, & naualia: tota egregiè rigua est.

Foroiuliensis Ager: *le Frioul*, seu *le Friul*, admodum riguus est, frumenti parum fertilis: Moros plurimas alit ad sericum: vinum quoque generosissimum emittit, & omnis generis fructus exquisiti saporis.

Istria cælum habet grauissimum maximè ad oram maritimam, quæ ideo parum culta, licèt multis aucta priuilegiis. Abundat oleo, & vino exquisitissimis: dat quoque ligna ad nauium fabricam: & quia læta hîc pascua carnes sufficere dicitur Venetiis. Hinc quoque salis plurimum Venetias deportatur.

Polesinvs Rodiginvs, *le Polesin de Rouigo*: ita dictus est quasi Peninsula: quia vallatur fluuiis Pado, Athesi, Tartaro, & Castagnone. Sabellicus tamen lib. 1. Decadis 4. rerum Venetarum, ait primò dictum *Polynesum* quasi magnam Insulam, & vocem corruptam esse per metathesin in *Polesinum*: omnino ferax, quare *Minor Apulia*, dicitur ob frumentum, & armenta quæ hinc exportantur, vel educuntur. Nobiles Veneti huius tractus agros plurimi faciunt, licèt Padi inundationes nouis subinde aggeribus opponendis magnos sumptus exigant, quos nonnisi ægrè nobiles illi faciunt.

Patavinvs Ager: *le Padoüan*, quàm sit fertilis docet prouerbium, *Bologna la Grassa, ma Padoüa la passa*: certè quoad frumentum Venetias alere perhibetur. Hinc quoque vini plurimum educitur ex montibus; canabis multum Resp. tollit ad rem nauticam; regio tam rigua est, vt nullus locus à fluuiis & incilibus plus 5. millibus absit. Laudantur quoque balnea Patauina ad multos morbos: vno verbo tam amœna, tam pulchra regio, vt magnam eius partem iam sibi Veneti nobiles compararint, vbi multa palatia, & villas magnificas extruxere.

Vicentinvs Ager, *le Vicentinois*, fructibus potissimùm abundat, & maximè pomis & piris, quare vulgò dicitur, *Hortus Venetus*. Mori hîc quoque plurimæ feliciter crescunt ad sericum. Ferrum quoque sufficit, & argenti nonnihil. Macellum quoque Venetum dicitur ob armenta & pecora, itémque feras, quæ hîc passim capiuntur.

Veronensis Ager: *le Veronois*, purissimi aëris est atque subti-

lissimi. De eius balneis & medicatis aquis dicemus in Admirandis. Eius ager partim sterilis & asper, partim planus & fertilis. Flores & herbas montis Baldi medici faciunt plurimi. Æris quoque aliquid ex eodem monte effoditur. Vini plurimum reddit, frumenti minus, & tantùm in aliquâ sui parte. Pascuis quoque lætissima hæc regio est, & pisces ei plurimos Benacus lacus suppeditat.

BRIXIANVS AGER: *le Bressan*, temperatissimi aëris est, egregiè riguus & fertilis, quibus accedit incolarum industria & labor: diceres singulos agros totidem hortos esse: nihil hîc incultum: vbique aut vites, aut frumenta, aut lina. Ferrum & æs reddunt eius valles: certè in valle Tropiâ quotidie ferro eruendo, coquendo, purgando 300. homines vacant. Hinc quoque eruuntur alabastrum, iaspis, marmor nigrum, vulgò *le Parangon* exquisitæ nigredinis, & lucidæ: quare speculi vices implet.

BERGOMENSIS AGER: *le Bergamasque*, partim sterilis, partim ferax: deficit hîc frumentum, quam penuriam vino suo redimunt indigenæ. Hinc quoque pecora plurima, & armenta Venetias, & Mediolanum deducuntur. Magni fiunt cotes Bergomates, & molares: eruuntur hinc quoque marmor & ferrum, & hîc feliciùs quàm in vllâ parte Italiæ proueniunt castaneæ.

CREMENSIS AGER: *le Cremasque*, fertilissimus est, & egregiè riguus; quare hinc lina exquisitissima deportantur. Frumento etiam abundat & vino, vitibus ad arbores enitentibus.

NVM. 5. *De Moribus Venetorum.*

AD res gerendas ex consilio nati videntur esse Veneti, ac penè infantes de Rep. disserunt quasi omnem ætatem in Senatu contriuissent. Ad nauigationes in primis idonei sunt, quare olim mercium Orientalium vni fuerunt arbitri, & iis ad magnam potentiam atque diuitias peruenerunt. Quisquis hîc excellit in arte aliqua diues erit, hîc pictores celeberrimi, & omnis generis experientissimi artifices. Vestium formam sæpe mutarunt tam viri quàm fœminæ. Hîc sericeæ vestes singulari si vsquam elaborantur artificio. Effunderentur in epularum luxum, nisi leges & censores obsisterent. Ducis mortui funus Senatores in purpureâ veste cohonestãt, non in pullâ; quia Resp. innuit se habere plures defuncto pares,

ac proinde indignum esse, vt publicè dolorem suum profiteatur. Academiæ duæ rei equestris Vicentiæ, Academia literarum nobilissima Patauij. Vltionis appetentiores vulgò creduntur Veneti, hoc Itali omnes vitio familiari laborant, sed Vicentini cæteris præcellunt, qui locum dedere Prouerbio de *Assasinis Vicentinis.* Vanissimi audiunt Vicentini, Veronenses, Patauini. Vicentinorum plerique se Comites vocant, Veronenses Marchiones, Paduani Doctores: quare ab ipsis Venetis meritò irridentur. Veronenses nobiles non tantùm monomachiâ, sed etiam aliquando iustis propè præliis lites suas dirimunt. Brixiani artem muniendarum arcium, & cuniculorum egregiè callent, & milites optimi iudicantur à Venetis, stationísque tenacissimi: lingua Bergomatum agrestior, quare in comœdiis plerumque adhibetur, & ab *Zanis* qui populo risum ciere volunt.

NVM. 6. *De Politiâ Venetorum.*

STATVS Reip. Venetæ videtur esse ex Monarchico, Aristocratico, & Democratico temperatus: Regis saltem simulachrum in Duce seruat, Aristocratiæ formam exhibent Optimates, Democratiam ex vniuerso ciuium conuentu plures aduocati ad Reip. administrationem.

DVX, vulgò *le Doge,* à Consilio magno selectus, ad totam vitam Regiæ Maiestatis cultum præfert; hic serico semper, & purpurâ vestitus, aureo interdum pallio, capite redimito mitrâ quæ in cornu assurgit, quod insigne eius quoque vxori conceditur. Sedet quoque Regis instar in Throno, & famulos habet suos atque Aulicos quos *Donzellos*, hoc est Domicellos vocant. Dum procedit in publicum cum 8. vexilla præcedunt, sex item tubæ argenteæ vlnarum trium inflantur, eíque fax & ensis præferuntur. Eius nomine & figurâ omnis moneta percutitur. Omnes eum stantes alloquuntur & aperto capite, omniáque negotia eius nomine expediuntur. Prouidet vt omnes Magistratus fungantur officio suo, sed ne insolescat, & regiam dignitatem affectet, habet sibi adiunctos consiliarios, & nihil solus efficere potest, in consilio nihil amplius potest quàm vnus ex consiliariis. In comitiis consanguineo suo, aut gentili suffragari non potest. Vno verbo omnis ei potestas adempta abutendi dignitate suâ.

SENATVS ex 120. Senatoribus constat, ex iis ordinarij 60. Adiuncti vulgò *della Gionta* totidem; his tamen pari iure adiunguntur Dux, eius Consiliarij sex, Præconsultores, Decemuiri, & aliquot alij; sic vt 220. excedant. Hi omnes Reip. administrandæ curam habent; de pace bellóque decernunt, pecunias imperant, & tributa, Legatos ad exteras gentes eligunt, &c.

DECEMVIRI sunt numero 17. adiuncto Duce, & sex Consiliariis eius, ex quibus singulis mensibus tres sorte eliguntur vulgò *Capi de Dieci*, qui ius habent cogendi Decemuirale collegium. Vnà cum Duce omnia quæ spectant ad Remp. administrant: eorum 4. minimùm literarum publicarum autographo subscribere debent, res magni momenti ad Magnum Consilium deferunt; eliguntúrque magni Consilij suffragiis. Statuunt de factionibus, discordiis, adulteratâ monetâ, pæderastiâ, & atrocioribus criminibus cum summâ potestate.

SENIORVM CONSILIVM, seu PRÆCONSVLTORVM constat ex 16. Senatoribus, & in tres ordines distribuitur. *Primus ordo* continet 6. Senatores, vulgò *Sauij Grandi*, hoc est Magni Sapientes qui aliis dignitate, & experientiâ præcellunt. *Secundus* ex 5. vulgò *Sauij di terra ferma*, hoc est Sapientes continentis, & hi maximè curam habent militum qui Reip. stipendiis aluntur. *Tertius ordo*, ex quinque iunioribus, sed eruditis, vulgò *Sauij de gl'Ordini*, qui de rebus maritimis ad Senatũ referunt. Iis omnibus adiungitur Princeps, Consiliarij sex, Triumuiri quadraginta virûm, & aliquot alij, sic vt conficiant 136. omnes Senatores, & Patricij, & tantùm semestrem magistratum gerunt.

CONSILIVM MAGNVM ex vniuerso Patriciorum conuentu constat qui annum 20. attigerunt, modò probent se susceptos ex legitimo matrimonio per duos testes omni exceptione maiores, & pater aut mater, vel iis vitâ functis proximus consanguineus iuret 20. annum expleuisse, ij omnes eliguntur sorte in festo S. Barbaræ 4. Decemb. quòd si sors eis non fauerit expectant ad annum ætatis 25. Olim numerati sunt 4500. nunc vix 1500. & in rebus alicuius ponderis minimùm 600. debent adesse. Hi omnes ferunt aut abrogant leges, Ducem eligunt, & omnes magistratus vrbanos, & exteros communibus suffragiis.

CANCELLARIVS eligitur ad totam vitam ex municipibus, non ex patriciis, sed suffragiis Magni Consilij. Maximo in honore est,

equestri dignitate donatur, & à quouis Patricio ei deceditur loco, præterquam à Procuratoribus D. Marci. Nullum Reip. secretum eum latet; magnos reditus accipit ab Ærario, & cùm moritur oratione publicâ laudatur, quod Duci tantùm inter Patricios conceditur; atque ita Ducem ex populo videtur referre. Ex iisdem municipibus eliguntur quoque scribæ, & à secretis omnium collegiorum atque consiliorum, atque ita populus venit in partem administrationis; saltem in ditissimis ordinis sui, sola fæce populi, quam *plebem* vocant, exclusâ. Infinitum esset recensere Magistratus omnes, & Præfectos, quibus illa Respublica vtitur: dico tantùm diuidi in *Vrbanos*, & *Exteros*. *Exteri* gubernant vrbes & oppida; & sunt, vel *Præfecti*, vulgò *Potesda*, aut *Gubernatores*, aut *Castellani*, aut *Prouisores*, vulgò *Prouidedor* aut *Prouidador*, aut Magistri Cameræ *Camerlingo*: aut certè exercitibus, & classibus præficiuntur. *Vrbani* vel ius dicunt, vel pecunias publicas administrant, vel commoda Reip. curant, & inter eos eminent

Procvratores S. Marci, qui summâ & perpetuâ Senatorij ordinis dignitate perfruuntur, & ius suffragij cum legitimis Senatoribus habent in omnibus comitiis: eliguntur tantùm ex iis qui omnibus magistratibus sanctè perfuncti sunt. Digniori semper loco sedent, & ab omnibus etiam antiquioribus loco eis deceditur. In tres classes diuisi sunt, & singulis classibus tres præsunt. *Primæ classis* Procuratores curant templum Augustissimum D. Marci: *Secundæ classis* dicuntur *veteris Procuratoriæ Administratores*, & pupillorum omnium & pauperum citra Riuum magnum curam gerunt: *Tertiæ classis* vocantur *nouæ Procuratoriæ Administratores*, & pupillorum negotia curant vltra Riuum magnum. Singulæ classes magnas eleemosynas distribuunt in pauperes, in captiuos redimendos, & alia eiuscemodi pietatis opera, atque ita politicam administrationem, quam iuniores exercuere, Religionis operibus seniores & emeriti cumulant, consilio & politicâ planè Christianis.

Vniuersus autem Status administratur per Magistratus Venetiis à Rep. emissos vt præmonuimus: Patauini tamen 5 Vicariatus habent quibus nobiles Patauinos totidem præficiunt: Vicentini vndecim, Veronenses 21. quos totidem ex Vrbanâ Nobilitate administrant: Bergomates quoque per suos nobiles vrbis suæ incolumitatem, & quietem curant cum Præfectis quos Veneti misere. In agro Brixiano ad ripam Salonensem 36. communi-

tates sibi consilium eligunt quo regantur; vt taceam de Ditionibus extra Italiam sitis, de quibus suo loco egimus.

NVM. 7. *De Potentiâ Reipublicæ Venetæ.*

VENETORVM potentia iam non leuis erat circa annum 836. quando 60. naues hæc Respublica contra Sarracenos immisit; sed longè potentior sub initium ferè vndecimi sæculi, quando 200. triremes in Turcam armauit, & Smyrnam cepit: item & cùm paulò pòst ad soluendam obsidionem Ioppensem, iterum 200. naues eduxit. Henricus Dandulus Dux Venetiarum cum Balduino, & Francis Constantinopolim cepit circa initium sæculi 13. & exinde Cretam Insulam, & plures alias in Ionio mari & Ægæo sibi Resp. asseruit. Appellat se Dominam Maris; quare & quotannis Dux cum Senatu conscendens Bucentaurum maximam nauim die Ascensionis Christi in mare iacit annulum, quasi sibi sponsam accipiat: quam potestatem aiunt Veneti se accepisse, ab Alexandro III. Pontifice quem Venetiis latitantem contra Friderici Ænobarbi furores defendêre, eius filio Othone victo atque capto, quamquam aliqui historiam hanc in dubium reuocent. Cyprum Insulam nobilissimam an. 1472. occuparant, sed 1572. perdidere.

Reditus huius Reip. dicitur in præsentiâ esse 6. Millionum auri, ex quibus pacis tempore duos Milliones seponunt, vnde sibi thesaurum ingentem confecere ad difficilia Reip. tempora. Priuati quoque mercatores ditissimi sunt, & ex Syriacâ tantùm nauigatione, & Alepi mercibus duos auri milliones conficere dicuntur. Ecclesia supra sesquimillionem auri annui reditus percipit.

Supra trecenta hominum millia ad bellum educi posse è terris suis Veneti narrant. Nunc belli tempore 35. millia sub signis habent, pacis verò tempore 9. tantùm millia peditum alunt in arcibus atque præsidiis, ad tutelam littoris ferè duo equitum Dalmatarum, & Epirotarum: vrbes munitissimas habent, quibus præcellunt Palma in agro Foroiuliensi, & Corcyra. Olim & 14. turmas equitum alebant nobilium duntaxat, & qui 3. equis militabant; primaria turma ex centum conflata erat, cæteræ ex 50. sed militiæ hoc genus iam planè corruptum est.

Cùm res exigit intra dies 12. octoginta triremes instruunt, & facillimè. Certè Mare Superum semper tutum reddunt 40. naui-

bus; si Ottomanus naualem instruat apparatum, hic numerus duplicatur. Nauale totius orbis pulcherrimum habent, in quo materies 200 triremium, aut nauium, in quo aluntur artifices ingeniosissimi & peritissimi, & omnia seruant ad expeditionem maritimam idonea. Vrgente bello hinc educere possunt naues 200. certè anno 1570. instruxere triremes 150 maiores triremes, vulgò *Galeaces* vndecim, Liburnicam nauem vnam, aut Gaulum maiorem *vn Galion*, & onerarias naues 25.

§. 2. *Descriptio Geographica Veneti Status.*

NVM. I. *Synopsis Ditionis Venetæ.*

- VENETA DITIO
  - ISTRIA: *l'Istrie.*
  - FOROIVLIENSIS AGER: *le Frioul, ou Friul.*
  - ANTIQVA MARCHIA TARVISINA
    - TERR. CADORINVM: *le Cadorin.*
    - Episc. BELLVNENSIS: *le Bellunois.*
    - Episc. FELTRENSIS: *le Feltrin.*
    - Territ. TARVISINVM: *le Taruisan.*
    - DVCATVS VENETVS: *le Dogado, ou Duché.*
  - POLESINVM RHODIGINVM: *le Polesin de Rouigo.*
- VENETA DITIO LONGOBARDICA.
  - Territorium PADVANVM: *le Padoüan.*
  - Territ. VERONENSE: *le Veronois.*
  - Territ. VICENTINVM: *le Vicentin.*
  - Territ. BRIXIANVM: *le Bressan.*
  - Territ. CREMENSE: *le Cremasque.*
  - Territ. BERGOMENSE: *le Bergamasque.*

NVM. 2. *De Istria*, l'Istrie.

PETRVS Coppus in suâ Istriæ Chorographiâ terminos eius assignat Timauum Fl. *Timauo* ab Occidente; à Septentrione montes, vulgò *Monti della Venna*, seu *Vena*, & inde lineam excurrentem ad vrbem & fluuium *Fiume*, vbi iam Italiæ limes.

VR-
- CAPVT ISTRIÆ: *Capo d'Istria*, seu *Cauo*, & *Cao*, Germanis *Gafers*, Slauis *Copra*, sic dicta quia in capite seu initio huius regionis sita, olim Iustinopolis, & Ægis: in


L'ISTRIE
CONTÉ DE GO RITZ
FRI OVL
Cité di Friuli
Goritia
Renzaono
Gradisca
Vipao
Vipao flu
Comin
Monte Karso
S. Gioanni
Duino
Prosecco
Belforte
AQVILÉE
P. de Lisonzo
Grado
PARS CARNIOLÆ
MONTI DELLA VENA
C. Kirknitz
GOLFE DE TRIESTE
TRIESTE
Zuchi
P. Comara
P. Olmi
P. Gasel
Muglia
Osro
Rizano flu.
CAPO D'ISTRIA
ISOLA
Pirano
GOLFE DE LARGON
Punta di Salvori
PARTIE DV GOLFE DE VENISE
Dragogna fl.
Piguento
Momiana
Grisignana
Pietra Pelosa
S. dregna
VMAGO
Buia
Piemonte
Portolo
Quieto fl.
Citta Noua
Montona
LVPAGLAVO
Pisino nouo
Pisino Vetere
Vrsina
Emonia Ruinata
S. Lorenzo
PARS MORLACHIÆ
Fiume flu
FIVME
M. Maggiore
Fianona
Lac Cosliac
Coslia
I. S. Nicolas
PARENZO
Orsera
Hosteria
Lemo fl.
I. Conuersera
I. Figaruola
I. S. Catherine
I. S. André
I. S. Gio inpelago
ROVIGNO
Due Castelli
Arsa fl.
ALBONA
S. Gioanni
Valle
Due Sorelle
Colonne
Castro Nouo
P. Negro
Dignano
GOLFE DE CARNARIO
CHERSO
OSERO
P. Crucifisso
POLA
I. Brioni
P. del Compare
Medolino
P. del Promontore
Les Isles Merlettes

BES MA-RITI-MÆ IS-TRIÆ DI-TIO-NIS VE-NE-

in Insulâ tota sita est, & continenti nectitur ponte versatili: eius Castrum dicitur Leoninum.

Muggilla: *Muglia* noua cognominata, ad discrimen veteris quæ antea *Monticola* dicebatur, duobus à nouâ millibus: capta est à Venetis ob piraticã, & latrocinia.

INSVLA: *Isola*, conditum castrum eodem tempore quo Iustinopolis in Peninsulâ, & priùs dicta Castrum Halieti, seu Aquilæ.

Piranum: *Pirano*, oppidum luculentum conditum post Attilæ depopulationes, ad sinum Largonem *Largono*.

Vmacum: *Vmago*, in scopulo fixum marinis aquis aliquando circumfuso, cuius ager fœcundus in primis & distinctus syluis.

Ciuitas noua, aliter Nouetium: *Citta nuoua*, excitata ex ruinis Æmoniæ vrbis, quæ 4. hinc lapide dicitur hodie *Æmonia Rouinata*.

Parentium: *Parenzo*, in Peninsulâ ferè aquis circumfusâ, mœnibus ac turribus egregiè munita ciuitas. Portum habet capacissimum, quem efficit Insula S. Nicolai, vbi olim pharus ignem præferens; vrbs direpta à Genuensibus an. 1354. cùm iam Veneti iuris esset.

Vrserium: *Orsera*, in monte situm oppidum ditionis Parentinæ.

ROVINIVM: *Rouigno*, aliter Aurupina ab antiqua vrbe cuius rudera non procul in monte vulgò *Monti di Auro*: Insula dicitur à Leandro, & ponte lapideo continenti iuncta, in eius agro cæditur marmor Istricum nominatum. Duos habet portus, vnum à Septentrione vulgò dictum Vallem Boreæ, alterum ad Austrum quem efficiunt Insulæ SS. Catharinæ, Andreæ, & Ioannis Pelasgici.

POLA: *Pola* in edito monte: ab Attila diruta est, à quo reparata sit ignoratur: portum habet pulcherrimum quem claudit Insula Breonia *Brioni*.

Medolinum: *Medolino*, vbi portus magnarum nauium, quem prætexunt Insulæ Merlettæ.

Castrum nouum: *Castro nuouo di Arsa*, ad ostia Arsiæ fluuij.

TÆ.
- Fanum S. Ioannis : *San-Gioanni.*
- Albona, seu Algona : *Albona.*
- Flanona : *Fianona*, in Peninsulâ cui portus adiacet *Porto di Fianona;* sita est in Albonensi ditione, & fontem luculentum habet, éstque egregiè munita.

VRBES MARITIMÆ ISTRIÆ DITIONIS AVSTRIACÆ.
- TERGESTE : *Trieste*, & haud procul in montibus *Trieste Vecchio* supra montem *Taber*, olim Monmolianum. Tempore Henrici Danduli occupata est à Venetis cum Mugillâ ob piratica latrocinia, sed postea Austriaco cessit vsque ad 1507. quando à Venetis iterum capta, at demum à Maximiliano recepta est.
- Fanum S. Ioannis Chersini : *S. Zuan di Duino*, seu *Chersino*, oppidum Dominorum *de la Tour*, qui ab Austriaco pendent.
- Brosecum : *Proseco*, vbi vina celeberrima nascuntur.
- Cœnobium S. Ioannis : *San Gioanni*, conditum à Voldarico Patriarchâ Aquileiensi ex lapidibus templi Diomedis.

PROMONTORIA ISTRIÆ
- Camarzanum : *Punta di Camarzo.*
- Olmium : *Punta degli Olmi.*
- Gazelum : *Punta di Gasel.*
- Saluorium, seu Saluerium : *Punta di Saluori*, ad hoc victus dicitur Otho filius Friderici Ænobarbi dum bellum gerit in Venetos pro Alexandro III.
- Crucifixi : *Punta del Crucifisso.*
- Compatris : *Punta del Compare.*
- Promontorium : *Punta del Promontore.*
- S. Stephani : *Punta San-Stephano.*
- Nigrum : *Punta Negra.*

FLVVII IS-
- Rizanus, olim Formio : *Rizano*, ad quem malè Leander Mugillam locat.
- Draconia : *Dracogna*, sic dictus quia instar Draconis circumagitur, ad cuius ostium nobiles Salinæ.
- Quietus, olim Nauportus & Labatus : *Quieto.*
- Lemus : *Lemo*, veriùs Euripus quàm Fl. nam salsus est, vsque ad tabernam *Hosteria:* eius alueus videtur ad Castellum vsque Geminum excurrisse *duo Castelli.*

TRIÆ

Ostium huius fluuij extenditur ad mille passus.

Arsia: *Arsa*, erumpens ex lacu Cosliaco, *Cosliac*.

SINVS ISTRIÆ

Tergestinvs: *Golfo de Trieste*, inter portum Lizontium, & Promontorium Saluorium.

Largon: *Golfo Largone*, inter Piranum, & Pro. Saluorium, quare pars est Tergestini.

Carnarivs, olim Flanaticus, Polaticus Melæ: hodie *Golfo Carnario, & di Carnero*, quasi dicamus *le Charnier*, ob frequentia quæ hîc contingunt naufragia: eius initium ducitur à Promontorio, non à Promontorio Compatris.

INSVLÆ AD ISTRIAM

S. Nicolai: *San Nicolo*, efficiens portum Parentinum: quare hîc olim pharus ad dirigendas naues de nocte appellentes.

Conueria: *Conuersera*.

Ficariola: *Figaruola*.

D. Catharinæ: *San Caterina*.
D. Andreæ: *San Andrea*.
S. Ioannis Pelasgici: *San Gio. in Pelasgo*.
— Hæ tres efficiunt portum Australem Rouininum.

Sororiæ: *due Sorelle*.

Breonia: *Brioni*, Polaticum portum efficiens.

Merlettæ plures: *di Merletta*, portum Medolini prætexentes.

VRBES CONTINENTIS ISTRIÆ

Pigventivm: *Piguento*, in monte vrbs sita, circa quam ager amœnissimus.

Petra Pilosa: *Pietra Pilosa*, in rupe sita vrbs caput Marchionatus; ex quâ pendet locus *Sdregna* dictus, quem putat Blondus esse patriam S. Hieronymi, & verò eius parentis tumulus hîc ostenditur. Errat: nam *Strigna* est in limite Dalmatiæ, & Pannoniæ, & in hoc nulla vestigia antiquitatis.

Portulæ: *Portolo*, vrbecula satis munita.

Pedemontium: *Piémont*, olim vrbs munita cum castro, sed vtriusque disiecta mœnia.

Grifiniana: *Grifignana*, satis exculta.

Momiana: *Momiano*, vrbecula in rupe.

VENETÆ DITIONIS.

- Buia : *Buie*, vrbs populosa satis nec immunita.
- Fanum S. Laurentij : *San Lorenzo*, quæ vrbs se sponte Venetis submisit.
- Montona : *Montona*, in montis vertice satis ampla & frequens, olim sui iuris, & tantùm 35. marcas auri Patriarchæ Aquileiensi pensitans.
- Visina : *Visina*, loco salubri sita Grimanorum ditio.
- Castrum geminum : *Dui Castelli*, benè munitum oppidum.
- Fanum S. Vincentij : *San Vincenzo*, seu *Vicenti*, vbi syluæ vastissimæ perutiles ad nauium fabricam.
- Vallis : *Valle*, saluberrimi aëris vrbecula.
- Drignanum : *Drignan*, numeratur inter vrbes, licèt sine mœnibus, sat cultum oppidum, diues, & frequens.

VRBES ISTRIÆ CONTINENTIS AVSTRIACÆ DITIONIS.

- Pedena : *Pedena*, ciuitas Episcopalis.
- Pisinvm duplex Vetus & Nouum *Pisino Vecchio* & *Nuouo*, vtrumque peramœnâ planitie circumfusum, ex cuius agro multum sibi pecuniæ Austriacus colligit.
- Lupolianum : *Lupo-glano*, oppidum amœnum.
- Cosliacum : *Cosliac*, olim ad lacum cognominem, qui Arsiam fluuium effundit, ab eius ripa iam nonnihil dissitum est.
- Cominum : *Comen*, aut *Comin*.
- Dorum : *Dorumberg*, aliter *Dorneberg*, ad Fl. *Vipao*.
- Vipæum : *Vipao*, ad Fl. cognominem.
- Fanum S. Angeli : *S. Angelo*, aliter *S. Archangelo*.


MONTES ISTRIÆ

- Montes Venæ : *Monti della Vena*, aliter *di Karso*, Istriam à Carniolâ dirimentes, & syluis consiti.
- Caldervs : *Monte Karso*, incubans sinui Tergestino.
- Mons Maior : *Monte Maggiore*, in sinum Carnerium, seu Flanaticum excurrens, & editissimus.

Nvm. 2. *Ager Foroiuliensis* : patria del Friuli.

VR-

- Vtina : *Vdine*, nunc sedes Patriarchæ Aquileiensis, ab Attilâ reparata dicitur dum has regiones depopulatur : quidam malè ab Vdinis Scythiæ populis dictam volunt : peiùs etiam ab Austriacis conditam nonnulli



BES CON- TI- NEN- TIS AGRI FO- RO-

arbitrantur, cùm eius mentio fiat in Gothicis & Longobardicis historiis, immo apud Plinium. Quas autem sit experta vices, vide apud Leandrum. A Venetis occupata est an. 1420.

PALMA, seu Palma Iustina, & Palma Noua: *Palma*, seu *Palma Nuoua*, condi cœpta à Venetis 1593. in Italiæ tutelam, totius orbis absolutissima iudicatur, nouem Regiis instructa propugnaculis, & arce quæ totam vrbem facilè tuetur; ad eam incile Veneti deduxere, vt huc omnia mari subueherent: hîc tormenta disposita 80. seposita 600.

CIVITAS FORI IVLII: *Ciuita di Friuli*, olim Forum Iulium, euersum primò à Theodorico, deinde à Cagano Pannone: postea reparata dicta est Ciuitas Austriæ, quâ de re vide Candidum.

Clusa: *Chiusa*, nos *la Cluse*, in itinere perangusto sita, præsidio Veneto instructa, & munita.

Ponteba, aliter Pons ad Fellam: *Ponteba*, vel *Pontafella* ferè ad confluentias Pontebæ, & Fellæ fluuiorum, vrbes duæ tantùm fluuio Pontebâ discretæ, Borealis Austriaci iuris, Australis Veneti.

Ventionis Vicus: *Venzone*, ad confl. Vensonezæ, & Tiliauempti Maioris, burgus vbi merces excutiuntur: hîc quondam limes Venetorum, & Austriacorum fixus erat.

Glemona: *Gemona*, sat antiqua vrbs.

Osopium, & Osopum: *Osopo*, locus permunitus in rupe arte & naturâ inter Ledram fluuiolum, & *Taiamēto*.

Spilimberga: *Spilimberg*, oppidum perlautum, & frequens, & munitum.

Castrum Nouum: *Castro Nuouo*, inter montes situm.

Sauornianum: *Sauorgno*.

Soffimberga: *Soffimberg*, oppidum euersum in montibus.

Fanum S. Danielis: *S. Daniel.* } Has vrbes retinuit Patriarcha Aquileiensis.
Fanum S. Viti: *San-Vido.*

Belgradum: *Belgrado*.

Palatiolum: *Palazzuolo*, ad Fl. Stellam, eò vsque ma-

1.7.236

Lon-
item
netis
a, seu
taliæ
uem
otam
xere,
spo-
n Iu-
Caga-
striæ,
sita,
fella
n, vr-
ealis
Ti-
ntur:
m fi-
n ru-
ncto.
fre-
n.
onti-
Pa-
ensis.
ma-



IVLIENSI.

gnas naues deferentem.
Zulia, seu Iulia: *Zuglio*, de quo in vetere.
Saciletum: *Saciletο*.
Coloretum: *Coloredo*.
Portus Romatinus, & Portus Gruarius: *Porto Gruaro*, & *Porto Gruer*, vbi imponuntur nauigiis merces Germanicæ, nauigiis efferendæ.
Concordia: *Concordia* magnæ vrbis cadauer.
Auianum: *Auiano*, à quo campi nomen habent.
Portus Naonis: *Pordo Nono*, amplum, nobile, & luculentum oppidum concessum à Venetis titulo Principatûs Duci Aluiano.
Porcilia: *Porciglia*, modicum quidem, sed luculentum oppidum Comitum Porcilianorum, quibus & paret.
Broniana: *Brognana*. Non desunt tamen qui tres has prædictas vrbes tribuant Marchiæ Taruisanæ.
Sumaca: *Sumaga*.
Prodolum: *Prodolo*.
Cordiua: *Cordeuato*.
Zoppola: *Zoppola*.
Strassoldum: *Strassoldo*.
Faniana: *Fagnana*.
Alta villa: *Vill'Alta*.
Trigesimum: *Tricesimo*.

VRBES MARITIMÆ FORIIV-

GRADVS: *Grado*, in Insula vrbs ædificata ab Aquileiensibus, vrbe suâ per Attilam euersâ; quâ ex occasione factum vt circa DCX. quemadmodum aiunt Volaterranus & Blondus, Patriarchatus diuideretur in Gradensem & Aquileiensem; ille Venetias translatus est. Illic seruatur Cathedra S. Marci, eò missa ab Heraclio Imp. In ruinis vrbs penè iacet. Nunc Ducatui vrbs illa à Venetis adscribitur.
Maranum, seu Marianum: *Marano*, ad Stagnum Coruatum *Coruato*, quod panditur in sinum ingentem piscibus refertissimum; arcem habet quæ nonnisi fame capi potest. Post Ripaltinam cladem prodita est Maximiliano, recepta à Petro Strozza qui eam Venetis vendidi. Ga-

LII. Caprulæ : *Caorle*, ad Ducatum iam ſpectat, licèt eò faciliùs referri poſſet, quia ad fluuij Romati *Limene* æſtuaria iacet.

DITIONES INSERTÆ AGRO FOROIVLIENSI.

AGER AQVILEIENSIS, *le Territoire d'Aquilée.*

AQVILEIA : *Aquileia*, nobis *Aquilée*, Germanicè *Aglar*; de cuius nomine in Veteri diximus. Ab Attila destructa eſt cùm eam triennio obſediſſet, & deſperaſſet niſi per Ciconiam animatus eſſet. Reparauit hanc Narſes. Paruit Longobardis, Carolo Magno, Berengariis, &c. tandem Patriarchis ceſſit. Iam in vicum redacta eſt, hîcque indigenæ parum ſani.

TERRITORIVM MONTIS FALCONIS *le Territoire de Montfalcon.*

Mons Falconis: *Monte Falcone*, nobile, frequens, & opulentum oppidum, à Theodorico Rege Gothorum conditum, & Verruca dictum: iuxta hoc medicati fontes.

Folliana : *Fogliano*, olim arx condita à Venetis, ad prohibendas excurſiones Turcarum, nunc in vicum redacta eſt.

Belfortia ſcopulus : *Belforte*, vepribus, & dumis conueſtitus.

GORITIENSIS COMITATVS *le Comté de Goritz*, Auſtriaci iuris.

GORITIA : *Goritia*, & *Goritz*, ad Fl. *Liſonzo*: oppidum peropulentum & lautum, an antiquitùs Iulium Carnicum, an Noreia, non leuis eſt quæſtio: olim Comiti parebat Auſtriaco clienti, qui & ſe Principem dicebat : nunc ad Auſtriacum cum ditione vrbs deuoluta eſt, & duobus tantùm annis hac ditione Veneti potiti ſunt.

Gradiſcia : *Gradiſcia*, propugnaculum excitatum, vnà cum Foliana à Venetis an. 1472. vt his impedirentur deprædationes Ottomanorum ; ſed ceſſante metu Foliana concidit ; Gradiſcia in vrbem non illepidam coaluit.

Renzanum : *Renzano*.

FLV-

Romatus olim, nunc Limen, is, *Limene*, ſic dictus quia fuit limes Marchiæ & Foroiulij aliàs.

Tiliauemptum maius : *Taiamento*.

Tiliauemptum minus : *Stella*.

VII FORO-IVLIENSIS AGRI.

Turrus, olim Turro: *Torre*, ex montibus Tarcentinis oritur.

Ansa: *Ansa*, iam per incile deductus Palmam Nouam.

Amphora: *Amfora*.

Natiso: *Natisone*, stadio vno ab Aquileia fluens vrbem Forum Iulium alluens, & in Sontium cadens: vnde factum vt à quibusdam Aquileia ei affigatur; & fortè olim ad eam manu perductus.

Sontius: *Lisonzo*, cuius meminit Paulus Diaconus, à quo describitur non longè ab Aquileiâ: de vtroque in Antiquâ diximus.

Timavvs: *Timauo*, de quo in Antiqua pluribus egimus; hodie eius scatebræ sunt plurimæ, immo aliquando pauciores, aliquando plures, iuxta pluuium aut serenum tempus: quatuor ferè millibus passuum tunc etiam occultatus fluit, ait Leander, emersúsque variis capitibus statim fluuium nauigabilem conficit, & ad scopulum Belfortiam in mare cadit.

Nvm. 3. *Marchia Taruisana*, la Marche Taruisane.

VRBES

Tarvisivm: *Taruiso*, de cuius fabulosâ origine, vide si otium est Leandrum; certè nemo veterum hoc appellat, Plinius tantùm montium meminit, quos Taurisanos vocat: fit primùm eius mentio in historia Gothicâ, vbi dicitur facta esse sedes Marchionis Longobardici. De variâ eius fortunâ, & Dominis diximus in Historicis. Patria fuit Benedicti XI. qui matrem inopem agnouit, splendidè vestitam reiecit.

Musistra: *Musestre*, ad Fl. Silem *Sile*.

Altinum: *Altino Rouinata* inter Zeram Fl. & Silim, ex eius ruinâ creuit sequens: olim in paludibus.

Torcellum: *Torcello*, iam in Ducatu collocatur, & nos de eo hîc.

Æquilia Insula: hodie *Isola destrutta* ab Heraclianis conditum oppidum.

Heraclia, hodie meo iudicio *Citta Nuoua destrutta*, quam condidere Concordienses, Altinates, & Aquileienses

post cladem vrbium suarum, & in gratiam Heraclij Imp. sic dixere, vix c l. annis durauit.

TERRITORII TARVISINI, *le Territoire de Taruiso.*

Opitergium: *Oderzo*, ad Fl. Mutecam *Mottega*, olim mari propinquum, nunc 30. mil. pass. ab eo diremptum est. De variis eius vicibus, vide Leandrum: vrbecula iam minuta est.

Motta, seu Metta: *Motta*, Castellum non magnum, sed cum cultissimis suburbiis, & populo frequens.

Portus Bufaletius: *Porto Bufaleto*, ad Liquentiam Fl.

Saxile: *Sacile* ad prædictum Fl. vrbs splendida & lauta, & doctissimis viris abundans.

Ceneda *Ceneda*, fortè Acedum Ptolemæi, Episcopalis, & iam in ditione summi Pontificis.

Cordinianum: *Cordignana*, monti insidens, eximium propugnaculum conditum à Nicolao Rangone.

Conegianum: *Conegliana*, castrum admodum opulentum & frequens ad Fl. Mutecam.

Serauallis: *Seraualle*, inter colles nobilissimum oppidum, armorum nobilis officina, & negotiatione inclytum: percurritur Imesulo Fl. nunc in Tabulis Nouis *Meschio*.

Colaltum: *Colalto*, fortissimorum virorum patrimonium.

Mellum: *Mel* in monte situm, caput Comitatus.

Cesana: *Cesana*, ad Planim Fl. caput item Comitatus.

Castrum nouum: *Castel nuouo*, ad Planim Fl. in valle Dobiadenâ.

Asulum: *Asolo di Treuigio*, nobile oppidum & elegans ad Fl. Mussonum.

Barca: *Barco*.

Castellum Francum: *Castro Franco*, pernobile oppidum ad Fl. Mussonum.

Cismonium: *Cismone*.

Bassianum: *Bassano*, inclytum origine Principum Carrariensium qui Pataujum obtinuere: nunc lautum est, & frequens, & celebratur à nobili quondam pictore indigenâ, vulgò *le Bassan*; circumposita regio dicitur *le Bassanase*.

CADORINVS AGER *le Cadorin.*

- Parœcia Cadorini: *la piene de Cadoré*, non procul à Plani fluuio: vnde huic regiunculæ nomen.
- Auruncum: *Auronzo*, oppidum de quo nihil occurrit.
- Pirariolum: *Pirarolo.*
- Laurentiacum: *Lorentago*, seu *Lorenzago.*

BELLVNENSIS AGER *Bellunese*, nobis *le Bellunois.*

- BELLVNVM: *Belluno*, ad Fl. Calorum *Calore*, qui hîc cadit in Planim *Piaue*: exigua est, sed cultissima ciuitas Episcopalis; Leander hanc immeritò vocat antiquissimam.
- Pontense Castrum: *Castro di Ponte.*
- Zoltum: *Zoldo*, vbi montes asperrimi, sed ferri in primis feraces, & præstantissimæ officinæ.
- Castrum Agordinum: *Castro Agordino* ad Fl. *Cordeuol.*
- Agorum: *Agoro*, ad prædictum amnem.
- Garesium: *Gares*, in montanis.
- Sylua S. Marci: *Bosco da Remi di Santo Marco.*

FELTRINVS AGER *le Feltrin.*

- FELTRIVM: *Feltri*, ciuitas Episcopalis, patria Victorini viri eruditissimi, sita ad Fl. *Alsone*, qui mox cadit in Planim; circumposita regio montana est, & metallicis abundat.
- Vedana; *Vedana*, ad Fl. *Cordeuol.*
- Arsonium: *Arson*, ad Fl. Cauranum *Corano.*
- Fosatium: *Fozaso*, ad Fl. Cismonem *Cismone.*

FLVVII MARCHIÆ TARVISA-

- ANAXVS olim, postea Planis, *Piaue*, multos fluuios excipit, inter quos
  - Padolus: *Padola.*
  - Boëtus: *Boëto.*
  - Calorus, olim Varanius Plinio, seu Varianus: *Calore.*
  - Cordeuolius: *Cordeuol.*
- LIQVENTIA: *Liuenza*, oritur ex motibus Opiterginis, ex multis fontibus largis, atque ex eodem penè loco profluentibus, & antequam cadat in mare in duo cornua scinditur. In eum cadunt
  - Colina: *Colina.*
  - Meduna: *Meduna*, fluuius irrigans agrum Foroiuliensem.
  - Imesulus: *Meschio.*
  - Muttecaverius torrẽs quã fluuius *Mottegan*:
- Zerus: *Zero*, seu *Zera* cadens in Torcelli æstuaria.
- Desis: *Dese*, Zero connectitur paulò antequam cadat in mare.

NÆ. | Silis: *Sile*, per varios alueos in mare euoluitur.
Mussonius: *Mussone*, variis incilibus sectus in mare, non tam euoluitur quàm spargitur.

NVM. 4. *De Ducatu Veneto, vulgò* le Dogado.

PARS est Marchiæ Taruisanæ, & huic accenseri debuit: sed quoniam hæc regiuncula celeberrima est, ideò methodi caussa hæc pars à toto reuellenda fuit.

INSVLÆ DVCATVS

VENETIÆ: *Vinegia* indigenis, nobis *Venise*, vrbs pulcherrima & ditissima ex 60. ampliùs Insulis contexta est. Quomodo autem formata sit, & quibus incrementis aucta sit diximus in Historicis. Nunc octo mille passibus eius procurrit ambitus, in sex partes distributa quas *Sexterias* vocant, 64. parœcias; in eâ æstus maris ad duos pedes intumescit: 460. pontes numerat partim lapideos, partim ligneos, quorum pulcherrimus, qui maiorem canalem iungit, vulgò pons Riui Alti, antea sublicius, sed an. 1591. ex lapide Istriano ductus: canalis ille est triũ milliarium. Hîc templum D. Marci pulcherrimum tum ex marmore, item & area D. Marci, thesaurus pulcherrimus vbi duo cornua Monocerotum, seu piscis Borealis; item Bibliotheca Bessarionis. Cymbarum hîc 8. millia numerantur; nam lintribus omnem in partem circumferri potes. Armamentarium 2. milliarium ambitus, in quo CCCC. artifices quotidie ex publico stipendium accipiunt: iuxtà locus *Tana*, dictus rudentum & velorum officina; de eo suprà in Historicis. Castellum Oliuonense est Patriarchæ sedes. Gauricus Astrologus pollicetur hanc duraturam annis 1880. Quo tempore ait ex Insulâ continentem futuram: Sanazarius eam Epigrammate verè aureo laudauit.

IVDAICA: *la Giudica*, in Austrum Venetiarum splendidis ædificiis exculta, & hortis: Euripo 400. passuũm ab vrbe dirimitur.

MVRIANVM: *Muriano*, distans ab vrbe mille passibus; locus in primis amœnus vbi templa 14. hîc scyphi vitrei toto orbe celeberrimi 14. officinis elaborantur, & vitrum

754



LE DOGADO
Altino Rouinata
Sile flu.
Zero fl.
Dese flu.
Città noua distrutta
Piaue fl.
Liuenza fl.
Isola distrutta
Torcello
Punta di Lio Maggiore
LE
GOLPHE
MESTRE
Musone flu.
Mazorbo
VENISE
Murano
Porto di Venetia
Brentella
Giudica
Metamoche
Poueglia
Porto di Malamocho
VENISE
MVRIANO
l'Arsenal
Canal
S. Marc
Canale de la Iudaica
LA GIVDICA seu Iudaica
Chiosa
Brendolo
Porto di Brendolo
Bede
L'Adige fl.
Fossone
Porto di Fossone seu del Adige
Porto del Fornazo
DE
VENISE
Po Fiume
Loredo
Porto per Leuante
PARTIE DV
POLESIN DE
ADRIA
ROVIGO

VENETI.

pingitur. Aëre perſalubri vtitur ob fornaces vitrarias: tota ad 3. millia paſſuum in ambitum excurrit.

Maiorbium: *Mazorbo*, Hunicis temporibus habitari cœptum, nunc piſcatoribus, & hortulanis relictum eſt.

Torcellum: *Torcello*, Epiſcopalis ciuitas, vnde Epiſcopus Torcellanus; dicta eſt Torcellum quaſi Turricellum, vrbs colonis infrequens ob cæli grauitatem.

Caprularum Inſula: *Caorle* in æſtuario Limenis fluuij, ad Forum Iulium pertinere videretur, niſi Ducatui ſuo à Venetis eſſet adſcripta: vt & Gradus de quo hîc diximus.

Pupilia: *Pouegia*, ſeu *Poucia* 5. millibus à Venetiis diſtans: de quâ in Hiſtoriâ Venetâ.

Methaucum, vel Meduacus vicus: *Matamocho* olim Ducis Veneti ſedes, vnde portus profundiſſimus nomen habet. Hanc vrbem vaſtauit inundatio anno 1101. ideo ſedes Epiſcopalis in ſequentem tranſlatus eſt.

Fossa Clodia: *Chioſa* ex ſuperioris ruina facta celebris: item & victoriâ Genuenſium, qui eam occuparunt anno 1380. ſed vti victoriâ neſcierunt. Hîc ſalinæ pulcherrimæ, & portus non illepidus: *Porto di Chioſa.*

Brendulum: *Brendolo*, & portus Brendulanus, *Porto di Brendolo.*

REGIO PALVSTRIS DVCATVS VENETI.

Bebæa: *Bebe*, in Inſulâ feraciſſimâ ſitum oppidum.

Foſſa: *Foſſone*, à qua dictus eſt portus Atheſinus, *di Adice*, ſeu *di Foſſone.*

Loretum: *Loredo*, in regione peramœnâ ad Padum, & in limite Poleſini Rhodigini.

CONTINENS DVCATVS VENETI.

Mestrivm Sabellico Meſtra: *Meſtre*, ad Fl. Muſſonum, caſtrum lautum & opulentum: peſſimè acceptum bello inter Hiſpanos & Venetos; nunc refloruit ob foſſam *Grandoni.*

Marghera: *Marghera*, vnde productum incile Meſtrium vſque, quo pacto vtrumque oppidum locupletatum eſt.

Brentella: *Brentella.*

Mons Albanus: *Monte Albano* in paludibus.

De fluuiis huius tractus, quia sunt communes agro Patauino dicemus Numero 6. Sect. 1.

NVM. 5. *De Polesino*, seu *Peninsulâ Rodiginâ*, le Polesin de Rouigo.

VRBES.

RHODIGIVM: *Rouigo*, vrbs Episcopalis sat lauta ad alueum Athesis quem *l'Adigeto* nominant: patria fuit Cœlij Rhodigini.

ATRIA: *Adria*, ad Fl. Tartarum qui eam vndique ambit, vrbs nomine, quàm re nunc celebrior.

Abbatia: *l'Abadia*, vndique aquis vallata, regitur à Præfecto quem *Podesta* vocant.

Lendenaria: *Lendenara*, ad Athesulum Fl. *l'Adigeto*: habet quoque Præfectum suum.

Cauarzera: *Cauarzere*, versus Ducatum, cum Præfecto suo.

Canarus Burgus: *Canaro*, cognomento Venetus, & ei oppositus Ferrariensis.

FLVVII.

ATHESIS: *l'Adice*, hic in varia brachia spargitur, quorum vnum dicitur Fl. Athesulus *l'Adigeto*.

Tartarus: *Tartaro*, multis quoque incilibus sectus, & per incile Castalianum *Castagnano* iunctus Athesi.

PADVS: *le Pô*, cum Tartaro connexus aliquot alueis.

NVM. 6. *Ditio Veneta Longobardica, continens Agros, Patauinum*, le Padoüan; *Vicentinum*, le Vicentin; *Veronensem*, le Veronois; *Brixianum*, le Bressan; *Bergomensem*, le Bergamasque; *Cremensem*, le Cremasque.

SECT. I. *Patauinus Ager*, le Padoüan, ou le Territoire de Padoüe.

VR-

PATAVIVM: *Padua*, seu *Padoüa*, nobis *Padoüe ou Pade*, olim sæpe destructa, sæpe reparata: de diuersis eius Dominis diximus in Historicis. Vrbs admodum ampla triplici muro cincta, & fossis amplissimis. Ædem habet S. Antonij Olisipponensis, qui tamen Patauinus

remus
n
neum
Rho-
nbit,
fecto
habet
suo.
eppo-
orum
er in-
inum,
nois;
nsem,
re
Pade,
s eius
am-
Edem
tauin-
nus



nus dictus est *S. Antoine de Pade, ou de Padoüe*. Hîc quoque seruantur ossa S. Lucæ in monumēto ex alabastro peruetusto. Prætorium hîc quoque pulcherrimum, vbi ossa Titi Liuij reposita sunt. Ager huius fœcundissimus & amœnissimus. Academiam habet illustrissimam, ob quam *Doctæ* nomen obtinuit.

BES

Ciuitatula: *Cittadella*, à Patauinis condita 1100. vrbs perlauta & frequens: tradita est Malatestæ à Venetis pro Arimino, sed ei erepta pro rebellione sub Ludouico XII. post cladem Ripaltinam: lanificio diues est.

Campus S. Petri: *Campo San Pietro*, lautum & honestum Castellum: vnde nobilis familia extitit. ad Fl. Mussonem affixum est.

AGRI

Gemula monasterium, *Gemula*, in monte qui pars est collium Euganeorum; conditum à Beatrice Atestinâ, vbi & sanctissimè obiit. In eo iam quoque virgines nobiles Deo famulantur.

Venda: *Venda* Cœnobium Monachorum montis Oliueti in monte eiusdem nominis, qui pars quoque est collium Euganeorum.

PA-

Arquatus Pagus cognomento Montanus: *Arqua del Monte*, ad differentiam alterius in Polesino Rhodigino: Hîc diu habitauit Petrarcha, hícque visitur eius sepulchrum marmoreum subnixum quatuor columnis porphyreticis.

Aponus vicus: *Abono*, iuxta quem aquæ calidæ, de quibus in Admirandis. Ab eo non procul ædes D. Mariæ montis Ortoni: *S. Maria delli monti Ortoni*, vbi Eremitæ S. Augustini.

Bouolenta: *Bouolenta*.

TA-

Castrum plebis Sacci: *Piene di Sacco*, corruptè pro plebe Siochi, à fluuio Siocho sic dictum.

Conselua: *Conselue*.

Anguillara: *Anguillara*, vnde lacui nomen.

Mons Silicis: *Monte Silice*, antea mons diuitiarum dictus, patria fuit Actiolini Romanini. Hîc viperæ excellentes ad theriacam.

Ateste: *Esté*, castrum perhonestum subuersum ab

VINI.

Actiolino: hinc orta est familia Ducum Ferrariensium, nunc & Mutinensium: ad Fl. Bachilionem sita est.

Montaniana: *Montagnana*, nobilissimum castrum, & cum ciuitatibus conferendum: eius maximè canabis celebratur quâ vtuntur Veneti ad rem nauticam.

Colonia: *Cologna*, oppidum nobile, frequens, & opulentum Leandro.

Castellum Baldum: *Castel-Baldo*, ad Fl. Athesim, à Patauinis conditum anno Christi 1292.

FLVVII AGRI PATAVINI, & DVCATVS.

BRENTA olim Medoacus Maior, nunc *Brenta*; & BACHILIO, aliter Bambilo, *Bachiglione* olim Meduacus Minor, variis anfractibus inter se impliciti hunc agrũ eluunt. Et Brenta quidem cadit in mare ad Venetias, & iterum infra ad Medoacum portum, *Metamocho*; Bachilio autem per Brentellam fossam Brentæ iunctus, postquam diu errauit cadit inter *Chiosa*, & *Brendolo*.

Recipiunt etiam fluuios alios minores { Tergolam: *Tergola*. Siocchum: *Sioccho*. & alios.

LACVS AGRI PATAVINI.

Anguillara: *Anguillara*, amplissimus & aliquot insulis distinctus, in Athesim effluit.

Visigiolus: *Lago di Vighizeuuolo*, quem Leander sumit pro Fl. *Togisono* veterum, certè Barbarus contendit pro *Togisono*, legendum esse *Visigiolum*.

SECT. II. *Ager Vicentinus*, le Vicentin.

VRBES

VICENTIA, malè indoctis Vincentia: *Vicenza*, nobis *Vicenze*. Paliarinus ait dictam esse à victoriâ indigenarum, vel à centum vicis, ex quibus vrbs coaluit, nugæ. De variis eius dominis nos suprà. Eluitur duobus fluuiis nauigabilibus Bachilione, & Retone. In eâ vrbe seruatur Spina Coronæ Christi Domini huic vrbi à S. Ludouico Francorum Rege concessa.

Marostica: *Marostica*, oppidum inter montes perhone-

AGRI VICENTINI.

stum & locuples Leandro, nunc munitissimum, & quasi huius agri munimentum.
Bolzanum : *Bolzano*, Vicentinum cognominatum ad discrimen Tridentini.
Brendulum : *Brendola*, oppidum nobile, diues, & populosum; patria Omniboni Grammatici.
Barbaranum : *Barbarano*.
Lonigium : *Lonigo*.
Orgianum : *Orgiano*.
Mons bellus : *Monte bello*, frequens, opulentum, & lautum castrum, patria Guidonis Episcopi Ferrariensis.
Custodia : *Costoza*, castellum sic dictum quoniam homines noxij hîc custodiri solebant in latumiis. Sita est sexto à Vicentiâ lapide, mille pass. à Bachilione Patauium versus. Tempore Leandri iam Latomiæ illæ ad 4. mil. pas. longit. excurrebant 3. mil. pas. latitudinis, & pilæ supra mille fornicem sustinebant.

FLVVII VICENTINI AGRI

Bambilo, seu Bachilio : *Bachiglione*, de quo in agro Patauino egimus.
Retonus : *Rétone*, olim Eretenus anguillis optimis nunc scatet, vt olim abundasse dixit Ælianus.
Tergola : *Tergola*.
Tribulus : *Tribuolo*, &c.

SECT. 3. *Veronensis Ager*, le Veronois, *Italis*, il Veronese.

VRBES

VERONA : *Verona*, nobis *Verone*, ad Athesim fluuium quem pontibus quatuor nectit, vrbs munitissima atque pulcherrima. Visitur hîc adhuc amphitheatrum integrum, vbi & spectacula more veterum celebrantur, *Arenas* vocant. Hîc tumuli Scaligerorum qui hîc rerum potiti sunt. Arcem habet permunitam, & duo Castella vulgò *S. Petro*, & *S. Felice*.
Clusa : *la Chiusa*, locus munitissimus, ad prohibendos Tridentinorum impetus, hîc enim angustiæ à paucis seruari queunt.
Malasesena : *Malsesena*, ad lacum Benacum.
Garda : *Garda*, vnde lacus Benacus, nunc accepit nomen, *di Garda*.

AGRI VERONENSIS.

Piſcaria: *Peſchiera*, ſita ad Mincium *Menzo*, dum erumpit ex lacu Benaco *de la Guarda*, vrbecula munitiſſima & inſtructiſſima. Locus ille munitus eſt à Scaligeris cùm Veronæ præeſſent.

Mombazanum: *Monbazano*, ad Mincium.

Vallecium: *Vallegio*, vbi Mincius ponte iungitur.

Sirmienſe Caſtrum: *Sermione Caſtro*, in Peninſulâ in lacum Benacum excurrente.

Villa Franca: *Villa Franca*.

Nogariolum Caſtrum: *Nogaruuolo*, ad Fl. Tionem: *Teione*.

Vigaſium Caſtrum: *Vigaſio*, ferè ad initia Tartari Fl.

Inſula Scaligeri: *Iſola della Scalla*, quondam à Comitibus ſic dicta, vicus ſed frequentia populi, & ædificiis pleriſque vrbibus non decedens, quia erat Scaligerorum ſeceſſus. Ad hunc captus Franciſcus Gonzaga an. 1509.

Sanguinetum: *Caſtro Sanguinedo*.

Cerera: *Cerea*, vicus honeſtiſſimus ad Fl. Menagum *Menago*.

LINIACVM: *Legnago*, vrbs cum arce ad Fl. Atheſim, oppidum pernobile, frequens, lautum, & admodum munitum. Cui opponitur in aliâ ripâ Atheſis.

PORTVS: *Porto*, item oppidum lautum, diues & firmum. Et Atheſis hîc ponte iunctus vnam vrbem ex duabus videtur conflare.

Porcilia: *Iſola Porcareza*, vicus ſat lautus & celebris.

Caſtrum S. Bonifacij: *San Bonifacio*, exciſum an. 1143. ſed poſtea luculentiùs reparatum; inde originem trahunt nobiles Comites S. Bonifacij Veronenſes.

Calderum: *Caldero*, vbi balnea fœcunditatem mulieribus reddunt; de quibus in Admirandis.

MONS — BALDVS: *Monte Baldo*, etiam in agrum Tridentinum excurrens, cuius ambitus 30. Mil. Paſ. dicitur eſſe: ex eo æris plurimum effoditur: totus autem conſitus eſt herbis medicis, quæ totâ Italiâ magni fiunt.

VALLIS — POLISELLA, aliter Policella: *Val Poliſella*, fertiliſſima, & de cuius loco Nagarino, vulgò *Nagarin*, dicemus in Admirandis.

CAMPI { VERONENSES: *Campagna di Verona*, inter Veronam & Hostiliam *Ostiglia*, ad xx. millia passuum extensa. Hic Blondus malè credidit victos Cimbros à Mario & Catulo, sed hîc superatus Odoacer Rex Herulorum à Theodorico Gotho. }

LACVS { BENACVS: *Lago de la Garda*, lacus amplissimus, & qui instar maris tempestatibus concitatur, maximè cùm venti se inter montium angustias insinuant. Multi fontes in eum cadunt ex montibus, quibus præcingitur. Pisces in eo tanti saporis & tam exquisiti vt meritò maximis anteponantur. }

FLVVII AGRI VERONENSIS. {
ATHESIS: *l'Adice*, fluuius maximus in quem confluunt hîc { Aldegus: *Aldego*. Alpinus: *Alpen Vecchio*. Fibius: *Fibio*. & alij minoris nominis. }
MINCIVS: *Menzo*, ex Benaco lacu erumpens.
Tartarus: *Tartaro*, in quem hîc cadunt { Tion: *Teione*. Trinius: *Tregnone*. Menacus: *Menago*. }
}

SECT. IV. *Brixianus Ager*, le Bressan, *aliter* le Comté de Bresse, *Italis* Bressano.

VRBES {
BRIXIA: *Brescia*, & *Bressa*, nobis *Bresse*, de cuius dominis aliqua in Historicis: modico fluuiolo, vulgò *Gartia* eluitur, sed non procul habet *Mela*, & *Nauilio*: in loco perferaci sita est, fossis aggeribúsque præcincta; Castrum item habet in monte naturâ, artéque permunitum.
Castanietulum: *Castagnadolo*.
Burgus Saiolus: *Borsadolo*.
LONATVM: *Lonato*, oppidum diues, olim Principum Mantuanorum, à Francisco Sfortia, per conditiones pacis Venetis traditum, Marchione Ludouico Gonzaga nequicquam reclamante.
Vrbes ad { Ripaltella: *Riuo'tella*. Desentianum: *Desenzano*. SALODIVM, aliter Salona Longa: *Salo*, vnde re- }

763

PARTIE DES GRI: SONS

LA VAL TEL LI NE

PARTIE DE L'EVES CHÉ DE TREN: TE


LE BER GAMAS QVE

LE BRES: SAN

PARTIE DV DV CHÉ DE MI: LAN

LE CRE: MAS QVE

Tirano
Sondrio
Sour: ces d'Oglio
Lac de Sonceo
Oglio fl.
MORBEGNO
Passages dans la Valteline
VAL DE CAMONICA
Lac Maseano
Lac d'Areno
VAL DE RANDENA
Lac Barbelino
Lac Poppi
VAL BREMBO
VAL D'OLMO
Olmo
VAL D'AVERA
VAL VORNIGA
VAL DE SERIO
VAL DE CLV: SON
Lac de Vaia
Chiese flu.
S. Gioanni Becco
VAL DE
Louer
Souero
Pisogni
Cluson
Serio flu.
LAC D'ISEO
VAL TRO PIA
VAL SABIO
LAC D'IDRO
IDRO
Spino
Spino Lac
VAL S. MARTIN
BERGAMO
CALEPIO
VAL DE Calepio
Spino fl.
Mela fl.
Sabio
LAC DE GAR: DA
RIVIERE DE SALO
Brembo flu.
Seriato
S. Pietro
C. Malpaga
Capriato
La Basella
Bronbato di Sotto
ISEO
Capreoli
FRANZA-CVRTA
Palazuuolo
Ponte Oglio
Chiari
Martinengo
Rudiano
Vrago
Romano
BRIXIA Bresse
CHAMPA DE
Castel Gna: dolo
CHIARO
Mela fl.
Garzia fl.
Bagnuolo
Moscolino
Desenzano
GNE
Lonato
MONTE
M. Chiaro
BERGA: MASQVE CREMASQVE ET BRESSAN
Calusano
Naulio flu.
Chiese fl.
Isoletta
Remedel di Sopra
Remedel di Sotto
Asola
Adda fl.
Azano
Serio fl.
CREME
Orci Vecchi
Minerbio
Orci Noui
Quinzano
Pra Alboino
Gambara
Naulio fl.
Oglio flu.
Ponte Vico
Riuolta Vecchia
Riuolta
Arpina
Palauisino
Ro Noua
Rouoreto
Riuo
S. Bassano
Caneto



AGRI BRIXIANI.

Benacum lacum — giunculæ nomen, pernobile oppidum, & diues, & illustre suo templo.
Garnianum: *Guargnano.*

Sabium: *Sabio*, non procul à Nauilij fonte Leandro, vnde valli nomen.

Idrinum: *Idro*, vnde lacui nomen: nugantur aliqui apud Leandrum qui hunc ab Hydrâ Herculis, aut vòce ὕδωρ aqua dictum volunt.

Musculonium: *Moscolino.*

Romandelum superius: *Remedel di sopra.*

Romandelum inferius: *Remedel di sotto.*

Asola Castellum: *Asola*, locus olim permunitus ad Fl. *Chiese*, sed à Brixianis sapienter deiectus est.

Mons Clarus: *Monte Chiaro*, ad prædictum Fl. oppidum subuersum à Friderico II. restitutum à Brixianis, & deinde iterum vastatum à Flandriæ Comite, qui Carolum Francum Siciliæ Regem sequebatur: ab eo dicta est Regio *di Monte Chiaro.*

Gambara: *Gambara*, ad incile Nauilionis.

Insuleta: *Isoletta*, ad Nauilionem Fl.

Baniolum, seu Balneolum: *Baguuolo*, ad Fl. Garciam.

Caluisanum quibusdam Caluisij Forum, quasi Caluisius cuius Cæsar meminit ei imposuerit nomen: *Caluisano.*

Pratum Alboïni: *Pra-Alboino.*

Mineruium: *Minerbio.*

Pons Vicus: *Ponte Vico*, lautum oppidum Leandro.

Orci Veteres & Noui: *Orci Vecchi, & Nuouo*, sed Noui clariores, lautiores, & ditiores: oppidũ à Venetis munitum an. 1134. cui arx adiecta est: antea dicebatur Fanum S. Georgij.

Quintianum, aut Quintiani Villa: *Quinzano*, patria Francisci Stoæ viri doctissimi, & de poëticâ optimè meriti.

Rudianum: *Rudiano*, non procul ab Ollio.

Pons Ollij: *Ponte Oglio*, vbi iungitur ponte nobili Ollius Fl.

Palatiolum: *Palazzuuolo*, vbi quoque Pons Ollij, oppidum frequens, & luculentum.

Capreolum: *Capreoli*, in Franciâ Curtâ de quâ mox; olim oppidum permunitum, sed destructum à Carolo Franco Siciliæ Rege.

Cla-

Clarium: *Chiari*, nobile oppidum ab aquarum claritate sic dictum, multis riuulis eluitur in Ollium cadentibus. Hîc ædes sacra planè magnifica, & nobilis sacerdotum chorus.
Castrvm Isevm: *Iseo*, vbi ædes collegialis inclyta: lacui Sebino nomen dedit.
Castellum Pisonium: *Pisogni*, ad prædictum lacum, vbi Ollium Fl. hausit.

LACVS
- Benacvs: *Lago di Garda*, de quo in Veronensi agro.
- Idrinvs, olim Edrinus: *Lago d'Idro*, Fl. Clusium recipiens, & reuomens, ab vrbe *Idro*, olim Edro dicitur.
- Sebinvs, seu Seuinus: *Lago d'Iseo*, Ollium Fl. sorbet, emittítque, & Bergomensem agrum attingit vt Brixianum.

FLVVII.
- Ollivs: *Oglio* per Camonicam vallem decurrens, & haustus redditur à Sebino lacu, cadit postea in Padũ: eius aquæ limpidissimæ, & eius anguillæ magni fiunt in Italiâ. In eum defluunt
  - Nauilius: *Nauilio*.
  - Mella: *Mela*, aliter Latinè Mellone dictus.
  - Clusius, *Chiese*, quem lacus Idrinus accipit, & reddit auctiorem.
  - Alij Riuuli sunt parui, aut nullius nominis.

VALLES PRÆCIPVÆ AGRI BRIXIANI.
- Camonica: *Val Camonica*, à Leandro Camunia, videlicet à Camulis populis: fluuio Ollio irrigatur, valde ferax atque lauta, & monte Aurigâ *Zapelli Auriga*, à Valle Tellinâ separatur.
- Tropia Bottero Trombia: *Val Tropia*, inter editissimos montes iacet, & Mellâ fluuio eluitur.
- Sabiana: *Val di Sabio*, Clusio fluuio irrigatur, & Idrinum lacum includit.

REGIVNCVLÆ AGRI
- Riparia Salonia: *la Riuiere de Salo*, Italis *Riperia di Salo*, distribuitur in 36. districtus, qui Consilium legunt, sicque quietè & tranquillè viuunt, Præfecto Veneto prouidente, ne quid sua Resp. detrimenti patiatur.
- Planities Montis Clari: *Campagna di Monti Chiari* fertilissima, & peramœna.
- Francia Cvrta: *Franza Curta*, sic dicta, vt quidam

BRIXIANI. putant à Francis qui hîc consederunt post victum à Carolo Magno Desiderium. Capreolus apud Leandrum hoc nomen ait huic regiunculæ impositum, quòd cùm vouisset Carolus Magnus se celebraturum festum S. Dionysij in Franciâ, & eiusmodi tempora incidissent quibus relinquere non posset Italiam, constituit ædem S. Dionysio circa Rodengum, vulgò *Riuadega*, & hunc tractum Franciam Curtam hoc est paruam, vel breuem appellauit.

SECT. 5. *Ager Bergomensis*, le Bergamasque, *aut* Bergamasc.

VRBES AGRI BERGOMEN-

BERGOMVM: *Bergamo*, hoc est mons Regalis veteri Gallorum linguâ, ait Ioan. Chrysostomus Bergomas lib. de Orobiis: vrbs est in latere montis posita, cuius radices amplissima suburbia occupant, nouem propugnaculis regiis munita est, & castro in monte qui Capella dicitur, quia hîc olim ædicula: castrum aliàs dirutum iterum excitatum est ad præsidium vrbis.

Seriatum: *Seriato*, ad Fl. Serium vnde nomen habet.

Martinengum: *Martinengo*, oppidum diues, & frequens.

Romanum: *Romano*, frequens quoque oppidum, & mercibus suis celebratum.

Malpaga, *Castro Malpaga*, cultissimum castrum à D D. Martinengis reparatum.

Ædes D. Mariæ Basselanæ: *Basella*, non procul à Serij Fl. ripâ, vbi B. Virgo monuit rusticam puellam, vt hîc Crux ad Quercum effoderetur quâ repertâ exclamauit *Bassela* voce patriâ, vnde loco nomen inditum.

CALEPIVM: *Calepio*, à quo dicta vallis Calepia ad Ollium ex Sebino lacu exeuntem, patria Ambrosij Calepini Eremitæ S. Augustini, de re Latinâ optimè meriti, ob voces Latinas in syllabum digestas.

Spinum: *Spino*, vnde lacus cognominis.

CLVSONIVM: *Cluson*, locus iis cognitus qui in vallem Tellinam proficiscuntur; quindecim enim in hoc tractu angustiæ, seu aditus, quibus hinc transire ad Gri-

SIS.

- ſones queas, omnes in Tabulâ recente notati, & appellati.
- Luerium : *Loner*, ferè ad caput Sebini lacus, in valle Chiuſontiâ oppidum lanificio diues.
- Vlmum : *Olmo*, vnde valli nomen.
- Fanum S. Ioannis Beccenſis : *S. Gioanni Becco*, ad Fl. Brembum.
- Bramates : *Brembato di Sotto*, ad Fl. Brembum.
- Caueriatum : *Capriato*, non procul ab oſtio Fl. Brembi in Adduam.

FLVVII.

- OLLIVS : *Oglio*, de quo ſuprà — Recipit fluuiolum Spinum : *Spino*, ex lacu cognomine prodeuntem.
- ADDVA : *Adda*, in quem cadunt duo celebres Fl.
  - Brembus : *Brembo*, magnam huius agri partem alluens, multóſque fluuiolos ſorbens.
  - Serius : *Serio*, de quo Sect. ſequenti.

PRÆCIPVÆ VALLES AGRI BERGOMENSIS.

- SERIANA : *Val Seriana*, à Serio Fl. ſatis fertilis ; vbi olim Becuni.
- BREMBANA à fluuio Brembo, ampliſſima, & feraciſſima, & ferè per totum hunc tractum decurrens.
- MARTINIANA : *Val S. Martino*, ad Addam dum exit è lacu Comenſi, in primis amœna.
- CALEPIA : *Val di Calepio*, ad exitum Ollij ex Sebino lacu.
- CHIVSONTIA : *Val di Chiuſontio*, ad eiuſdem lacus Sebini caput.

SECT. VI. *Ager Cremenſis*, le Cremaſque, ou Cremaſc.

VRBES

- CREMA : *Crema*, nobis *Creme*, olim Forum Diuguntiorum Ptolemæi, nomen aliqui mutatum putant, quòd cremata fuerit iuſſu Archiepiſcopi Mediolanenſis ob incolas Antropomorphitas : prima eius mentio fit ſub Friderico Ænobarbo à quo æquata eſt ſolo, ſed à Cremonenſibus reparata eſt ; alij ab eodem Friderico reſtitutam malunt. Olim tantùm Caſtrum erat, vnde prouerbium Crema in Lōgobardiâ.

AGRI CREMENSIS.	Sita est in amœnissima planitie, muris firmissimis, & semper egregiè instructa armis, & cibariis, quia hostibus obiicitur potentissimis.
	Roboretum vicus: *Rouorete.*
	Fanum S. Bassani: *S. Bassano.*
	Ripalta: *Riuolta*, triplex: *Riuolta Vecchia. Riuolta Nuoua. Riuolta Arpina.*
	Reliqua loca quæ vulgò huic regioni assignantur à Geographis, extra huius tractus limites iam inueniuntur.
FLVVIVS.	Serivs: *Serio*, aquis limpidissimis hunc totum tractum irrigat, & Cremam stringit.
	Multos quoque recipit fluuiolos nullius penè nominis, sed magnæ huic regiunculæ vtilitatis.

§. 3. *Ditio Reipublicæ Venetæ extra Italiam.*

IN ORA DALMATIÆ.	Iadera: *Zara*, caput Comitatus.	Vitalis Falerius Dux Venetus hũc tractũ obtinuit Venetis ab Alexio Imperatore, cui suppetias tulit anno Christi 1096.
	Ænona: *Nona.*	
	Nouigradia: *Nouigrade.*	
	Sicum: *Sebenico.*	
	Fanum S. Nicolai: *S. Nicolao.*	
	Spalatum: *Spalatro, ou Spalatto.*	
	Cattara: *Cattaro.*	
	Butua: *Budua.*	
	Tragurium: *Trau.*	
	Piguntium: *Almissa.*	
INSVLÆ ORAM DALMATIÆ PRÆTEXENTES.	Absyrtides: *Cherso*, & *Osero.*	
	Vegia: *Vegia*, seu *Veglia.*	
	Arba: *Arbe.*	
	Gissa: *Pago.*	
	Bratia: *l'Abrazza.*	
	Pharos, seu Pharia: *Lezina.*	
	Issa: *Issa*, seu *Lissa.*	
	Corcyra Melæna: *Curzola.*	
	Cheroma Scopulus: *Chiroma*, è regione Ragusæ, quem nullo pretio Ragusini emere potuerunt ad arcem extruendam in tutelam vrbis suæ.	

IN ORA ALBANIÆ.
- Piſcinæ Butruntinæ : *les Peſcheries de Butrinto.*
- Parga : *Parga*, vrbs munita cum arce firmiſſimâ.

IN MARI IONIO.
- Corcyra : *Corfou.*
- Paxus vtraque : *Paxu*, & *Antipaxu.*
- Cephalonia : *Ceſalogna.*
- Cephalonia minor, ſeu vetus: *Picola Cephalogna*, ſeu *Vecchia.*

IN MARI ÆGÆO.
- Creta : *Candie*, cum quatuor ſuis Territoriis.
- Cythera : *Cerigo.*
- Cerigota : *Cicerigo*, à nautis *Gerigota.*
- Tenos : *Tine*, aut *Tini.*
- Mycone : *Mycone*, aut *Mycole.*

§. 4. *Vrbes & ditiones Venetis ab Turcis ereptæ.*

SVB AMVRATHO.
- Theſſalonicam : *Saloniqui*, perdidere, quæ eis vendita fuerat ab Andronico Palæologo.
- Scanderbegus Epirota eis moriens obtulit Croiam, & totam ditionem ſuam, ſed eam vtpote remotiorem à mari ſeruare non potuerunt.

SVB MAHVMETO SECVNDO.
- Moream munire cœperant magno labore, & ſumptibus excitato Hexamilo, ſed munitiones ſuas flagitioſè deſeruêre præſidiarij, & ægrè Modonem, & Coronem ſeruauere.
- Ereptæ quoque ſunt iis ab eodem Imperatore Eubœa *Negrepont*, Lemnos *Stalimene*, Leſbos *Metelin*, Leucas *Saincte Maure*, & aliquot aliæ, quæ poſtea receptæ ſunt ab iis.

SVB BAIAZETHO SECVNDO.
- Perdidere Coronen, *Coron*, Methonen *Modon*, Naupactum *Lepante*, Dyrrhachium *Duras.*

SVB SELIMO SECVNDO.
- In ora Dalmatiæ aliquot vrbes, vt Antibarium *Antivari*, Dulcinium *Dolcigno*, &c.
- Margaritinum: *Margaritin*, in Chimariotis Epiri, ſeu Albaniæ.
- Cyprvs denique bello tentata anno 1571. eis prorſus erepta eſt 1572. captis Nicoſiâ atque Famaguſtâ.

SVB HIBRAIMO IMPERATORE IAM REGNANTE.	Amisere Caneam, & magnam Cretæ partem, quæ tota Veneta desinet esse nisi Principes Christiani inter se conueniant, licèt Veneti supra vires repugnent, & hosti tanto soli propemodum pares videantur.

CAPVT III.

De Principibus Longobardiæ.

HÆc est difficillima, & intricatissima totius Italiæ portio, in quâ expediendâ plurimùm nobis laborandum fuit. Porrò totam hanc descriptionem sex Paragraphis expediemus; primus erit de Ducatu, seu Duce Mediolanensi; 2. de Sabaudo; 3. de Duce Mantuano, & Montiferrati; 4. de Parmensi; 5. de Mutinensi; 6. de Minoribus Principibus sui tamen iuris; quorum omnium tibi iterum stemma proponimus.

Maiores Principes Longobardiæ.

DVX MEDIOLANENSIS.		TERR. MEDIOLANENSE: *Milanese.* Mediolanum: *Milan.*
		TER. COMENSE: *Comese.* Comum: *Come.*
		COMIT. ANGHERIÆ cum ditione ad lacum Verbanum *Angheria, & Domo d'Oscella.*
		TER. NOVARIENSE: *Nouarese.* Nouaria: *Nouare.*
		VIGEVANENSIS AGER: *Vigeuanasco.* Vigeuanum: *Vigeuano.*
		PAPIENSE TER. *Pauese.* Papia seu Ticinum: *Pauie.*
		LAVDENSIS AGER: *Lodigiano.* Lauda: *Lodi.*
		CREMONENSE TER. *Cremonese.* Cremona: *Cremone.*
		ALEXANDRINVS AGER: *Alessandrese,* Alexandria: *Alexandrie la Paille.*
		DERTONENSIS AGER: *Tortonese.* Dertona: *Tortone.*
		Hinc quoque pendent Finalium, & Pontremolium in agro Genuensi extra Longobardiam.
DVX	PEDEMON-	PRINC. PEDEMONTII. Taurinum: *Turin.*
		MARCH. SALVTIARVM. Salutium: *Salusses.*
		COM. ASTENSIS. Asta: *Aste.*


LA LOMBARDIE, ET RIVIERE DE GENES
MER DE GENNES
MER DE TOSCANE
PROVENCE
DAULPHINE
PIEMONT
SAVOYE
PLAISANCE
MODENE
CORREGIO
NOVELLARA
Crema
Bergamo
Bressa
Lodi
PAVIE
NOVARRE
VALTELINE
LA TOSCANE
Luques

SABAVDIÆ.

- TIVM.
  - MONS-FERRATVS SABAVDICVS. Tridinum: *Trin.*
- COMITATVS NICEÆ.
  - Vicariatus NICEÆ. Nicea: *Nice.*
  - Vic. BARCELLONÆ. Barcellona: *Barcinonette.*
  - Vic. SOSPELLÆ. Sospella: *Sospello.*
  - Vic. PVERINI. Puerinum: *le Poggiet.*
  - Vallis S. STEPHANI. Fanum S. Stephani: *San-Stephano.*

DVX MANTVANVS.

- DVCATVS MANTVANVS. Mantua: *Mantouë.*
- DVCATVS MONTISFERRATI. Casale S. Euasij: *Casal S. Vas.*
- DITIO BRESSELENSIS. Bressellum: *Brexello* in agro Rhegiensi, Ducis Parmensis.

DVX MVTINENSIS.

- DVCATVS MVTINENSIS. Mutina: *Modene.*
- DVCATVS RHEGIENSIS. Rhegium: *Reggio.*
- PRINCIPATVS CARPENSIS. Carpi: *Carpi.*
- REGIO FRINIANA. Sestula: *Sestolo.*
- REGIO CARFINIANA. Castrum Nouum: *Castro Nuouo.*
- DVCATVS CORREGIANVS. Corregium: *Corregio.*
- ROLIENSIS COMITATVS Rolium: *Roly.*
- DITIO SAXVLANA. Saxulum: *Sassúuolo*, seu *Sasseüil.*

DVX PARMENSIS.

- DVCATVS PARMENSIS. Parma: *Parme.*
- DVCATVS PLACENTINVS. Placentia: *Plaisance.*
- STATVS PALAVICINI. Burgus S. Donini: *San-Donino.*
- PRINCIPATVS LANDENSIS: *Principauté de Landi.* Burgus Vallis Tarensis: *Borgo di Val Taro.*
- COMITATVS ROSSENÆ Rossena: *Rossena.*
- TERR. FLORENTIOLÆ. Florentiola: *Fiorenzuuola.*

Minores Principes Longobardiæ.

DVX MIRANDVLANVS

- Mirandulæ Ducatus. *Mirandola.*
- Concordiæ Comitatus. *Concordia.*

PRINCEPS MACERANI. Maceranum: *Macerano.*

PRINCIPES

- DVX GVASTALLÆ. Guastalla: *Guastalle.*
- DVX SABVLONETI. Sabulonetum: *Sabionetta.*

Co-

EX FAMILIA MANTVANA.	COMES NOVELLARIÆ. Nouellaria: *Nouellara.*
	PRINCEPS BOSSOLENSIS. Bossulum: *Bossolo*
	MARCHIO CASTILIONÆVS STIVERÆVS: *Castiglio de la Stiuere.*
	DOMINVS SOLFARINI. Solfarinum: *Solfarino.*

§. I. *De Ducatu Mediolanensi, & ditionibus ei insertis.*

EVOLVERE debemus hoc §. præcipuam Longobardiæ partem, quam Hispanus magnâ sollicitudine tuetur, vocátque Antemurale regni Neapolitani; quam accipit clientelarem ab Imperatore, ex quo & cæteri Principes, si paucos excipias, pendere dicuntur.

SECT. I. *Historica descriptio.*

NVM. I. *Nomen.*

NOMEN accepit à primaria vrbe, eáque amplissima Mediolano; ac primùm Principatus fuit, seu Dominium; tandem in Ducatum transiit an. 1395. per Venceslaum Imperatorem in gratiam Ioan. Galeatij.

NVM. 2. *Qualitas Ducatus Mediolanensis.*

OLIM latissimè patuit hic Ducatus, siquidem Galeatius primus Dux accepit à Venceslao Imperatore an. Christi 1395. Brixiã, Bergomum, Comum, Nouariam, Vercellas, Alexandriam, Dertonam, Bobium, Placentiam, Rhegium, Parmam, Cremonam, Laudam, Tridentum, Cremam, &c. Veronam, Vicentiam, Feltrium, Bellunum, & alias plerasque ditiones; Pisas etiam idem Galeatius ab Apianis redemit, aliquot vrbes ademit Mantuano, ac supra reliquos Principes Italiæ caput extulit. Sed sub eius filio Ioanne Mariâ ditiones aliquot distractæ sunt: Pisæ Florentinis venditæ, Verona & Vicentia sese Venetis submiserunt, & sensim ad eum statum quem nunc videmus hæc ditio redacta est.

Nunc verò (inquit *Guarinus*) complectitur tantùm ciuitates decem cum earum territoriis Mediolanum, Ticinum seu Papiam,

Cremonam, Laudam, Dertonam, Alexandriam, Comum, Nouariam, Bobium, & Vigeuanum.

Itaque *longitudo* eius desumitur à pago Rusca in regionibus Inalpinis, ferè Sabulonetam vsque; quod spatium complectitur circuli maioris duos gradus cum dimidio, ac proinde 150. millia pass. Francicas leucas 75. Germanicas 37. cum dimidia. *Latitudo* à Sauinione *Sauignone* in limite Genuensi ad montem sancti Gothardi planè longitudini similis est, videlicet 2. graduum cum dimidio maioris circuli. Circuitus denique peritiorum iudicio est 300. mil. passuum.

NVM. 3. *Qualitas huius regionis.*

REGIO tota imprimis rigua est multis fluuiolis interscissa, multis lacubus distincta; incilibus plurimis in omnem partem deductis diues. Circa Mediolanum tanta oryzæ copia prouenit, vt per vniuersam Italiam, ac Galliam distribuatur. Ager Cremonensis vini feracissimus est ac fructuum, Ticinensis lini, Laudensis pascuorum: laudantur huius regionis casei, quorum se vidisse aliquos, ait Leander, 500 librarum.

NVM. 4. *Politia Ducatus Mediolanensis.*

REGIMEN POLITICVM huius regionis ita se habet: præest Gubernator *le Gouuerneur de Milan*, qui Vicarius Generalis dicitur, penes quem arbitrium rerum omnium politicarum, & electio omnium Magistratuum, quorum potestas biennio expletur. Assidet Gubernatori Consilium secretum constans ex Generali Duce omnium copiarum militarium, Castellano Mediolanensi, Cancellario, Præside Senatus, Præside Magistratuum oppidanorum, Quæstore Generali, cui aliqui adiunguntur ex Regis gratiâ.

REGIMEN CIVILE. Senatus Mediolanensis constat ex Præside & XII. Senatoribus, quorum tres solent esse Hispani, cæteri ex præcipuis ciuitatibus eius Status, è quibus solet ex veteri consuetudine legi *Regens*, qui in Hispania Regi assistat. Ab hoc Senatu nulla appellatio. Omnes Ciuitates & Castella reguntur vt plurimùm à duodecim Decurionibus, qui sorte eliguntur è capsâ Consiliatiorum qui LX. numerantur: hi autem omnes Decuriones Mediolani degunt.

Reditvs ſuperiori ſæculo, vt refert Philippus Cominæus, Ducum ſeptingenta millia Ducatorum annui reditus erant. Nunc autem Hiſpanus vulgò octingenta percipit, præter exactiones, & multa onera miſeræ plebeculæ à Gubernatoribus impoſita. Vnde prouerbium; in Siciliâ Hiſpanos miniſtros arrodere, in Regno Neapolitano comedere, in Ducatu omnia conſumere atque deuorare.

Copiæ. Hîc ſcribuntur vulgò tria millia peditum Hiſpanorum, mille velites, ſexcenti equites Cataphracti: quæ copiæ etiam aluntur tempore pacis. Sed bello vigente, quod numquam deferueſcit, longè maiores copiæ educuntur, & eò confluunt ex Hiſpaniâ, & Regno Neapolitano, Comitatu Tirolenſi, & aliis locis. Tormenta bellica, atque arma hîc tot ſeruantur, vt ad tutelam vniuerſæ Italiæ ſufficere videantur.

Principes præcipui huius ditionis ſunt, Marchio Marignani ex Mediceâ Domo, Marchio Triuultius, Comes Borromæi, & aliquot alij.

Nvm. 5. *Mores huius regionis.*

Ingeniosos viros totus hic tractus alit, & maximè deditos artibus mechanicis; quare hîc artifices locum dedere prouerbio: euertendum eſſe Mediolanum vt vniuerſæ Italiæ prouideatur. Lautè & ſplendidè veſtiri volunt, quare hîc plerique Biantis æmuli omnia ſua ſecum portant. Minùs zelotypi ſunt, minúſque vindictæ appetentes quàm reliqui Itali: mulieres operis Phrygij peritiſſimæ ſunt.

Nvm. 6. *Principes Mediolanenſes.*

Originem traxere Duces Mediolanenſes ab Vrberto & Comitibus, vel Vicecomitibus Angeriæ, qui grauiter accepti ſunt à Friderico Ænobarbo Imperatore. Is Imperator deſtruxerat Mediolanum, & Vicarium appoſuerat qui Lõgobardiæ præeſſet. Mathæus cognomento Magnus ab Arnulpho Imp. an. 1294 Vicarius conſtitutus eſt, qui Principum Mediolanenſium auctoritatem viſus eſt firmare. Tandem Ioan. Galeatius III. Dux creatus eſt à Venceſlao, itémque Comes Angeriæ, & vniuerſæ regionis ad lacum Verbanum. Genuit ille è Catharina filiâ Ioannis Regis Francorum Valentinam quæ nupſit Ludouico Turonenſi aliter Ande-

gauensi, Caroli V. Francorum Regis filio, eâ lege, vt si fratres eius morerentur sine liberis Ludouicus in Ducatum succederet. Ex eâ autem natus est Carolus Dux Aurelianensis, & Mediolanensis, pater Ludouici XII. Francorum Regis. Idem Galeatius è Catharina tertiâ coniuge, suscepit filios duos Ioan. Mariam qui patri successit, & cæsus est anno 1412. & Philippum Mariam qui fratri successit, fuitque III. Dux Mediolanensis. Is obiit 1447. sine legitimâ prole, relictâ tantùm Blancha Maria, ex concubinâ, quæ nupsit Francisco Sfortiæ. FRANCISCVS SFORTIA vir fortissimus nothus Mutij Cotignolæ post interregnum annorum 2. & sex mensium ex Imperatore exercitus Mediolanensis creatus est Dux IV. suscepitque ex Blanchâ nothâ Philippi Mariæ III. Ducis liberos duos, Galeatium Mariam Sfortiam Ducem V. & Ludouicum Mariam qui postea Dux VII. fuit. Galeatius Dux VI. genuit Ioan. Galeatium Ducem VI. cuius filius Franciscus Sfortia susceptus ex Isabellâ Alphonsi Neapolitani Regis filiâ exclusus est Ducatu, Dúxque fuit Barij. Ludouicus verò Maria Dux VII. à Ludouico XII. Francorum Rege eiectus est anno 1499. & anno sequenti 1500. captus in carcere obiit in Galliâ, postquam ex Beatrice Herculis Estensis filiâ Maximilianum Mariam Sfortiam genuisset, qui Dux VIII. creatus est anno Christi 1512. à Venetis, Hispano, Papa & Heluetiis coniurantibus, tradente ei ciuitatis claues Episcopo Sedunensi, sicque exclusi sunt Galli cum Ludouico XII. post pugnam cum Heluetiis ad Nouariam. Verùm Franciscus primus cùm duxisset Claudiam filiam Ludouici XII. Alpes transcendit, Heluetios ad Malignanum vicit, vrbem arcémque Mediolanensem recepit, & deditum Maximilianum in Galliam misit, vbi obiit in carcere. Sed cùm Carolus V. Mediolanum recepisset Franciscum filium Ludouici VII. Ducis, & fratrem Maximiliani Ducem creauit, qui sine liberis mortuus est anno 1535. Sicque ad Hispanos rediit hæc ditio, qui negant conuentionem in nuptiis Valentinæ ab Imperatore confirmatam esse, ac proinde nullam contendunt: atque hodie ex Imperatore pendere, qui hanc Regi Hispaniæ concessit. Hæc autem paulò implicatiora tibi sic ob oculos ponimus.

Stemma Ducum Mediolanensium.

- IOAN. GALEATIVS Primus DVX
  - Ex Catharina filiâ Ioan. Regis Frãc.
    - VALENTINA, ex quâ
      - CAROLVS Dux Aurelianensis
        - LVDOVICVS XII. Rex Galliæ
          - CLAVDIA quæ nupsit Franc. I.
  - Ex Catharinâ 3. coniuge filiâ Vicecom. Barnabæ
    - IOANNES MARIA Dux II.
    - PHILIPPVS MARIA Dux III.
      - BLANCHA MARIA notha vxor Franc. Sfortiæ.
- FRANC. SFORTIA, cui nati sunt ex Blanchâ nothâ Phil. Mariæ III. Ducis.
  - GALEATIVS MARIA Dux V.
    - IOANNES GALEATIVS ex Isabellâ Alphonsi filiâ Dux VI.
      - FRANCISCVS SFORTIA Dux Barij.
      - BONA DVCISSA Barij, & vxor Sigismundi Poloniæ Regis.
  - LVDOVICVS MARIA Dux VII. exclusus & captus à Ludouico XII. cui ex Beatrice Estensi in carcere nati
    - MAXIMILIANVS SFORTIA Dux VIII. creatus à confœderatis, & captus à Francisco I. Rege Francorum.
    - FRANCISCVS SFORTIA Dux IX. factus à Carolo V. Imperatore, ex quo ad Hispanos transiit.

SECT. II. *Ducatus Mediolanensis Geographica descriptio.*

NVM. I. *Synopsis Ducatus Mediolanensis.*

- DVCATVS ME-
  - PARS
    - PARS CAMPESTRIS
      - TERRITORIVM MEDIOLANENSE. *Milan.*
      - NOVARIENSIS Ager. *Nouare.*
      - LAVDENSIS Ager. *Lodi.*
      - CREMONENSIS Ager. *Cremone.*
  - BO-
    - PARS
      - COMENSIS Ager, seu circa Larium lacum — Comum: *Come.*

DIOLANENSIS. { REALIS { MONTANA { COMITATVS ANGHERIANVS, seu ditio circa Verbanum lacum { *Angheria, Domo d'Oscella.*
PARS MERIDIONALIS. { LVMELIANA { TICINENSIS Ager. Papia : *Pauie.* VIGEVANVS Ager. *Vigheuano.*
PARS TRANSPADANA. { ALEXANDRINVS Ager. *Alexandrie la Paille.* TORTONENSIS Ager. *Tortone.* BOBIENSIS Ager. *Bobbio.*

NVM. 2. *Territorium Mediolanense.*

VRBES TERRITORII {

MEDIOLANVM : *Milano*, nobis *Milan*, ciuitas 8. mil. passuum. De variis eius casibus, & dominis vide Leandrum. Arcem habet dictam portæ Iouiæ, vulgò *le Chasteau de Milan*, munitissimam : muri vrbis crassissimi, magna copia tormentorum bellicorum, in Palatio vrbis armamentarium armis refertissimum. Suburbia cum magnis vrbibus conferenda; artifices tam multi vt omnibus vrbibus Italiæ sufficere queant, vt præmonuimus.

Melignianum : *Melignano*, Gallis *Marignan*, ab Mediolanensibus conditum oppidum an. 1243. ad illud Franciscus I. vicit Heluetios an. 1515. cuius prælij gloriam satis ineptè Leander refundit in Venetos.

Ripalta: *Riu'Alta*, ad Adduam Fl. celebris victoriâ Lud. XII. quæ Rem Venetam penè afflixit, hoc prælium dicitur aliter *Ghierra d'Adda*, quia Regio circumposita sic appellatur, ADDVA GLAREA Leandro, Georgio Merulæ lib. 6. cap. 8. INSVLA FVLCHERIA, & sic vocant agrum inclusum inter Adduam & Serium fluuios, & montes Bergomates. In eodem tractu

CARAVAGIVM : *Carauaggio*, oppidum nobile victoriâ Francisci Sfortiæ Mediolanensium exercitus præfecto, qui Venetos hîc profligauit.

Melpum, seu Melci : *Melzo*; ad Fl. Melgolam *Mergora*, oppidum perantiquum, & olim opulentum in ditione Triultiorum.

Bicoca : nobis *la Bicoque*, vbi victi sunt Galli à Prospero Columnâ anno 1522.

1.7.239

179

LE DVCHÉ DE MILAN

SVBIECTS DES SVISSES

LES GRISONS

Bellinzona

Magadino

Domo d'Oscella

Vgogna

Varallo

Borgo di Sessia

NOVARESE

VERCELLESE

Come

Lecco

BERGAMESE

Bergame

Milan

Crema

Lodi

Vercelles

Trino

Casal

Vigeuano

PAVESE

Plaiue

le Po

Valenza

ALEXANDRINE

Alexandrie

Tortona

TORTONESE

Voghera

Plaisance

PLAISANTIN

Bobbio


BOBIESE

MONT FERRAT

Acqui

Seruaualle

GENOVESAT



MEDIOLANENSIS.

Caſſanum: *Caſſano*, olim frequens oppidum, cum munitiſſimâ arce, ſed bello Franciſci I. & Caroli V. deformatum. Hîc victus Actiolinus.

Ceſanum: *Ceſano.*

Abia Craſſa: *Abia Groſſa*, aliter Albiate Georgio Merulæ ad Ticinellum, ſeu Nauilium qui Mediolanum tendit: olim opulentum & nobile, ſed bellis Gallorum & Hiſpanorum malè affectum.

Robeccum: *Robecco*, vbi prædictus Ticinellus ponte iungitur.

Curia Picta: *Corbetta*, ait Alciatus.

Sidrianum: *Sidriano*, quaſi *ſedes Deſideriana* à Rege Longobardo Deſiderio ſic dicta.

Vittone: *Vittonuouo*, aliter Latinè Vicus Tadonis Alciato.

Maxenta, ſeu Maxitia: *Maxenta*, quod nomen alij trahunt à Maximo Æmiliano Imp. alij à Tyranno Maxentio.

Gorgongiola: *Gorgonzola*, ad quam Nauilius Marſenatæ ex Addua deriuatus ponte nectitur, húncque illic decuſſat Fl. Mergola.

MONTIA: *Monza*, Paulo Diacono Modoentia, malè Moguntiacum à quibuſdam recentibus Geographis. Aucta eſt & nobilitata à Theodorico Rege Gothorum: vaſtata, poſtea refecta fuit. Mos viguit diu vt hîc Imperatores coronam ferream acciperent. Data eſt à Carolo V. Antonio Leuæ Hiſpano.

Tretium: *Trezzo*, ad Fl. Adduam munitiſſimum oppidum conditum cum ponte 1370 à Barnabâ Vicecomite.

Vauarum: *Vaprio*, aliter Vaprium, & Vauire dictum, non inhoneſtum oppidum.

Bripia, ſeu Briuium: *Briuio*, in Adduæ ripâ.

Mogutium: *Moiana*, malè Moguntiũ; fortè & Mons acutus.

Alciatum: *Alzato*, aliis Alſiatum, quod improbat Alciatus, de quo multa in gratiam ſui nominis Alciatus.

Vicus Martis, ſeu Vicus Mercatus ad Fl. *Morgora*, lautiſſimus pagus, vbi vetus inſcriptio.

Parlaſina: *Parlaſina*, malè in Tabulis *Barlaſina*, patria S. Petri Martyris Dominicani.

Dalmaſium: *San-Delmaſio.*

Lignanum: *Legnano*, vbi pons Oronam Fl. nectit.

BRI-

MONTES.

BRIGANTINI : *Monti di Brianza*, ita dicti vt putat Leander à Græco *βειδω extollo*, parùm probabiliter; nam hæc vox recens: vel ad similitudinem regionis quæ extenditur ad lacum Brigantinum *le Lac de Constance:* & sic dictos volunt, vt & regionem circumpositam, à militibus Friderici Ænobarbi, qui hinc vexauere Mediolanenses.

FLVVII TERRITORII MEDIOLANENSIS.

Arnus : *Arno*, veriùs torrens.

Ticinellus, seu Nauilius : *Ticinello*, seu *Nauilio*, Mediolanum deductus, & Adduæ iunctus, itémque auctus fluuiorum aliquot concursu.

Orona : *Olana.*

Lura : *Lura*, seu *Seuese.*

LAMBRVS : *Lambro* aquarum perpetuâ claritate nitens, & piscibus optimis abundans, quem perperam Blondus ex Lugano lacu effundit, veriùs ex Eupili, de quo postmodum agemus.

Melgola : *Mergora.*

Muccia: *Muzza.*

Silarus : *Silaro.*

Addua : *Addua*, de quo in agro Bergomate.

NVM. 3. *Territorium Comense, seu Regio Lario lacui circumposita.*

LOCA IN PENINSVLA LARII

COMVM : *Como*, nobis *Come*, excisum est ab Anselmo Pusterulo Archiepiscopo Mediolanensi, quòd Antistitem ex eius arbitrio recipere nollet, & tum erat in edito loco positum; postea reædificatum est vbi nunc visitur ad laci ripam. Castellum habet adiunctum d- ctum *Turris rotunda:* vrbs diues & deliciis affluens, incolæ industrij, & diligentes; patria fuit Pauli Iouij.

Paralasca : *Parlasca* vicus celeberrimus.

Tornus : *Torno*, vicus in Promontorio à Comensibus aliàs pessimè acceptus.

Plinianum : *Pliniano*, olim Pliniana villa, de cuius fonte in Admirandis.

Belasium : *Belasia*, oppidum in extremâ peninsulâ situm, peramœnum & lautum.

LACVS.

Aſſus pagus: *Aſsio*, vnde vallis Aſſina nomen traxit *Val d'Aſsio*, fertilis admodum, & diues.

LOCA AFFIXA RIPÆ OCCIDENTALI LARII.

Canobium: *Canobio*, patria Ioannis Canobini.

Balbianum: *Balbiano*, malè in Tabulis *Balbiaro*, è cuius regione ſequens Inſula

Comacena: *Iſola Comacina*, cuius fit mentio apud Paulum Diaconum, ad eam enim fugere multi Principes Longobardi & Romani cum ſuis theſauris, qui ab Antare Longobardorum Rege fame compulſi ſunt ad deditionem poſt ſemeſtrem obſidionem.

Pianellum: *Pianella*, malè *Piadella*, cuius laudantur lapides molares, quorum hîc celeberrima lapicidina.

Muſſum: *Muſſo*, in præcelſo & difficili monte quem Larius lacus eluit. Celebratur rebus geſtis Iacobi Medicei ciuis Mediolanenſis, qui præpoſitus cuſtodiæ laci à Franciſco Sfortiâ II. ſibi imperium huius vrbis arrogauit. Hinc quoque fuit Marchio Antonius de Leua Hiſpanus. Hîc etiam lapidicinæ marmoris candidiſſimi.

Sorigum: *Sorigo*, in ſuprema penè parte laci.

LOCA AFFIXA RIPÆ ORIENTALI LARII LACVS.

Leucum: *Lecco*, vbi ponte nobili iungitur Addua Fl. Quomodo autem venerit in ditionem Ducum Mediolanenſium vide Leandrum. Hîc Addua ex aquis Larij tumet, vnde hîc à quibuſdam lacus Leuci nominatur.

Varrena: *Varena*.


Bellanum: *Bellano*, nobile oppidum, & ſplendidis ornatum ædificiis, & potiſſimum templo quod Duces Mediol. condidere. Habet & pontem ex lapide quadrato, quo iungitur Fl. *Piouerna*. Nunc titulum gerit Principatûs Sfondradorum Cremonenſium.

Arx Fontanenſis: *le fort de Fuentes*, quâ ſibi vindicare putabat Hiſpanus Tellinam Vallem, cuius cauſâ tantâ contentione dimicatum eſt.

FLV-

Addva: *Adda*, Vallem Tellinam irrigat, quâ decurſa cadit in Larium lacum, & ex eo copioſior emergit, ac demum in Padum cadit.


LE LAC MAIOVR
LAC MAIOVR VERBANVS
Iadis
LES SVISSES
LAC DE LVGANO
PARTIE DV NOVARESE
PARTIE DV TERRITOIRE DE MILAN
LAC DORTA


LE LAC DE COME
LAC DE COME
Iadis LARIVS
PARTIE DES GRISONS
MONTI DI BRIANZA

VIVS.
- Piuernus: *Piouerna*, ad Bellanum cadit in Larium lacum.
- Varrus: *Varro*, ſupra Piuernum cadit in eundem lacum.

LACVS.
- Larivs, nunc Comenſis: *Lago di Como*, nobis *le Lac de Come*; maximè truttis abundat: & ſi bene hunc dimenſi ſunt Angelus Mediolanenſis, & Iulius Canobinus, eius longitudo ad 60. paſ. millia porrigitur, cùm tamen ei tantùm Strabo ccc. ſtadia conceſſerit.

LACVS olim EVPILIS.
- Nunc oblimatus, & in tres conuerſus, qui ſic appellantur
  - Puſianus: *Puſiano*, à vico adiacēte.
  - Ceruianus, ſeu Segrenus, vulgò *di Cerro*.
  - Montorſenus: *Montorſeno*.

Nvm. 4. *Comitatus Angeriæ cum aliis Regionibus Verbano lacui affixis.*

VRBES AD FL. ATHISONEM *Teſa Fl.*
- Domodoscella Caſtrum: *Domodoſcella*, Oſcella veteribus, honeſtum & frequens oppidum cum arce munitiſſimâ, mediâ in valle cognomine.
- Voconia: *Vgogna*, fortè veteribus Agonum, vnde populi Agoni Polybio, ita Tſchudus: muro ſeptum eſt oppidum cum arce permunita, & hinc quoque vallis nomen habet.

VRBES AD SESSIAM.
- Varallum: *Varallo*, vrbecula ſatis lauta, ad quam mons cuius fit mentio in vita S. Caroli Borromæi, qui hîc vltimum morbum contraxit.
- Burgus Seſſites: *Borgo di Seſſa*; quidam hunc locum huic agro adiudicant, alij Vercellenſi territorio.

VRBES AD OCCIDENTALEM
- Arona: *Arona*, Caſtrum munitiſſimum cum portu admodùm tuto, cui adiacet arx permunita, quod probatum eſt in Gallicis bellis.
- Leſſa: *Leſſa*, à littore nonnihil ſecreta, vino ſuo celebris.
- Bugiratium: *Belgirato*.
- Streſſa: *Striſſia*, è cuius regione duæ modicæ Inſulæ, tantùm notæ piſcatoribus.
- Feriolus: *Feriolo*, in monte ad oſtium fluuij Athiſonis, cuius ager Intratio contributus eſt.

RIPAM LACVS VERBANI DISPOSITÆ.

Palantius vicus: *Palanza*, cui obiicitur Insula S. Angeli, *Isola di Sant-Angelo*.

Intratium: *Intra*, vnde Intratia vallis, oppidum sat locuples, ex quo vicinus ager ei assignatus est.

Canerum: *Canzero*, in amœnâ planitie situm frugiferis arboribus consitâ, celebratur ex suis malis citreis, medicis, & vino exquisito.

Insvla Malpaga: nunc *Isola Vittaliana*, seu potiùs multæ Insulæ simul connexæ, vbi quondam munitissimum castrum Beccarij, fratrum Maciarditorum, quorum vnus Comes dictus est à Friderico II. illac transeunte. Tandem Ludouicus Borromæus hîc arcem Vitallianam excitauit.

Canobius pagus: *Canobio*, honestæ potiùs ciuitatis speciem exhibet quàm pagi, ait Leander. Hîc anno 1522. imago Crucifixi sanguine sudauit, & sanguinem emisit ex latere, quibus prænunciata sunt mala Longobardiæ. Hinc quoque valli nomen.

Quæ sequuntur, Brisacum *Brisago*, Ascona *Asconna*, Locarnum *Locarno*, sunt Helueticæ ditionis.

VRBES AFFIXÆ AD ORIENTA-

Sextivm: *Sesto*, paulò antequam Verbanus Ticinum effundat; Leander ad primum emersum Ticini ex Verbano collocat. Quidam Sexto Kal. nominari volunt, quòd eo die ad nundinas indigenæ conuenirent, & sacra, quæ hîc fiebant in æde sacrâ Herculi, Merrio, Syluano, & omnibus diis, celebrabant.

Arsagum: *Arsago*, paulò supra Sextium in Mediterraneis; quod frigidè aliqui in aram Cæsaris detorquent.

Angleria: *Angiera*, & *Anghiera* Comitatus, vel Vicecomitatus antiquissimus, vnde orti Principes Mediolanenses; & an. 1397. Ioan. Galeatius III. à Venceslao Imp. creatus est Comes Angleriæ, & Regionum Verbano adiacentium. Olim mille passibus à lacu aberat: de eius Etymo vide Leandrum.

Ispratium: *Ispro*, luculentum oppidulum.

Lauenum: *Laueno*.

LEM VERBANI LACVS RIPAM.	Galeratum: *Gallerato*, aliter Area Gallorum.
	Varescium: *Varesio*, aliis vicus Varonis, quibusdam Varsisium, Varisium, & Vallesium, à vallibus.
	S. Maria Montana: *S. Maria del Monte*, locus magnæ pietatis, vbi nobile virginum Monasterium.
	Germinianum: *Germignano*, aliter Geminus lacus.
	Machaneum superius, & inferius: *Macagno di sopra*, & *di sotto*, loca sat culta.
	Reliqua loca in Boream, vt Magadinum *Magadino*, Belinciona, seu castrum Belincionis, *Bellinzona*, & alia oppida, & vici pertinent ad Heluetios, & aliàs de iis egimus.

LOCA AD LACVM LVGANVM quæ quidem sunt Heluetiorum, Dux tamen habet aliquot vicos ad meridionalem eius ripam.	LVGANVM: *Lugano*, nobile oppidum, & luculentum; olim cum arce munitissimâ, quæ excisa est.
	Pons Tressæ: *Ponte del Tressa*, vnde effundi incipit lacus Lucanus.
	Caput Lacus: *Capo di Lago*.
	Cacumen Lacus: *la Cima*.
	Porletia: *Prolezzo*.
	Gandrium: *Gandrio*.
	Mili: *Mili*.
	Agnotium: *Agno*.
	Valsoldum castrum: *Valsoldo*, in colle 8. milli bus à ripâ lacus, arx quondam nobilissima, diruta à Mediolanensibus.

OPPIDA AD MINORES	Margotia: *Margozze*, monti insidens cognomini, qui & dat lacui vicino nomen.
	Orta castrum: *Orta*, vnde lacui nomen.
	Insula D. Iulij: *S. Giulia*, vbi multa miracula patrantur maximè in dæmonibus abigendis. Meminit Paulus Diaconus Minulphi, Ducis huius Insulæ.
	GAVIRATIVM: *Ghiuira*, vnde lacui nomen ad os lacus, vbi effunditur per Botiam fossam, seu fluuium.
	Blendronium: *Biandrone*, ad prædictum lacum, oppidulum est.
	Barbia: *Brebbio*, ad appendicem prædicti lacus.

LACVS huius Regionis.

Caput Laci: *Capo di Lago,* in parte extremâ Gauiratij lacus.
Monatium: *Mona*, vnde lacui nomen.
Trinatium: *Terna* / Corcinum: *Coregno* / Varanum: *Vergia* — A quibus Lacus *Terna* tria accipit diuersa nomina à tribus illis oppidis huic adiacentibus.

FLVVII CADENTES IN VERBANVM.

TICINVS Fl. *Tesino*, oritur ex monte S. Gothardi, & Verbano receptus lacu, ex eo postea multis aquis auctus deuoluitur in Padum.
Magia: *Maggia*, in Verbanum quoque cadit, & valli quam alluit nomen relinquit.
Tressa: *Tressa*, lacum Luganum connectit cum Verbano.
ATHISO: *Tesa*, vel *Tosa*, malè in Historiâ Romanâ conuersus in Athesim Tridentinum, quem Romani Catulo duce reliquerunt. Oritur ex monte S. Gothardi non procul à Ticino, & cadit in lacum Verbanum; recipit
- Premiã: *Premia.*
- Vedrum: *Vedro.*
- Roniam: *Rogna.*
- Vescam: *Ouesca.*
- Ansum: *Anza.*
- Vegiam: *Vegia.*
- Lisonium: *Lisogno.*

— vnde Valles accepere nomina.

Botia Fossa, vel fluuius: *Bozza*, quo connectitur Gauiratius lacus cum Verbano.
Sessites, seu Sestis: *Sessia*, vel *Sessa*, vel *Senza*, & *Siccia*.

LACVS HVIVS RE-

VERBANVS: *Lago Maggiore*, dictus est Verbanus, aut à Verbena herba sacra, aut à vernâ temperie; alias etymologias apud Leandrum leges. *Maior* autem dictus est, quòd sit ex vicinis lacubus maximus, & quòd ex eo per Ticinum & Padum in mare descendere possis. Species eius est limacis cornuti. *Longitudo* eius Straboni ccc. stadiorum est, Canobio per rectam lineam cccxxx. Machaneo ccclxiii. *Latitudo* ex Strabone *Maxima* stadiorum xxx. Canobio lvi. Machaneo xxxiii. *Minima* vix mille passuum est, inquit Leander. Piscibus abundat perbonis: aliquando placidus, aliquando sic tumens, vt mare videatur. Quibusdam in locis eius fundus nõdum potuit explorari.
LVGANVS, quibusdam LVCANVS: *Lago Lugano*, tortuo-

ſus in primis, & in tres præcipuos diſſectus ramos, per Treſſam Fl. Verbano committitur.

GIO-NIS.

GAVIRATIVS: *Lago di Ghiuira*, per Botiam Foſſam cadit in Verbanum.

TRINATIVS, aliter Ternati, & Terlacus, itémque CORCINI & VARANI vt præmonuimus: *Lago di Terna*, ſeu *Coregno*, ſeu *Vergia*, exonerat ſe in Gauiratium; patet in longitudinem ad ſtadia 16. in latitudinem ad octo.

MONATIVS: *Lago di Mona*, quem perperam Leander immittit in Gauiratium; nam cadit in Verbanum.

MORGATIVS: *Lago di Margozzo*.

ORTANVS, aliter D. IVLII, ab Inſulâ de quâ ſuprà; hodie vulgò *Lago d'Orta*.

NVM. 5. *Nouarienſis ditio*, Nouareſe.

LOCA AGRI NOVARIENSIS.

NOVARIA: *Nouara*, nobis *Neuare*, de cuius nomine vide multa apud Leandrum. Vrbs eſt modico in colle ſita, ager eius partim amœnus, partim parum cultus. Ad hanc captus Ludouicus Sfortia ann. Chriſti 1500. Hinc quoque nonnulli volunt oriundos Petrum Comeſtorem, & Petrum Lombardum, ſeu Magiſtrum Sententiarum.

Riota Pagus: *la Riote*, prope Nouariam, ad quam fuſi Galli dum vrbem obſident, Duce Triuultio.

Romanianum: *Romagnano*, ad Fl. Seſſiam, *Seſsia*, victoriâ Po. Ro. nobilitatum de Cimbris.

Camarianum: *Camariano*, ita perperam dictum pro caſtris Marianis, vt putat Alciatus: vel vt meliùs alij ab Arcu Mariano, cuius veſtigia extabant tempore Leandri.

Romantinum: *Romantino*.

FLVVII.

TICINVS: *Teſino*.

Nouaria, ſeu Gonia Nouarienſis: *la Gogna*.

Seſſia: *Seſsia*.

MON-

BOSVS: *monte Bozo*, cuius iugum ſic eminet vt omnes Italiæ montes excedere videatur. Quapropter eius vertex adiri nũquam poteſt ob aſperitatem, & niues.

GA-

TES — GACIARONVS: *Monte Gaciarono*, paris ferè cum superiore celsitudinis, famosus Dulcini hæretici secessu cum vxore suâ Margaritâ, & quingentis aliis: coactus est ciborum penuriâ, & frigore sese dedere. In loco quem occuparat condita est ædes D. Bernardo sacra.

NVM. 6. *Vigeuanensis Ager*: Vigeuanasco.

VRBES AGRI VIGEVANENSIS.

VIGEVANVM: *Vigeuano*, effecta ciuitas à Clemente VII. an. 1530. in gratiam Franc. Sfortiæ II. quidam vicum Veneris nominant, quidam Vegliuenum, Volaterranus Vegiuanum. Fabulam sapit quod scribit Carinus conditam esse à M. Marcello post deuictum Viridomarum, nam noua ciuitas est. In eâ habitarunt aliquando Duces Mediolanenses. Malè multata est bellis inter Carolum V. & Franciscum I.

SFORTIACA prædium: *Sforcesca*, in tabulis corruptè *S: Forcesca*, villa peramœna à Ludouico Sfortia Duce constructa. In eam perducta fuerunt duo incilia, vnum ex Ticino, alterum ex Nouariâ fluuiis.

Gambolate: *Gambalo*, pagus lautus, & nitidus; locum putant aliqui apud Amm. Marcel. lib. 15. vocari Ad Columnas, non improbabiliter.

Langosca: *Langosca*, ad Fl. Sessiam.

FLVVII.

TICINVS: *le Tesin.*

NOVARIA: *la Gogna.*

Albunea: *Albonea.*

Terdopius: *Terdopio.*

NVM. 7. *Ticinensis Ager, seu Papiensis*, Territorio di Pauia, *vel* Pauese.

VRBES

PAPIA, olim Ticinum: *Pauia*, nobis *Pauie*, de huius origine vide fabulas si otium est apud Leandrum. Sed quomodo vox *Ticinum*, immutata est in hanc *Papia?* Luitprandus ait sic dictam à particulâ admirationis *Papæ*, quòd mirabili rerum copiâ abundet; alij quasi *Patri Pia*, alij à Papyrio Regis Francorum nepote;

TERRITORII PAPIENSIS.

meræ fabulæ. Fuit quondam Regni Longobardorum sedes, & ab iis egregiè exculta fuit. Hîc visitur equestris statua quam vulgus vocat *Regis Solis*; ea ex Rauenna delata est. Data fuit sub titulo Comitatus Ducibus Mediolanens. à Venceslao Imp. Ager eius tam fertilis, vt communiter dicatur *il Gardino di Milano*.

Certosa: vulgò *la Certosa*, domus Carthusiana, opus mirabile, condita à Ioan Galeatio Vicecomite. Inter hanc & Papiam Viuarium quadrata forma xx. mil. Italic. quod vulgò nominatur *il Barro*.

Belgiosium: *Belgioioso*, opulentum & lautum castrum in ditione Comitum Barbianorum, qui originem trahunt ab Alberico Cuniate de quo postea dicemus.

LAVMELLVM: *Lumello*, olim amplum & nobile oppidum, vnde nomen Agro Laumelino, vulgò *Lumeliana*, de cuius terminis non satis liquet; nam à quibusdam extenduntur, ab aliis contrahuntur. Hodie parum frequens est ædificiis, & eius Ager multis pagis nitet, & vt olim lino abundat.

MORTARIA, seu Mortarium: *Mortara*, ad Fl. Alboneam. Olim Sylua bella dicebatur, sed cùm Carolus Magnus hîc grandi clade Longobardos affecisset nomen mutauit: vrbs sæpe euersa est, sæpe reparata.

Burgus Francus: *Borgo Franco*, ad Padum.

FLVVII PAPIENSIS AGRI

TICINVS: *Tesino*.

Graualonia Fossa: *Canal Graualoné*, ex amne Ticino ducta duorum circiter milliarium, quâ hîc Insula formatur, è regione Papiæ.

Orona: *Olona*.

Terdopia: *Terdopia*.

Albonea: *Albonea*.

Gonia: *la Gogna*.

Sessites, seu Sestis: *Sessia*, seu *Sesia*, aut *Senza*, aut *Siccia*.

PADVS: *le Pô*.

NVM. 8. *Laudensis Ager*, Lodigiano.

VR-

LAVDA: *Lodi*, de cuius conditore vide multa apud Blondum, & Leandrum. Euersa est à Mediolanensi-

BES — bus 1158. ciuésque in varias vrbes distributi, ne vnquam coirent; quæ calamitas durauit annis 46. ad tempora Friderici Ænobarbi. Hic enim ex odio Mediolanensiũ assignauit eis locum vrbi reparandæ 3. lapide ab antiquæ vrbis ruinis: & vrbi designandæ cum procerum coronâ præsens esse voluit. De variis eius Dominis videatur Leander. Dedere se voluit Venetis, id nunquam potuit consequi. Sita est in agro fertilissimo, ad fluuium Adduam.

AGRI LAVDENSIS.

- Lauda Vetus: *Lodi Vecchio*, ad Fl. Silarum *Silaro* qui cadit in Lambrum.
- Castrum D. Angeli: *Sant-Angelo*, nobile oppidum, excultum à Reginâ Scaligerâ Barnabæ Vicecomitis vxore: possidetur à Bologninis nobili familiâ.
- Fanum D. Columbani: *San-Columbano*, conditum à Friderico Ænobarbo 1164. vt in eo degerent Imperatores. Bello inter Carolum V. & Franc. I. deformatum est: nunc possidetur à Carthusianis Papiensibus.
- Casale Pusturlencum: *Casal Pusturlengo*, pulcherrimus, & frequentissimus Burgus, à nobili familiâ Mediolanensi Pusterularum nomen accepit.
- Cotoneum: *Codogno*.
- Camaracum: *Camarezà*.
- Macca Storma: *Macca Storma*, in historiis celebre oppidum: malè in nouis tabulis *Macca Storna*.
- Castellum nouum: *Castro Nuouo*, non procul ab ostio Adduæ in Padum, conditum à Mediolanensibus, & Placentinis, subuersum an. 1189. ac deinde à Parmensibus in gratiam Cremonensium restauratum.

FLVVII.

- Padvs: *le Pô*; hîc Adduam hauriens.
- Addva: *Adda*; Laudam alluens.
- Silarus: *Silaro*; ad quem Lauda vetus.
- Lambrus: *Lambro*; Silarum excipiens.
- Mucia: *Muzza*; cadens in Adduam.
- Zorlestus: *Zorlesto*; alluens castrum Pusturlencum.

NVM. 9. *Ager Cremonensis*, Cremonese.

VRBES AGRI CREMONENSIS.

CREMONA: *Cremona*, nobis *Cremone*, de cuius nomine vide Leandrum, sicut & de eius variis cladibus. Turrim habet celeberrimam, vnde prouerbium *vna turris in Cremonâ*; item & arcem magno præsidio firmatam. Distat à Pado 1500. passibus, cuius tamen inundationes sentit: eius ager omnibus rebus ad delicias abundat.

PLATINA: *Piadena*, nomen habet vt vult Platina in Vitis Pontificum à Ioanne Platinâ Exarchâ Rauennate, qui Theodoro successit, ex quo familiam suam prognatam credit: fides sit penes auctorem, in aliis non semper fide dignum.

Casale maius: *Casale Maggiore*, non inhonestum oppidum, bellis Mediolanensibus attritum, sed à Pado grauiùs afflictum.

Martiniana: *Martignana*, versus Padum.

Ripariolum: *Riuaruolo di dentro*.

Fanum S. Ioannis in Cruce: *San Gioanni in Croce*.

Castellum Francum: *Castro Franco*, versus Ollium Fl.

Scandolaria: *Scandolaria*.

Monasteriolum: *Monastiruolo*.

Insula Diaresi: *Isola di Douaresi*, ad Fl. Ollium.

PICELEO: *Picighitone*, lautum, opulentum, & frequens oppidum: vbi munitissimam arcem Philippus Maria Dux Mediolanensis excitauit. Ad eam deductus est Franciscus I. captus ad Papiam.

CASTRVM LEONIS: *Castro Leone*, locus satis munitus.

Triuoli: *Trigolo*.

Casale Moranum: *Casal Morano*.

Casale Botranum: *Casal Buttana*.

SONCINVM: *Soncino*, ad Fl. Ollium frequens oppidum populóque refertum: euersum olim à Friderico Ænobarbo 1124. & instauratum; iterum 1192. incensum à Mediolanensibus, & rursus reparatum. Hîc mortuus est Actiolinus tyrannus. Varios expertum dominos concessum est Marchionatus titulo Stampis Mediolanensibus.

Fontanella: *Fontanella*, ad caput Insulæ quam efficit Nauilius communis.

FLV-VII.
Serius : *Serio.*
Ollius : *Oglio*, territorium Brixianum ab hoc dirimens.
Nauilius Communis : *Nauilio della Communita.*
Nauilius Palauicinus : *Nauilio Palauicino.*
Tabulam huius agri habes insertam agro Mantuano, Mutinensi, &c.

NVM. 10. *Territorium Alexandrinum, seu* Alessandrinese, *vel* Alessandrese.

VRBES AGRI ALEXANDRINI.

ALEXANDRIA, cognomento à Palea : *Alessandria della Paglia*, quam sic dictam volunt quòd hîc Imperatores Coronam stramineam reciperent: nugæ. Condita est an. 1178. à Mediolanensibus, Cremonensibus & Placentinis contra Fridericum, & eius socios, dictáque Cæsarea. Sed cùm obsidionem pertulisset fortiter à Friderico, Alexander III. in gratiam indigenarum ei dedit Episcopum, & de suo nomine Alexandriam dixit.
Burgolium : *Borgo*, ab vrbe prædictâ tantùm Tanaro Fl. diremptum oppidum, aut suburbium veriùs.
Busca, & Boscum, & Buca : *Bosco*, non ad Fl. Bormiam vt vult Leander, sed *Orba* : oppidum est non inuenustum, olim vnus ex Marchionatibus septem Alerami.
Castellutium : *Castelluzo*, non procul à Tanari & Bormiæ confluentiis, olim Gamundium dictum, ait Leander; cuius incolæ primi omnium Alexandriam commigrarunt, tamen sine patriæ suæ damno.
Rupes Annonis: *Annone*, castrum firmissimum, vulgò dictum ab indigenis *Noni*, seu *Non.*
Fœlicinum : *Feliciano*, ad Tanarum amnem.
Bassiniana : *Basigniana*, ad Tanari in Padum confluentias. Hîc Tanarus olim ponte ligneo iungebatur; ad quem receptus Cardinalis Medices, qui postea Leo X.
Valentia : *Valenza*, in monte sita.
Retortum : *Retorto*, monti quoque affixum.
Cassellæ : *Cassine*, olim Cassinum, lautum & opulentum castrum magnis operibus munitum à copiis Caroli V. Imp. quare propugnaculum fuit contra Gallos, Venetos,

& Sfortiam simul iunctos.
Spinense Castrum: *Castro della Spina.*

FLVVII.

TANARVS: *Tanaro*, & *Tanero*, ex nexu Apennini & Alpium egreditur de triplici riuo. In eo auri ramenta inueniuntur, ex quo se vidisse torquem ait Volaterranus.
BORMIA: *Bormia*, duplici ex fonte oritur, atque satis diu duplici alueo fluit, & ad Alexandriam Tanaro miscetur.
Orba: *Orba* mixtus Bormiæ cadit in Tanarum.
Lemus: *Lemo*, cadit in Orbam.

NVM. II. *Ager Dertonensis*, Tortonese.

VRBES AGRI DERTONENSIS.

DERTONA: *Tortona*, de cuius nomine vide Leandrum: pene desolata erat tempore Leandri, nunc nonnihil refloruit; ad Scriuiam fluuium iacet.
Castellum Nouum: *Castro Nuouo Tortonese*, à Gothis conditum cùm Dertonam tenerent, habebántque horreum, & rei frumentariæ magnum præsidium.
Sale: *Sale*, non inhonestum oppidum ab iisdem Gothis eodem tempore conditum in agro peramœno non procul ab ostio Scriuiæ in Padum.
Serrauallis: *Serraualle*, ad Fl. Scriuiam, sic dictum quòd claudat angustias huius tractus quasi Serâ, quare scribendum esset Serauallis. Iuxta hanc ostenduntur rudera vrbis antiquæ Iriæ.
Arquatum: *Arqua*, ad prædictum Fl. Scriuiam.
Castrum Gibellinum: *Castro Gibellino*, à Mathæo Vicecomite Mediolani conditum 1313. sic dictum in gratiam Gibellinæ factionis, vt eum locum frequentarent, & alacriùs contra Papienses tutarentur. Subuersum est Padi violentiâ, sed reparatum.
Vicheria, aliter Vogheria: *Voghera*, oppidum diues & opulentum, Vermiorum patrimonium.
Ripa: *Ripa*, ad torrentem Stafforam.
Retorbium: *Retorbio*, castrum in colle situm.
Pons Curonis: *Ponte Corone*, ad Fl. Curonem, *Corone*, vbi etiamnum vestigia pontis supersunt.

FLVVII.
- Scriuia : *Scriuia*, ad castrum Gibellinum Pado iungitur.
- Curone : *Corone*.
- Staffora : *Staffora*, veriùs torrens quàm fluuius.
- Vera : *Vera*.

NVM. 12. *Bobbiensis Ager*, Bobbiese.

VRBES.
- BOBBIVM : *Bobbio*, in Apennini iugo ciuitas vbi nobile S. Galli Cœnobium, à D. Columbano Gotho conditum, ex quo Monasterio ciuitas accreuit. Huic cognominem aliqui faciunt vrbẽ supra Nicæam, errant, hæc enim Boglio dicitur, nobis vulgò *Bueil*. Leandrum lege, & de eius dominis aliquid edisces. Sita est hæc ciuitas ad Trebiam Fl.
- Rossariolum : *Rossaruolo*, ad prædictum amnem.
- Castellum vetus : *Castro vetro*, in iugis Apennini.

FLVVII.
- TREBIA : *Trebia*, non inde procul oritur, & paulò supra Placentiam in Padum influit.
- Tidonius : *Tidone*, non procul à Bobbio existit.

De Marchionatu Finarij *Final*, & Pontremolensi ditione, quæ sibi Hispanus asseruit, pendéntque ex Prorege Mediolanensi vtpote viciniore, in ditione Genuensium dicemus cap. 4.

§. 2. *De ditione Ducis Sabaudiæ in Italiâ.*

OFFERT sese nobis egredientibus ex Ducatu Mediolanensi ditio Italica Principis inter Europæos post Franciæ Regem antiquissimi, cuius familia XXVIIII. Principes legitimos edidit, XVII. Comites, XII. Duces. Quæ matrimonio octies iuncta est cum Imperatoribus, quinquies cum Regibus Franciæ, decies & quater cum Principibus Regij sanguinis Franciæ, quinquies cum domo Austriacâ, semel cum Regibus Aragonum, bis cum Regibus Castellæ & Legionis, bis cum Regibus Portugalliæ, semel cum Regibus Poloniæ, Angliæ, Scotiæ, Cypri, Bohemiæ, ter cum Regibus Siciliæ atque Hierosolymorum.

SECT. I. *Historica huius Regionis.*

NVM. I. *Nomen.*

REPERIMVS primùm *Marchiam Italiæ* dictam esse, cuius & Principes dicti sunt Marchiones, quorum initium quidam ad Carolum Magnum referunt: quare etiam in præsentiâ Dux Sabaudiæ hunc suis titulis adscribit, *Marchio Italiæ*.

Dicitur etiam aliquando vno nomine totus hic tractus (si Comitatum Nicææ excipias, inquit Boterus) *Pedemontium*, quia ad radicem, seu pedem Alpium extenditur; complectitur tamen plerasque alias regiones, quarum tibi synopsin offero, etiam sequentibus profuturam.

PEDEMONTIVM LATIVS SVMPTVM.	PRINCIPATVS PEDEMONTII cum insertis.	PEDEMONTIVM: *Turin.*
		MARCH. SEGVSINVS: *Suse.*
		MARCH. EPOREDIÆ: *Yurée.*
		DOMI. VERCELLENSE: *Vercèil.*
	MARCH SALVTIARVM: *Salusses.*	
	COM. ASTENSIS cum insertis	C. Astensis: *Aste.*
		Colles Ligurum: *les Langhes.*
		March. Ceua: *Ceua.*
	MONSFERRATVS SABAVDICVS: *Trino.*	
COMITATVS NICÆÆ, cui inseritur Com. Tendæ	VICARIATVS NICÆÆ: *Nice en Prouence.*	
	VICARIATVS BARCELLONÆ: *Barcilonette.*	
	VICARIATVS SOSPELLANVS: *Sospello.*	
	VICARIATVS PVERINVS: *Poggìet.*	
	VALLIS S. STEPHANI: *San-Steffano.*	

NVM. 2. *Quantitas huius ditionis.*

TOTA hæc Regio, hoc est Pedemontium latè sumptum vnà cum Nicææ Comitatu, inter Alpes, Ducatum Mediolanensem, & oram Genuensem iacet.

Longitudo eius desumpta à Monte Cenisio *le Mont Cenis*, ad confluentias ferè Sessiæ Fl. Gradum vnum complectitur cum quadrante

drante maioris circuli hoc eſt 67. millia paſſuum cum quingentis paſſibus, noſtrates leucas 33. cum $\frac{1}{4}$, Germanicas ſexdecim cum dimidiâ, & 500. paſſibus.

Latitudo autem porrigitur à Nicæâ *Nice en Prouence*, ad Minorem S. Bernardum, *le petit S. Bernard*, continétque duos gradus cum dimidio, hoc eſt 150. millia paſſuum, leucas Francicas 75. Germanicas 37. cum dimidiâ.

De eius *Ambitu* ſtatui non poteſt, quia ab aliis regionibus vicinis crebris angulis denormatur, eáſque deformat.

NVM. 3. *Qualitas huius Regionis.*

PEDEMONTIVM reliquas regiones Italiæ fertilitate dicitur ſuperare. Abundat autem frumento, vino, fructibus, carnibus domeſticorum animalium & ferarum, caſeo, caſtaneis, cannabi, lino, metallis. Fertilitatis eius ſummæ maximum argumentum quod cùm in eo Galli & Hiſpani 23. annis magnis vtrimque furoribus bellum geſſiſſent, nullus vnquam exercitus laborauit ciborum inopiâ, numquam indigenæ caritatem annonæ ſint experti.

COMITATVS NICÆÆ, licèt ſolum habeat aſperum, ita tamen cultus eſt, vt nullâ re indigeat. Nicææ tamen circumpoſitus ager ob aſperitatem montium frumento caret. Tota Regio naturâ munitior, tum quia vbique calles anguſti, tum quia præſidia plurima tumulis, & collibus affixa ſunt. Hîc quoque palmæ feliciter creſcunt, & dactylos plurimos darent ſi accederet cultura, hæc autem deficit, quia ex Barbariâ vili pretio accerſuntur.

IN GENERE hæc vulgò laudantur in Regionibus illis Subalpinis.

Sericum conficitur potiſſimum Carignani, & Raconiſij, ob pulcherrimas illic, & creberrimas Moros..

Semina ad tingendas lanas dat ager Cherienſis, *Quiers.*

Piper acutiſſimum creſcit in agro Cauanenſi *le Cauanez*, & meritò omni piperi Italico anteponitur.

Agaricum Pedemontanum meritò reliquis antefertur.

Herbæ Medicæ, & *flores exquiſiti* hinc efferuntur.

Metallicæ omnis generis: noſtrâ memoriâ ſupra centum à nobili Germano, quem Dux euocarat, detectæ ſunt, auri, argenti, ferri, æris quod hîc copioſum, & præſtantiſſimum, ac denique calcanthi *de Vitriol.*

NVM. 4. *Mores Subalpinorum.*

AD merces distrahendas facti sunt huius regionis incolæ. Milites optimi, & aptissimi ad insidias collocandas: peritissimè ex equis Nobilitas pugnat. Deliciis dediti sunt ferè, propter regionis amœnitatem. In principem suum optimè affecti sunt, cui viuere, cui mori, cui bonorum iacturam pati gloriosum ducunt: ad scientias valde idonei sunt, licèt pauci eorum literis incumbant.

NVM. 5. *Quomodo Sabaudica ditio accreuerit.*

SEMENTIS huius ditionis fuere Sabaudia, & Mauriena vallis, quæ cessere Beraldo, aut eius filio cùm Arelatense & Burgundicum regna defecere. Marchionatus Segusinus ab Adelaïde vxore Amedæi primi additus est. Sub Amedæo III. Comitatus Geneuensis factus est clientelaris, ac demum per nuptias omnino adiunctus est. Ducatus Augustanus tunc temporis accesserat, siquidem concessus est hæreditarius Aymoni quarto filio Thomæ. Sub Amedæo filio Thomæ Comitis Flandriæ, & Sabaudiæ eius vxor Sibylla Bressiam cum agris adiacentibus attulit. Quando accesserit Pedemontium non facilè statui potest: dicunt Galli fuisse de patrimonio Comitis Prouinciæ, & ablatum Ioannæ anno Christi 1363. Humbertus II. dicitur in quibusdam titulis Marchio Italiæ, cùm paulò antè fiat mentio Othonis Marchionis Italiæ quem Adelaïs mortuo marito Amedæo primo duxit. Agnes Fociniaci *Foucigny*, hanc regionem attulit Petro auunculo Bonifacij. Quomodo Montemferratum sibi vindicet postea dicemus. Sub Amedæo VI. Fridericus Marchio Salussiarum rebellauit, sed sese turpissimè submittere coactus est. Asta, Vercellæ, Querium potentissimæ olim Respublicæ bellis attritæ sese spontè submiserunt, vt hîc taceam de Marchionatu Eporediæ cuius Principes olim potentissimi fuere, & tres vltimi Principes eius Imperij speciem occupauere. De Romanensi, seu Vallensi agro *le pays de Vaux*, Philippus frater Petri cum Imperatore Rodolpho acriter dimicauit; sed demum pace inita, in Sabaudicâ ditione satis diu perseuerauit.

NVM. 6. *De iuribus quæ sibi vindicat Sabaudus in præsentiâ.*

Primum ius sibi vindicat in REGNVM CYPRI, cuius etiam no-

men suis titulis adscribit, quia Ludouicus filius Amedæi VIII. seu Pacifici duxit Annam Lusignanam filiam Iani Regis Cypri, Hierosolymæ, & Armeniæ: Iano successit Ioannes qui reliquit Iacobum nothum factum Episcopum Nicosiæ, & Carolam quæ nupsit Ludouico Comiti Geneuensi fratri Amedæi IX. & filio Ludouici supradicti. Is Ludouicus cum Carolâ coronatus est Rex Cypri, sed expulsus est à Iacobo Notho Ioannis, ope Sultani Ægyptiaci, atque Venetorum. Is Iacobus duxit nobilem Venetam quæ ei successit, & eâ mortuâ Resp. Veneta hoc regnum occupauit. Carola ergo spoliata, primùm testamento hãc Insulam reliquit Ludouico marito suo, deinde Carolo Duci Sabaudiæ nepoti suo.

Secundum ius in Ducatum, seu Marchionatum MONTISFERRATI, quia Theodorus Marchio Montisferrati dedit filiam suam Yolandam, seu Violandam, Aymoni Duci Sabaudiæ, eâ lege vt mares nati ex filiâ, anteponerentur fæminis de se prognatis, cùm ergo mares Palæologi defecerint credit Sabaudus ad se ditionem illam deuolutam esse. 2°. quia Dux quidam Montisferrati adiutus à Duce Sabaudiæ contra Ducem Mediolanensem, ei submisit sese sponte. 3°. denique quia propter dotem Blanchæ quæ nupsit Carolo I. Duci Sabaudiæ, quæ cùm non fuerit persoluta, neque eius fructus, vix magna pars Montisferrati nomina hæc dissoluere possit: quid autem eâ de re iudicarit Imp. Carolus V. dicemus in Monteferrato. Anno 1631. Victor Amedæus, pace inita Cherasci, non leuem Montisferrati partem obtinuit.

Tertium ius in BELGIVM *les Pays-Bas:* quia Belgium datum est à Philippo II. Isabellæ Austriacæ, at illa soror erat germana Catharinæ Michaëlis, ex quâ natus Victor Amedæus, Philippus autem IV. repræsentat Philippum tertium qui tantùm ex patre frater erat Isabellæ: vide hanc quæstionem pluribus ventilatam tomo 20. Mercurij Franciæ. Vt hîc omittam quæstionem hîc quoque excussam de multis bonis mobilibus, & immobilibus quæ sibi acquisierat Isabella, in quorum partem minimùm Sabaudus hæres venire debebat. Nam quod ad Belgium attinet eâ conditione tantùm datum erat, vt deficiente prole ad Hispanicam ditionem rediret.

Quartum ius in REGNVM LVSITANICVM ob Beatricem filiam Emanuëlis Lusitaniæ Regis quam duxerat Carolus III. Dux Sabaudiæ, ex quâ suscepti Duces Sabaudiæ.

Quintum ius in ACHAIAM: nam Philippus Sabaudus Thomæ 3. filius Iambem filiam Principis Achaiæ duxit, ex quâ suscepit Iambum filium Achaiæ Principem: & ab hoc inchoata est familia Principum Pedemontij, & Achaiæ, quæ vix 100. durauit annos, sicque eorum ditio ad Ducem Sabaudiæ deuoluta est.

De *Ciuitate Geneuensi*, *Vallensi agro*, seu *Romanensi*, nemo est qui dubitet in hæc iuris habere aliquid Sabaudum, cùm hic à Bernatibus ei sit ereptus sub Carolo III. quando etiam Geneuenses eiuratâ verâ religione legitimum quoque Principem eiecere.

NVM. 7. *Quid sibi iuris vindicet in has regiones Rex Franciæ.*

FRANCI putant Sabaudum iniustè possidere quinque eius ditionis partes.

Primò, NICÆAM, & VILLAM-FRANCAM quondam Appendices Comitatus Prouinciæ. Datæ enim sunt à Ioannâ Ludouico.

Secundò, PEDEMONTIVM quod volunt esse patrimonium Comitis Prouinciæ, & primò ablatum Ioannæ anno Christi 1363.

Tertiò, PARTEM COMITATVS ASTENSIS, quam contendunt esse familiæ Aurelianensis, & in dotem cessisse Valentinæ filiæ Galeatij.


Quartò, MARCHIONATVM SALVSSIARVM, quem volunt fuisse partem Delphinatus, sed Bressiâ hunc agrum pensauit.

Quintò, MAGNAM PARTEM SABAVDIÆ, quam aiunt debitam fuisse Ludouicæ matri Francisci I. videlicet illam negant excludi potuisse ab iis bonis quæ fæminis debentur.

NVM. 8. *De Principibus huius ditionis.*

TRAXERE originem Principes isti ex Amedæo Saxone nobili, cuius filius fuit Humbertus, ex quo natus Hugo Marchio Italiæ, ex Hugone Beraldus qui Burgundici & Arelatensis Regis exercitibus præfuit. Hoc regno dissipato, & in varios Dominos distracto Sabaudia & Vallis Mauriena, Imperatore assentiēte, huic familiæ addictæ sunt, quasi fermentum maioris ditionis, vt suprà ostendimus; cui præfuere 17. Comites, quorum nouem etiam Chablasij & Augustæ Duces fuerunt. Deinceps Duces dicti sunt; horum primus Amedæus octauus cognomento Pacificus, seu Salomon, quem Sigismundus Imp. Cameriaci creauit Ducem. Is mortuâ vxore Ripalliam cum sex equitibus S. Mauritij quos crearat, se-

cessit, vnde extractus est à PP. Concilij Basileensis qui Eugenium IV. exautorarant, Felixque dictus: sed tantam dignitatem deposuit tantùm vt pacem Ecclesiæ redderet: eius tibi Stemma proponimus.



NVM. 9. *Politia huius ditionis.*

HIC Status planè Monarchicus eſt, vt & Principi titulus Altitudinis Regiæ conceditur : certè Curia eius magnum Regem ſapit, ſeu eius Prætorianos milites, ſeu menſam, ſeu capellam ſpectaueris. Filius eius primogenitus Princeps Pedemontij nominatur. Eligit ſibi Conſilium, Cancellarium, & ex 3. ordinibus Eccleſiaſticis, Nobilitate, & Magiſtratibus prudẽtes viros, ex quorum conſilio ditiones ſuas adminiſtret. Triplici Curiâ ſuis ius dicit, Cameriacenſi, Turinenſi, & Nicæenſi. Olim exercitibus vnus præerat Mareſcallus, ſed eam dignitatem prudenter extinxit Emanuel Philibertus, & in varios Præfectos diuiſit, vnus peditibus omnibus præeſt, tres equitum Magiſtri Sabaudorum, Pedemontanorum, & exterorum : duo apparatus bellici Præfecti, *Maiſtres de l'Artillerie* Sabaudus, & Pedemontanus.

ANNVI REDITVS ſunt ferè ſex millionum argenti, vel duorum auri, vt vulgò loquuntur. Quamquam Duces hi dicant ſubditorum ſuorum beneuolentiam ſibi pro ingenti gazâ eſſe. Certè Carolus Emanuel ex vno Pedemontio paucis annis duodecim milliones auri abſtulit.

Pacis tempore alit ferè militum quatuor millia. Si res exigeret triginta peditum expeditiſſimorum millia, equitum tria millia ſcribere poſſet.

Quatuor triremes ferè ſemper paratas habet in portu Villæ-Francæ, quibus equites S. Mauritij, & S. Lazari imponit; his equitibus Dux ipſe præeſt. Hæ triremes Melitenſibus iunctæ non parum negotij barbaris faceſſunt. Si tamen res poſtularet plures armaret, plures inſtrueret.

NVM. 10. *De Maſſeranenſi, & Boglienſi Dynaſtis, & aliis minoribus in hanc ditionem inſertis.*

MASSERANENSIS PRINCEPS *Prince de Maſſerano*, qui à Pontifice pendere dicitur, ditionem ſuam inſertam habet in Agrum Vercellenſem, & cum Ducatu Mediolanenſi minimâ ſui parte connectitur: Regio eius aſpera, & ſyluis obducta, ſed metallis diues, & annuus eius reditus centum librarum millia dicitur ſuperare:

aliquot locis potitur quibus præcellit Crepacorium *Creuecœur*.

Bogliensis Dynasta, à quibusdam Bobiensis, anno 1617. erat Hannibal Grimaldus Comes, & Baro. Is bello quod gerebatur inter Sabaudum & Hispanum dederat se in clientelam Galliæ Regis, sed conuictus est anno 1616. conuenisse cum Hispano in Sabaudi perniciem; quare captus & damnatus per Senatum & Gubernatorem Nicæensem capite pœnas luit, Ducis fisco adiudicata preciosa & plurima suppellex, eius ditio Nicææ Comitatui addicta, licèt reclamaret ex Franciâ filius eius qui duxerat filiam Comitis de Tauanes, neptem D. du Mayne. Præerat hic Dynasta 22. quà oppidis, quà pagis, ex quibus sexdecim aureorum millia recipiebat, & stabat semper à Gallicis partibus. Audio tamen ætate nostra mortuo Victore Amedæo, rebúsque in Pedemontio turbatis, prædictum eius filium hæreditatem suam recuperasse, & eâ in præsentiâ potiri.

Dynasta Raconignivs *de Raconis*, Italis *Raconigi*, septem quoque pagis aut oppidis præerat, & 15. millia aureorum ei pendebantur; partium quoque Gallicarum erat; quando & cur Pedemontanæ ditioni accesserit, nescio.

Marchio Evanatozzi è gente Spinola 12. aureorum millia annui reditus seponit, & Hispani cliens est.

Sect. II. *Descriptio Geographica Pedemontanæ, seu Subalpinæ ditionis.*

In duas ditiones, seu regiones præcipuas Subalpinæ regiones diuiduntur, vt præmonuimus, in Pedemontium latè sumptum, & Comitatum Nicæensem; Pedemontium in 4. iterum partes diuiditur: in Principatum Pedemontij cum insertis ei ditionibus, Marchionatum Salussiarum, Comitatum Astensem cum insertis, & Montisferrati ditionem Sabaudicam: Comitatus verò Nicææ in 4. Vicariatus, & vnam Vallem distinguitur, quæ omnia sequentibus numeris expedientur.

NVM. I. *Prima pars Pedemontij latè sumpti.*

PRINCIPATVS PEDEMONTANVS.

VRBES PRINCIPATVS

TAVRINVM: *Turino*, olim Augusta Taurinorum vrbs pulcherrima, & munitissima in agro feraci cum arce pulcherrimâ, in quâ puteus mirandi operis. Academiam habet inclytam, & hîc magna celebritate seruatur Sindon, seu Sudarium quo Christus mortuus inuolutus est, & hîc ostenditur magnâ cum religione. Adiunctum habet viuarium 5. aut 6. millium ambitu; Principum deliciæ, hîc enim ferè semper Princeps commoratur, vnde vrbs in dies pulchrior & magnificentior euadit.

Mille flores: *Mirafior*, nobile Ducis palatium duobus ab vrbe millibus tantùm distat.

Clauasium: *Chiuasso*, nobis *Chiuas*, ad Padum, non procul à Fl. Orco, oppidum non immunitum.

PINAROLIVM: *Pignerol*, ad Fl. Chisonium *le Chison*, pernobile & luculentum oppidum, iam additum ditioni Gallicæ & redemptum à Sabaudo, sicque firmatum, vt sit ab hac parte Franciæ propugnaculum, viáque sic munita, vt nihil Romanam magnificentiam & diuitias exigas.

Pragelatum: *Pragelasse* }
Petrosa: *la Peruse* } Vallibus dedere nomina, & nostra ætate celebratæ sunt bellis hîc gestis atque confectis.

CAVORTIVM: *Cauorte*, nobis *Cauours*, locus munitus muro lateritio, & vice arcis tumulo impositus, cum Turre Gramasanâ ei vicinâ.

Lucerna: *Luserna*, caput famosissimi Comitatus, & vallis amplissimæ quæ supra 20. hominum millia dicitur alere.

VILLA-FRANCA: *Ville Franche*, in solo vbere sita, vbi Padus ponte iungitur; celebris, quia hîc olim captus Prosper Columna Dux exercitus Mediolanensis.

CARINIANVM: *Carignano*, nobis *Carignan*, celebre de Principis nomine, arce, ponte, & præclaris ad illum Gallorum facinoribus.

BRIQVERASCVM: *Briqueras*, in loco perferaci situm & situ difficili, ex quo Carolus Emanuel hyeme Gallos expulit, tem-


MONTFEAT AU DE LA LE PAU
Badia di Lucedio
Montarnol
TRINO
Le Po Fl.
Verue
CASAL
TERRITOIRE DE CASAL
Le Po Fl.
Pont de Sture
Cittadella
Fubino
LE DUCHÉ D'AOSTE
DUCHÉ DE MILAN
Sessia Fl.
Borgo di Sessia
Seraualle
Biela
Andorno
Masseran
la Motta
NOVARO
Yurée
Vercelles
S. Germano
Trino
Casal
la Doria Fl.
Ceresol
Aglie
Valperga
M. Cenis
Noualese
Suse
Lanzo
la Dorette Fl.
PARTIE DU DAULPHINE
Chiusa
S. Ambrosio
Aueillane
Riuoli
Turin
Pragelaso
Pinerol
Ripalta
Mirafior
Quiers
Carignan
Angrogne
la Berusse
Luserne
Villa franche
Chiéri
Carmagnole
Albe
Nice
Ast
Embrun
M. Viso
Paisana
Saluces
Raconigi
Cerisoles
Tanaro
Rocca vione
M. DE SALUCE
Dronero
Busca
Fossano
Cherasco
Incisa
Acqui
Cortemiglia
Bar. cinonette
Cental
Coni
Bene
Mondoui
Millesimo
Mombaldon
Spigno
Ceua
Garesio
Ormea
Bagnasco
Rocca di Clairo
Vassello
Miolans
Reuel
CONTE DE NICE
S. Estienne
S. Delmas
Bueil
Tende
Briga
Noli
Final
Albenga
Glandeue
le Pogget
S. Martin
Lantosca
Sospello
Soagna
Marro
Oneglia
d'Albengo
le Var Fl.
Esteron
Vence
Grace
Nice
Monaco
Ventemiglie
Villa Franche
S. Remo
Taggia
PR. DE MONACO
LE PIED MONT ET LE MONTFERRAT
28
29
30
45
44
43

tempore ſapienter, & fortiter vſus.

Rouiliaſcum: *Reuigliaſco*, excellenti vino celebre.

MONS CALARIVS, aliter CASERIVS: *Mont-Calier*, oppidum pernobile, nec ciuitati decedens.

CASTRVM CHERIVM: *Chieri*, nobis *Quiers*, olim potentiſſima Reſp. quæ 30. hominum millia armauit; bellis inter Carolum V. & Franciſcum I. malè multatum eſt.

Ripa Cherienſis: *Riua di Chieri*, Marchionatus titulo ornatum oppidum.

CARMANIOLA: *Carmagnola*, nobis *Carmagnole*, ab omnibus Geographis in Marchionatu Salutiarum collocatur, nunc in recentibus tabulis ab eo reuellitur, & Pedemontio adſcribitur. Vrbs celeberrima, Armamentarium quondam Gallicum vbi 300. tormenta bellica ſeruabant. Nunc incolarum frequentiâ, & opibus abundat.

PEDEMON-

RACONIGI: *Raconigi*, nobis *Raconis*, de eo oppido diximus ſuperiori ſectione num. 10. celebratur ob ſericum; habétque palatium, piſcinas, & deambulationes pulcherrimas.

SAVILIANVM: *Sauigliano*, inter fluuios *Malea*, & *Mair*, perlautum oppidum & opulentum, quo nullum putabat aptius in totâ Italiâ ad alendum exercitum Carolus V. Imp. ſtatuerat Dux Emanuel Philibertus hîc habitare, & hanc vrbem ſuæ ditionis primariam facere.

Centale: *Centalo*, à Præfecto Equitum Bellegardio munitum.

Laniaſcum: *Lagnaſco*.

FOSSANVM: *Foſſano*, ciuitas munita ad Fl. Sturam, & Epiſcopalis, in regione frumenti feraciſſimâ.

CLARASCVM: *Cheraſco*, munitiſſima vrbs in colle, cuius pedem alluit Fl. Tanarus *le Taner*; celebrantur eius viæ rectæ, & amplæ.

Ceriſolæ: *Ceriſoles*, vicus duntaxat, ſed memorabilis prælio Ducis Anguiani, qui eò loci Hiſpanorum retudit faſtum.

Polentia: *Polenza*, cadauer vrbis antiquæ, vbi pars Amphitheatri.

CVNEVM, & CVNI: *Coni*, vrbs munitiſſima ad confluentias Geſſæ & Sturæ. Memorabilis eſt obſidione quâ fruſtra tentata eſt à Franciſco I. in præſentia ditiſſima eſt.

TII.

Bena: *Bene*, oppidum munitiſſimo loco ſitum, aëris ſalubritate, & incolarum fortitudine celebre.

Mons Regalis: *Mondoui*, colli impoſita ciuitas, cuius pedem alluit Fl. Ella, populoſiſſima eſt omnium vrbium Pedemontij poſt Taurinum. Heluetiorum cæde celebratur. Vnum eius ſuburbiorum dicitur vicus, vbi S. Mariæ templum quod Dux extruxit, magnæ religionis, vbi & voluit deinceps Duces omnes humari.

FLVVII PEDEMONTII.

Padvs: *le Pô*, de cuius origine dicitur in Marchionatu Salutiarum; magnam eius agri partem rigat fluuiis, quos hic in ſe vtrinque recipit.

Stura: *la Sture*, Foſſanum alluens diuerſum ab illo qui cadit ad pontem Sturæ.

Geſſus: *Ges*, Sturæ connectitur ad Cuneum *Coni*.

Tanarus: *le Taner*, oritur ex nexu Apennini cum Alpibus in Marchionatu Ceuæ: cadit in Padum ad Baſinianũ.

Bormiæ duo: *Bormìa*, ſuas aquas miſcẽt paulò ſupra Seſſanum, húncque agrum rigant: exoriuntúrque in Marchionatu Ceuæ, & iuncti Tanaro miſcentur ad Alexandriam.

Duria: *la Doire*.

Clarus: *Chiara*.

Malonius: *le Malon*.

Chiſonius: *le Chiſon*, Pinarolium alluens.

Malea, & *Mair*, Sauilianum vtrimque ſtringunt.

Varæta: *Varaïta*.

Pelleus: *Pelles*, Chiſonium hauriens.

Nonus: *Non*.

Sangonius: *Sangone*.

Nvm. 2. *Inſerta & Addita Pedemontio.*

MARCHIONA- | VRBES SE-

Segvsivm: *Suſe*, aliter Suſa iuxta montis Ceniſij radices, varias olim experta vices à Friderico Ænobarbo incenſa, & exciſa. Celebratur fortitudine Gallorum noſtrorum: ſatis eſt diues, & populoſa ad Duriam *la Doire*.

TVS SE-GVSI-NVS, *le Marquisat de Suse.*

GVSINÆ VALLIS.

- Auiliana : *Auigliana*, nobis *Veillane*, olim longâ obsidione celebris, ætate nostrâ prælio memorabilis. Arcem habet in cliuo sitam.
- Glauena: *Giaueno*, ad fluuiolum *Sangono*, armorum fabrica quondam celebris ob vicinas officinas ferrarias, quæ hîc supra 30. exercentur. Hinc quoque telæ nobiles.
- Fanum S. Ambrosij : *Sant - Ambrosio*.
- Riuoli : *Riuoli*, in agro peramœno, celebris Burgus natalibus Caroli Emanuelis, sed longè magis quia S. Petrum Martyrem ex familiâ Dominicanâ edidit.

ABBATIÆ.

- Noualesa : *Nonalese*, vbi multa inuenta sunt quæ Sabaudicam historiam possunt illustrare.
- Fanum S. Antonij Rauesini : *Sant Antonio*, nobis *la Commanderie de S. Antoine de Renuers*, Abbatia olim, vt & nunc, ditissima.
- S. Michaëlis Clusensis : *S. Michel di la Clusa*, condita in loco olim Clusa : putant indigenæ ab Angelis hunc locum conditum esse.
- Ripalta : *Riualta*, prædiues locus.

FLVVIVS.

- Duria, Italis *Doria*, nobis *la Doire*, aliter Duria minor *la Doirette*, hanc vallem peramœnam decurrens.

MARCHIONATVS EPOREDIENSIS, *le Mar-*

VRBES HVIVS

- EPOREDIA : *Yurea*, nobis *Yurée*, in libro Fisci Romani Hipporegia dicta, & ab indoctis vulgò *Lamporegio*. Situ est edito inter duos colles ad Duriam Fl. cognomento Balteam, qui hîc ponte lapideo nectitur. Laudantur eius casei dicti *Salassi*.
- Masinum : *Masino*, oppidum lautum.
- Fanum S. Martini : *S. Martino*, Comitatus caput, Guelphorum olim propugnaculum.
- Valperga : *Valpergue*, item Comitatus caput Gibellinorum acerrima fautrix.

quisat d'Yurée, quo includitur AGER CAVANENSIS, Cauanese, *le Cauanois.*

- MARCHIONATVS.
  - Cornia : *Cornie*, seu *Corgni*, ad Fl. Orco.
  - Riparolium : *Riuarolo*, ad prædictum Fl.
  - Aglia : *Aglié*, castrum olim permunitum.
  - Ceresolæ : *Ceresol*, pagus ad initia Orci Fl. cuius casei celebrantur; in valle Loragnanâ iacet.
  - Fanum S. Benigni cognomento Fructuariensis : *San-Benigne*, seu vt indigenæ efferunt *San-Balegno*, prope Riparolium.
  - LANCIVM : *Lanzo*, vnde valli nomen ad Fl. Clarum *Chiara.*
- FLVVII.
  - DVRIA cognomento Balthea, seu Maior *la Doire Balthée*, aliter *la grande Doire.*
  - Orcus : *Orco*, ex Ceresolis profluens.
  - Malonius : *le Malon.*
  - Clarus : *Chiara.*

COMITATVS olim, nunc DOMINIVM VER-

- VRBES
  - VERCELLÆ : *Vercelli*, nobis *Vercelles*, & *Verceil*, ad Fl. Sessitem *le Sesia*, de cuius nomine vide Leandrum solito more fabulantem. Hîc celebratum Cõcilium contra Berengarium Archidiaconum Andegauensem à Leone IX. vrbs iam munitissima, & vallata propugnaculis à Sabaudo qui eam vrbem ex Ducatu Mediolanensi decerpsit, sed nostrâ ætate eam Hispanus recepit; castrum quoque habet & arcem.
- AGRI VERCEL-
  - Bugella : *Biela*, vrbs ampla, diues, populosa in agro feraci sita.
  - Andornum : *Andorno*, Marchionatus caput in Agro Bugellano.
  - Motta : *la Motta*, locus prælio memorabilis anni 1614.
  - Viueronium : *Viuerone*, vnde lacus nomen habet.
  - Fanum S. Germani : *San-Germano*, locus olim munitissimus, subruit propugnacula, & muros eius Victor Amedæus.

CELLENSE, *la Seigneurie de Verceil,* nunc Hispanicæ ditionis.

- **LENSIS.**
  - Fanum S. Agathæ : *Santia*, bellis Pedemontanis memorabilis.
  - Fanum S. Crescentini : *S. Crescentin.*
  - Burgus Sessites : *Borgo di Sesia*, ab aliis adscriptus agro Mediolanensi.
  - Seraualis : *Serraualle.*
  - Verruca : *Verua*, nobis *Veruë*, Hispanorum obsidione, & virtute Francorum memorabilis ætate nostrâ.
- **FLVVII.** SESSITES vulgò *Sesia, Sisia, Senza,* & *Sessa* recipit
  - Gardinam : *Gardina.*
  - Bronam : *Brona.*
    - Vno alueo in eũ defluentes.
  - Nauilium : *Nauilio*, ad Vercellas.
  - Eluum : *Eluo.*
  - Et aliquot alios parum celebres.
- **PRINCIPATVS MASSERANENSIS,** *Principauté de Masseran.*
  - Masseranum : *Masserano*, principis domus & deliciæ, locus exultissimus.
  - Crepacorium : *Creuecœur*, locus permunitus, & arx ad tegendum hunc tractum peridonea. In eius quoque agro Metallicæ ferri nobiles.

NVM. 3. *Secunda pars Pedemontij Marchionatus Salutiarum;* le Marquisat de Salusses.

VRBES & CASTRA HVIVS DITIO-

- SALVTIVM : *Salusses*, Italis *Saluzzo*, Episcopalis facta à Iulio II. vrbs perlauta, & frequens, olim familiæ Almeranæ. Aëre gaudet temperatissimo: modica est, sed castro eximio firmata.
- CARMANIOLA : *Carmagnole*, ab omnibus Geographis hîc collocatur, nunc ab hoc agro reuulsa est, & Pedemontio adscripta : de quâ ibi.
- Reuelia : *Reuel*, locus permunitus.
- Dronerum : *Dronero*, aliter *Droné*, castellum firmissimũ ad quod Abbatia S. Constantiæ : hîc Mercatores armentis, ferróque diuites.
- Busca : *Busca*, perantiqui Marchionatus caput.
- Verculum : *Verzoli*, nobis *Versol*, corruptè *Vensol*, castellum firmissimum.

NIS.
- Gostiliolum : *Costigliolo*, ad Fl. Veræτam.
- Fanum S. Petri : *San-Pietro*, ad eundem Fl. versus castrum Delphini oppidum Galliæ.
- Et alia loca de quibus mox in Pado.

FLVVII AGRI SALVTIANI.
- PADVS : *le Pô*, oritur ex Monte Vesulo, seu Veso, hodie *Monte Viso*, qui saxis & rupibus horridus piceas tantùm alit, & ex eo multi fluuij erumpunt. Fluit autem Padus ex duplici fonte, & post tria milliaria ad Païsanam terræ cuniculo hauritur, ac post mille passus ad Paricolum *Paricolo* resurgit, ac paulò pòst labitur inter duo castella Vncinum *Oncino*, & Critium *Crisol*, indéque Villam Francam, Pancalerum, Carinianum eluens Taurinum venit, ac deinceps totam Longobardiam decurrit.
- Veræta : *Veraita*, cuius vnus alueus Salustium attingit.
- Mærius : *Mair*, Buscam alluens, & Dronerum.
- Maleus : *Malea*.
- Stura : *la Sture*.

NVM. 3. *Pars tertia Pedemontij Comitatus Astensis*; le Comté d'Ast, *cum Regionibus ei insertis*.

VRBES AGRI ASTENSIS.
- ASTA : *Asti*, nobis *Aste* : ad Tanarum Fl. *le Taner*, ciuitas peruetus, lauta, diues, frequens, & splendidè ædificata. Fuit quondam Resp. potentissima quæ 30. armatorum millia eduxit. Arcem habet sub nomine S. Christinæ in gratiam Ducissæ Sabaudiæ sororis Ludouici XIII.
- Villa Franca : *Ville Franche d'Aste*, munitissimum oppidū, & aliquot propugnaculis septum.
- Mons Clarus : *Monte Chiari*.
- Reuiliascum : *Reuigliasco*, nobis *Rouiliase*.
- Balneoli : *Bagnasco*, nobis *Bagnas d'Ast*.
- Corneliana : *Corneillan*.
- Canale : *Canal*.

COLLES
- Cortemilia, seu Curia Æmiliani, vt quidam volunt : *Cortemiglia*.

LIGVRVM, *les Langhes.*	Millesimum: *Millesimo.* Cesola: *Cesol.* Mons Baldonis: *Mont-Baldon.* Spinum: *Spino*, aliter *Spigno.*

MARCHIONATVS CEVANVS, *le Marquisat de Ceua.*	CEVANVM: *Ceua*, nobile castrum ad Tanarum Fl. vnde Marchionatus hic nomen traxit, & ei adiunctum nobile, & luculentum oppidum. RHODVM: *Rhodino*, castellum Picorum Mirandulæ, emptum ex Marchionissâ Montis Ferrati à Ioan. Carrafa Ioannis Pici viri doctissimi coniuge, vbi & post viri mortem illa consenuit. Baniascum: *Bagnasco*, ex quo vallis nomen accepit ad Tanarum Fl. Garesium: *Garesio*, olim Monsiardinus dictum. Marchionatus etiam titulo illustre. Vlmea: *Ormea*, oppidum quod primum eluit Tanarus fluuius.

FLVVII.	TANARVS: *le Taner*, existit ex nexu Apennini, & Alpium, oritúrque ex triplici riuo qui intra iactum sagittæ coëunt. Auri ramenta defert, ex quibus se vidisse torquem, ait Volaterranus. Pezus: *Pez*, ex minutâ palude effluit. Stura: *la Stoure*, seu *Sture*, Astam alluens.

DE PRINCIPATV ONELIÆ, & MAIRI: *Oneglia* & *Marro*, dicemus in orâ Genuensi, cui insertus est: in duas valles peramœnas discretus est.

NVM. 4. *Pars quarta Pedemontij, Monsferratus Sabaudicus.*

VRBES & LOCA	TRIDINVM, vel Trinum: *Trino*, nobis *Trin*, præcipua huius ditionis vrbs, ampla, munita, & diues. Betulum: *Balzola*, sic dictam vrbem putat Alciatus ab arbore Betula, quâ hic indigenæ vtuntur ad munienda vasa vinaria circulis. Liburnum: *Liuorno*, oppidum inter paludes situm. Mons Aureoli: *Montaruolo.* D. Mariæ Locetinæ Cœnobium: *Badia di Lucedia*, quondam

dam

SABAVDICÆ DITIONIS in MONTEFERRATO.

dam nobilissimum, à Marchionibus Mõtisferrati conditum, vbi olim plurimi Monachi, nunc locus ruinis deformatus est.
Palatiolum: *Palazzuolo*, in loco riguo.
Verolentum: *Verolongo*, in Cauanensi tractu.
Calusa: *Caluse*.
Vulpianum: *Vulpiano*, in Pedemontium plurimum excurrens.
Fanum S. Damiani: *San-Damiano*, oppidum munitissimum, & duplici obsidione famosum.
Fanum S. Sebastiani: *San-Bastiano*.
Fanum S. Raphaëlis: *San-Raffaele*, nobis *S. Raphaël*.
ALBA: *Albi*, ad Fl. Tanarum, olim cognominata Alba Pompeia, antiquus Episcopatus, & ciuitas ampla.

NVM. 5. *De Comitatu Nicæensi*, le Comté de Nice en Prouence.

VICARIATVS NICÆÆ *le Vicariat de*

NICÆA: *Nizza*, nobis *Nice en Prouence*, aliis ἁπλῶς *Nice*, quia Nicæam Bithyniæ contendunt dici *Nicée*, fortè scrupulosiùs; vrbs pulcherrima, & munitissima, vt quæ Turcis simul Francísque restiterit. Arcem habet in præsentiâ permunitam.
VILLA FRANCA: *Ville Franche*, portus pulcherrimus, capacissimus, & percommodus, indigenis fortissimis plenus.
Castrum S. Albani: *Sant-Albano*, æquali vtrimque in prædictas vrbes interuallo, phari instar portum Villæ Francæ subeuntibus.
Esa: *Esa*, vicina ditioni Monachiensi.
Torbida: *Turbia*, patria olim Pertinacis Imp.
Contes oleo & castaneis abundans.
Pelia: *Peglia*, oleo, vino, atque frumento diues.
Sangrium: *Soagrio*, vbi arx munitissima.
Briga: *Briga*, oppidum sat amplum & populosum, vnde educuntur vinum, frumentum, mel, manna.
TENDA: *Tenda*, nobis *Tende*, Comitatus caput, qui cum Nicæensi connectitur, ad quod oppidum via *del Corno*, aliter *Col de Tende*.

Nice.	Fanum S. Martini: *S. Martino*, ad quod deuenitur per Fenestræ angustias, *Col delle Fenestre*, cui adiacet locus B. Virgini sacer, *Nostra Dona delle Fenestre.* Lantusca: *Lentosca*, ad Fl. Vesubiam. Fanum S. Dalmatij in planitie: *San-Dalmazzo del Piano.*
VICARIATVS BARCELLONÆ, *le Vicariat de Barcinonette.*	BARCELLONA: *Barcinonetta*, nobis *Barcinonette*, incensa posterioribus hisce bellis, antea ditio Cardinalis Sabaudiæ. Hunc agrum quidam Pedemontio tribuunt. Ioserium: *Iosier.* Falconium: *Faucon.* Reuellium: *Reuel.* Miolanum: *Miolans*, arx non immunita.
VICARIATVS SOSPELLANVS *le Viçariat de Sospello.*	SOSPELLVM: *Sospello*, bellum oppidum, & eleganter structum in limite Genuensi, cum fonte aquæ limpidissimæ quæ ex vicinis montibus educitur. Rupellula: *Rochetta*, in agrum Genuensem excurrens. Castilio: *Castiglione*, paulò infra Sospellum. Fanum S. Agnetis: *S. Agnes*, inter montes.
VICARIATVS PVERINVS, *le Vicariat du Poggiet*, seu *du Pogget.*	PVERINVM: *Poggieto*, nobis *le Poggiet*, in limite Francico ad fluuium Varum, oppidum munitum inprimis, & præsidio firmissimo validum. BOVILIVM, quibusdam Bobium, aliter Boglia: *Boglio*, nobis *Beiul*, Comitatus prædiues de quo in historiis diximus, ex eo aliquot oppida pendent, & huic ditioni tantùm inseritur.
VALLIS SANCTI STEPHANI, *le Val Sainct Estienne.*	FANVM S. STEPHANI: *San-Steffano*, in capite Fl. Tineæ, qui ex 3. lacubus existit, oppidum luculentum quod huic valli nomen dedit, quæ per se regitur, neque pendet ab aliis Vicariatibus. Fanum S. Dalmatij Syluestris: *S. Dalmas le Sauuage*, in collibus asperrimis situm oppidum. MONS CEMENVS: *Monte Camelione*, vbi rudera, & cadauer magnæ vrbis ostenduntur: vulgò *Camelion*, seu *Cemella.* Fanum S. Saluatoris: *S. Saluador.*

FLVVII COMITATVS NICÆENSIS.

- Varvs: *il Varo*, nobis *le Var*, Prouinciæ nunc & Italiæ aliquâ ex parte, sed exiguâ limes.
- Recipit Fluuios sequentes:
  - Esteronem: *Esteron*.
  - Tineam: *Tinea*, de quo suprà.
  - Vesuuiam: *Vesubia*.
- Palius: *Palion*, ad Nicæam cadens.
- Liuentia: *Liuenza*, qui ex monte ortus, vbi vallem ad Brigam rigauit, deficit & disparet haustus cuniculo.
- Rottus: *Rotta*, Saogrium alluens, qui & Biberam sorbet *Bibera*.

§. 3. *De ditionibus Familiæ Mantuanæ.*

Sect. I. *Historica huius Familiæ.*

Qvæcvmqve de hâc familiâ tractari solent in re Geographicâ ad tria capita reuocari possunt, *Ducatum Mantuanum, Ducatum Monferratensem, & ditiones Principum Gonzagarum*, seu *Mantuanorum*.

Nvm. I. *De Duce Mantuæ, & Agro Mantuano.*

Origo huius Ducatus, qui antea Marchionatus erat cadit in annum Christi 1318. quando vrbs Mantua variis iactata casibus summâ populi voluntate Ludouicum Gonzagam accepit dominum, eiectis Bonacolsinis Tyrannis ope maximè Canis Scaligeri Principis Veronensis. Ipse eiúsque successores *Capitanei* Mantuæ tantùm dicti sunt vsque ad Ioannem Franciscum, quem Sigismundus Imperator anno 1432. Marchionem Mantuæ dixit. Is obiit anno 1444. & inter quatuor filios principatum suum diuisit, de quo mox in quantitate huius ditionis. Marchionum porro nomen hæsit in hac familiâ vsque ad annum 1530. quo Carolus V. Imp. Fridericum Gonzagam Mantuæ Ducem creauit.

Principes Mantvani. Superuacaneum puto hîc texere seriem Principum Mantuanorum ante Fridericum primum, quoniam illa ad rem nostram minùs pertinere videtur. Hanc tibi per synopsin proponimus, quam vt puto non negliges, à Friderico I. Duce ductam.

- FRIDERICVS GONZAGA Primus DVX Mantuæ, Cui ex Margaritâ Bonifacij Secundi Montisferratensis sorore nati sunt
  - FRANCISCVS DVX II. — obiit ille fine liberis, quidam tamen ei tribuunt Fridericum.
  - GVILIELMVS DVX III. ex Leonora Imp. Ferdinandi filia
    - VINCENTIVS DVX IV. obiit 1512.
      - FRANCISCVS Dux V. qui ex filia Ducis Sabaudiæ genuit *Mariam* quæ nupsit Carolo Niuernensi.
      - FERDINANDVS Dux VI. primùm Cardinalis: obiit fine liberis.
      - VINCENTIVS Dux VII. olim Eques Melitensis: obiit ante eum filius Franciscus, qui duxerat Margaritam Sabaudam; itaque eo mortuo recurrendum fuit ad Carolum Niuernensem filium Ludouici filij Friderici Gongagæ Primi Ducis.
  - LVDOVICVS, cui ex Henrietâ Niuernensi geniti sunt
    - CAROLVS Niuernẽsis & Rhetelensis DVX VIII. cui ex Catharinâ Lotharinga nati sunt
      - FRANCISCVS Dux Rhetelij, qui ante patrem obiit.
      - CAROLVS II. Dux Mantuæ IX. duxit Mariam filiam Francisci Ducis V.
        - CAROLVS III. Dux X. iam ab anno 1637. rerum potitur.
      - FERDINANDVS Dux Meduanus.
      - MARIA Regina Poloniæ.
      - ANNA quæ Palatino nupsit.
      - BENEDICTA Abbatissa.
    - CATHARINA vxor Henrici Aurelianensis Ducis Longauillæ.
    - HENRIETA vxor Ducis Meduani.

QVANTITAS. Ditio olim Gonzagarum extensior fuit quàm in præsentiâ nobis exhibetur, vt colligitur ex testamento Ioannis Francisci primi huius tractus Marchionis, quod videre potes in libello de Italiæ Principibus.

Nunc verò maxima eius *longitudo* extenditur ab oppido Ostiano *Vstiano* in limite Cremonensi, & Brixiano, ad Fichariolum *Ficaruolo* in limite Ferrariensi, quæ extensio dat gradum vnicum

cum 15. minutis, ac proinde 75. mil. paſ. leucas Franc. 37. $\frac{1}{2}$, Germanicas 18. cum $\frac{3}{4}$. *Latitudo* verò à Caſtilione Stiueræo *Castiglione de la Stiuére*, in limite Brixiano, ad Nouellariam, cuius ſtatus ad hanc familiam pertinet, in limite Rhegiano, 36. minutorum extenſione, hoc eſt 36. Mil. Paſſ. leucarum noſtratium 18. Germanicarum 9.

QVALITAS. Regio hæc vniuerſa frumento abundat, & tantâ copiâ, vt vicinas ditiones nullo negotio alere queat. Vinum hîc minùs generoſum eſt, & ferè auſterum. Abundat hæc quoque ditio armento & pecore, quia paſcuis læta. Linum etiam hîc plurimum, & copioſum prouenit. Laudantur pariter panni Mantuani qui magni fiunt Venetiis, item & Tapetes ex lanâ & ſerico totâ Europâ celebrati. Quanta reperiatur hîc piſcium copia, id vnum arguit, quod ex piſcatoribus lacus Mantuani 9. librarum millia Princeps colligit, eâ conditione, vt quantùm voluerit in menſam ſuam reſeruet aſſibus duobus perſolutis in ſingulas libras.

MORES. Equites peritiſſimi ſunt Mantuani, & ad domandos equos à naturâ facti videntur eſſe. Creduntur vulgò ingenij hebetioris ob cæli grauitatem & craſſitiem, certè ad literas minùs idonei iudicantur quàm ad res gerendas, & familiam rectè diſponendam.

POLITIA. Hic Princeps à nemine pendet niſi ab Imperatore, cuius ſe vicarium perpetuum in Italiâ nuncupat, quia anno 1624. ab Imperatore factus eſt eius Vicarius per Italiam, quo officio hactenus Dux Sabaudiæ functus erat. Aula eius inter Principes Italos eminet. Seruatur à 50. peditibus Prætorianis, & Equitum Italorum alâ. Dux caput eſt ordinis Sanguinis Chriſti, quem inſtituit Vincentius Dux VII. anno 1608. Educere poteſt ex agro Mantuano 800. equites, peditum 12. millia. Eius Conſilium ex 7. Doctoribus conſtat: hi lites omnes & controuerſias dirimunt, & ad eos à præfectis prouocatur, vulgò *Podeſdas*. Mantuæ rei Cibariæ Præfectus *Prouidador* magnæ eſt auctoritatis. Reditus eius Ducatus ante aliquot annos erat ducenties & quinquagies mille libræ; nunc dicitur in præſentiâ imminutus. De reditu Montisferrati, & militiâ dicemus numero 3.

NVM. 2. *De Minoribus Principibus Mantuanis, seu Familiæ Gonzagarum.*

DVX GVASTALLÆ annui reditus habet in agro Mantuano 20. librarum millia, & vnicam vrbem ad hoc vsque tempus habuerat Guastallam cum aliquot castris. Sed quoniam de iure Ducatus Mantuani disputabat, accepit à Carolo Niuernensi Octauo Duce tria oppida *Luzzara*, *Suzzara*, & *Reggiuolo*, quæ eius ditionem eximiè auxerunt. Est quoque Princeps ARIANI, & Dux MOLFETTÆ in regno Neapolitano, & inde sibi conficit centum librarum millia.

DVX SABVLONETI *Sabionette*, vrbem habet vnicam cum aliquot pagis. Iam possidetur à Caraffis nuptiarum iure, sed redimi potest à Duce Mantuano, aut Comite de *Bossolo* 800. aureis Mantuanis, aut nostratibus 400. Annui reditus habet 70. librarum millia, & totidem ex agro Neapolitano colligit, vbi Princeps est STILIANI *Stigliano*. Iam hæc ditio Nobilem Hispanum dominum agnoscit *D. Ramiro Nũnes de Gusman* Ducem quoque in Hispaniâ Medinæ Turritæ, *de Medina de las Torres*.

COMES NOVELLARIÆ *Nuuellara*, seu *Nouellara*, stringitur ditionibus Rhegij, & Corregij: eius regio populosa est, & diues: atque annui reditus 60. millia librarum habet.

PRINCEPS BOSSOLANVS, *Prince de Bossolo*, simul est Comes S. MARTINI, & Dominus Riparolæ Furiensis *Riuarolo di Fuori*, cum aliis quinque Burgis aut Pagis: 60. quoque librarum millia annui reditus percipit.

MARCHIO CASTILIONEVS, seu Castilionis Stiuerorum. *Castillon della Stiuère*, & Dominus Castelli Ziphræi, *Castel Giufré*, quod oppidum ante aliquot annos ipse permuniit: in limite Brixiano rerum potitur, & 60. quoque librarum millia recipit annui fructus.

DOMINVS SOLFARINI, *Seigneur de Solfarin*, superiori contermi-nus est, & vnica tantùm vrbe potitur cum 30. librarum millibus.

Hi omnes summo iure vtuntur, & à nemine pendent nisi ab Imperatore, atque vt loquitur Notitia Principum Italiæ, potiùs in partes Hispanas, quàm Francicas inclinant.

NVM. 3. *De Monteferrato, ditione Ducis Mantuani.*

NOMEN, cur hoc inditum fuerit huic regioni, neque tradidit Merula, nec Blondus, nec Volaterranus, inquit Leander, qui sic dictum putat quasi *montem feracem*, ob miram fertilitatem: nam quod addit de ferro indignum est quod hîc inseratur, adeò insipidum est, & insulsum. Marchionatus fuit ad annum vsque 1575. quando Maximilianus Imp. Guilielmum III. Mantuæ Ducem, primum etiam Ducem Montisferrati dixit.

QVANTITAS ægrè admodum statui potest propter eius partes in alias ditiones sese insinuantes, à quibus vicissim sæpè laceratur, atque aperitur: si tamen pingui Minerua loqui licet, *longitudo* eius desumitur à ruinis Polentiæ prope Clarascum *Cheras*, ad Gauium *Gauio*, agri Genuensis, quod spatium complectitur 25. minuta vnius gradus maioris circuli, ac proinde 25. mil. pass. 12. leucas nostrates cum $\frac{1}{2}$, Germanicas sex cum $\frac{1}{4}$.

Latitudo consideratur à *Calizzano*, oppido in Apennini radicibus ad *Carponeto* vicum in Vercellensi limite 70. mil. passuum, 35. leucarum Francicarum, 17. & $\frac{1}{2}$ Germanicarum.

QVALITAS. Non vtar aliis quàm Merulæ verbis, quæ citantur ab omnibus Geographis. Monsferratus mons est perpetuis expansus iugis, totus amœnus & fructifer, omniúmque rerum ad vitam vtilium fertilis, & colonis admodum frequens, &c. Nihil hîc incultum propter soli bonitatem, & opportunitatem, &c. quantò magis ab amnibus Pado & Tanaro recedunt, tantò maiores amœnioréſque campi, &c. ita *Merula*. Quibus addes ex recentioribus. Hîc tanta frumenti copia nascitur, vt & indigenis & magnis exercitibus alendis sufficiat. Oriza hîc quoque feliciùs prouenit. Vinum huius tractus cæteris Longobardicis antefertur. Neque hîc Balnea desunt multis morbis salutaria, inter quæ Aquensia cæteris præstant, & magnâ hominum frequentiâ celebrantur Maio, atque Septembri mensibus. De iis agemus in Admirandis.

MORES. Huius regionis incolæ ingeniosi sunt, & solertes, bellicosissimi, & Principi suo addictissimi, quem amorem præ se tulerunt potissimùm extremis hisce bellis. In negotiationibus ex-

cellunt; ac conuiuiis & compotationibus dediti sunt, quò eos regionis vbertas impellit.

ORIGO huius Principatus vulgò refertur ad Aleramum, seu Valramum filium Vitechindi Ducis Saxoniæ, qui eò adduxit Adelaïdem *Alis*, filiam Othonis Primi, à quo postea regionem hanc obtinuit cum Præfecturâ, & Vicariatu Imperij in Italiâ. Ab eius successoribus Marchionatus hic deuolutus est in Theodorum Palæologum, Ioanne filio Guilielmi cognomento Magni, sine liberis mortuo anno 1305. Is enim Theodorum filium Andronici Palæologi Imperatoris, & sororis suæ Yolandæ instituit hæredem. Tum Marchionatus Montisferrati iacebat inter Alexandriam, & agrum Astensem: sed etiam ei se dedidere Casalenses S. Euasij cùm se ab Imperio proscriptos viderent, propterea quòd cum Ticino, Albâ, Vercellis contra Imperatorem Henricum conspirassent. Ex Theodoro Guilielmus X. ortus erat. Is Casalium mœnibus sepsit, & ei obtinuit Episcopum à Sixto quarto anno 1474. Hæsit autem Marchionatus in familiâ Palæologorum, vsque ad annum 1535. quando mortuis omnibus masculis ex hac stirpe orta lis est de successione inter Ducem Sabaudiæ, Marchionem Salutiarum, & Fridericum Gonzagam Mantuanum Ducem, de quorum iure ex stemmate Principum Montisferrati iudicabis: A Carolo V. Imperatore lis adiudicata est Friderico, & Casalenses qui tum volebant recuperare libertatem ei subiuncti sunt. Idem quoque tentauerunt Casalenses sub Francisco Guilielmi successore, sed spe suâ deiecti sunt apud Maximilianum Imperatorem, & auctores huius consilij solum vertere coacti sunt, quorum iterum consilia & conatus irriti cecidere: túmque Flaminius Palæologus spurius perpetuo carceri addictus est in Gotto oppido agri Mantuani. Atque exinde perdurauit in familiâ Gonzagarum hic Marchionatus, nequicquam reclamante Sabaudo. & bello, atque scriptis ius suum persequente. Fœderibus quibusdam Ratisponensi scilicet & Clarascensi aliquid extorsit Sabaudus, sed iis nondum eius fames extincta est. Quanta autem bella ex iis cõtrouersiis enata sunt inter Francos & Hispanos nostri loquuntur Annales, atque Mercurij. Nunc verò Casalium seruatur à Francis, vt & Monsferratus, cui frustra Hispanus insidiatur, vnde tam sæpe, quàm ignominiosè repulsus est.

PRIN-

PRINCIPES MONTISFERRATI à Theodoro Palæologo, vt superiores omittam, ita se habent.

- THEODORVS PALÆOLOGVS Primus Marchio, & author Familiæ
  - IOANNES Marchio Secundus
    - OTHO Secundus Marchio III. obiit sine liberis.
    - IOANNES II. Marchio IV. obiit quoque sine prole.
    - THEODORVS Secundus Marchio V.
      - IOANNES IACOBVS Marchio VI.
        - IOANNES Marchio VII. obiit sine liberis.
        - GVILIELMVS Marchio VIII.
          - IOANNA quæ nupsit Ludouico Secundo Marchioni Salutiarum.
          - BLANCHA quam duxit Carolus Primus Dux Sabaudiæ.
        - BONIFACIVS Marchio IX.
          - GVILIELMVS Marchio X.
            - BONIFACIVS Marchio XI. nullâ susceptâ prole mortuus est.
            - MARIA prima vxor Friderici Primi Ducis Mantuæ.
            - MARGARITA secunda vxor prædicti Friderici, quæ in domum Mantuanam intulit hũc Marchionatum.
          - IOANNES-GEORGIVS Marchio XII. in quo defecit proles mascula Palæologorum.
        - THEODORVS Cardinalis, & Primus Decanus Salutiarum.
        - ISABELLA vxor Ludouici Primi Marchionis Salutiarum.

POLITIA. In præsentiâ ditio illa per Francos Præfectos administratur, quos subinde mutari videmus. Dux enim Mantuanus ægrè hanc defendere potest propter interiectam partem Ducatus Mediolanensis. Hinc peditum 15. millia, equites ferè mille colligere potest, omnes bellicosos, & in armis experientissimos.

Centum bellica tormenta Casalij habebat, & arma ad instruendum non leuem exercitum. Inde ante bella sibi 300. librarum millia annui reditus conficiebat, ac proinde ditissimus erat: nunc quid accipiat nobis est incompertum, aliis summam augentibus supra modum, aliis imminuentibus. Hoc certè statui potest, si regiones omnes huius Principis connecterentur, paucos in Italiâ Principes ei futuros pares, sed interiacet Ducatus Mediolanensis, & ab Hispanis meritò sibi timere debet.

SECT. II. *Geographica descriptio ditionis Mantuanæ.*

NVM. I. *Ducatus Mantuanus*, le Mantoüan.

VRBES seu OPPIDA & VILLÆ

MANTVA: *Mantoüa*, nobis *Mantoüe*, in lacu Mantuano, quem Mincius Fl. efficit hîc stagnans, 20. millium passuum ambitu; vrbs magnifica, diues & populosa, ad quam per pontes vel aggeres tantùm datur accessus, ideóque munitissima est. Hîc Ducis palatium tam amplum, tam magnificum, vt 5. Reges hospitio possit excipere Duce ipso non excluso, nam 550. cubicula numerantur, omnia pretiosis stragulis, & aulæis vestita, & pleraque tribus ornamentis quæ subinde mutari possunt. Tres quasi vrbes in lacu ipso Mantuam sepiunt *il Thé*, palatium magnificum, *Borgo di Santo Georgio*, & *Porto Forteze*.

Villa Marmiroli: *Marmiruolo*, magnificentissima prorsus à Friderico I. condita magno artificio, sed maiore sumptu. Aquarum hîc mirabiles lusus: vno verbo palatium ad Regem & Imperatorem simul excipiendum factum.

Petola vicus: *Pietola*, aliter *Pitolo*, ad oram lacus Mantuani cùm Mincium effundit, olim pagus Andes Virgilij incunabulis clarus. Adiacet ei Virgiliana domus Duci perutilis, & ad vtilitatem potiùs quàm ad voluptatem culta.

Formicosia: *Formigosa* ad quam Mincius exit ex lacu Mantuano.

BVRGVS FORTIS: *Borgo Forte*, à Mantuanis oppidum


QVELQVES PRINCES DE LOMBARDIE, Auec le Cremonois et le Genouesat Oriental
PARTIE DV BRESSAN
PARTIE DV VERONOIS
MANTOVAN
CREMONOIS
PARTIE DV MILANOIS
LE PLACENTIN
LE PARMESAN
LE RHEGIO
LE MODENOIS
MIRANDOLE
FERRAROIS
LE GENOVESAT DV LEVANT
LA MER DE GENES
TERRE DV GRAND DVC
LE LVQVOIS
VAL DE TARO
LA FRIGNANE
LA BOVCHE DV TAR
LE PÔ FL.
GENES
PARME
Tartaro fl.
Bologne
Fornoue

conditum anno IIII. vbi Fossa terminatur deducta ex lacu Mantuano in Padum. In alterâ Padi ripâ erat quoque burgus, ex quo catenâ ferreâ Padus claudebatur.

CASTELLVM GVBERNIVM: *Gouuernolo*, ad Mincium Fl. ad quod S. Leo Attilæ dicitur occurrisse: locus admodum celebris, quia hîc Cataracta: vulgò *la Chiusa di Gouuernolo*, cuius ope circumposita regio potest inundari.

Sacceta: *Sacchetta*, oppidum nobilis familiæ Caprianorum, non procul ab ostio Mincij in Padum, vbi tanta clades ruptis Padi aggeribus an. 1531. contingit.

Serauallis arx: *Serauall e*, ad Padum munitus locus à Mantuanis 1320.

DVCIS MANTVA-

HOSTILIA & HOSTIA: *Ostiglia*, perlautum, frequens, & opulentum oppidum. Instauratum est à Veronensibus 1050.

Agger S. Michaëlis: *le Bastion S. Michel*, locus munitus ad Fl. Tartarum.

Duo Castella: *li duo Castelli*, ad Fossam *di Pozzola*.

Castillio Mantuanus: *Castiglione Mantuano*, ad prædictam Fossam.

GOITVM: *Goïto*, vrbecula egregiè munita ad Mincium, cum Palatio pulcherrimo Ducis, vbi picturæ exquisitissimæ.

Volta: *Volta*. / Capriana: *Capriana*. — In limite Veronensi duo sita oppida, non immunita.

Medole, seu Medolæ: *Medoli*, lautum oppidum & locuples.

Ceresaria: *Ceresole*.

RODONDISCVM: *Rodoldosco*, mercimoniis frequens oppidum, & celebre ob pannorum textrinas.

MARCHERIA: *Marcaria*, non inhonestum oppidum ad Tartari in Ollium confluentias.

CANETVM: *Caneto*, seu *Canetto*, penè ad Nauilij in Padum confluentias.

OSTIANVM: *Vstiano*, in limite Bressiano & Cremonensi ad Melæ Fl. in Padum ostium.

Turris Oglij: *Torre d'Oglio*, ad Oglium paulò antequam Pado misceatur.

VITELLIANA: *Viadana*, perlautum, frequens, & opulentum oppidum: quod credunt indigenæ dictum à Vitellio hîc consistente dum nuncium de morte Othonis opperitur.

NI. Fanum S. Benedicti cognomento Podolironi: *San-Benedetto*, à Bonifacio Mathildis patre conditum, locus est pernobilis, splendidus & amplus, olímque centum monachos minimùm alebat.

Gonzaga vicus: *Gonzaga*, vnde Principes omnes huius ditionis traxere nomen, vbi villa magnifica, & sumptuosissima.

DITIO DVCIS GVARDISTALLÆ *Duché de Guastalla.*

GVARDISTALLVM: *Guastalla*, vrbs lauta & diues, binis Cõciliis nobilis sub Vrbano II. & Paschasio II. vnde intelligitur quàm olim ampla fuerit & magnifica. Diu fuit in familiâ Taurellorum.

Dosiolum: *Dosolo*, castrum, malè à Leandro admouetur ostio Ollij in Padum.

Luzaria: *Luzara*
Suzaria: *Suzara*
Regiolum: *Regiuuolo*
Tria hæc loca Dux obtinuit à Carolo Niuernẽsi, ne in eius possessionem incurreret.

DITIO DVCIS SABVLONETI *Duché de Sabionette.*

SABVLONETA: *Sabionetta*, seu *Sabioneda*, nobis *Sabionette*, clara origine Comitum Persicorum Cremonensium, & maximè Vitalliani viri fortissimi. Arcem habet munitam cum magno semper præsidio, quia hinc ferè Princeps abest, & in regno Neapolitano residebat ante aliquot annos in Principatu Stigliano. Nunc ad Hispanum dynastam per nuptias deuoluta est vnà cum ditione.

DITIO PRINCIPIS BOZOLANI *la Princi-*

BOZOLVM: *Bossolo*, oppidum nobile cum arce satis munita. Celebrem illam vrbem reddidit Fridericus Gonzaga cognomento Bosolinus.

Fanum S. Martini cognomento in Argino: *San-Martino dell' Argino*, vbi castrum satis luculentum: caput Comitatus est.

pauté de Bozolo. — Ripariolum Fuorinum: *Riuaruuolo di Fuori*, burgus peramœnus & diues.

DITIONIS MARCHIONIS CASTILIONÆI, *le Marquisat de Chastillon de la Stiuére.*

- CASTILIO STIVERORVM: *Castiglione della Stiuére*, vrbs permunita cum arce non temnendâ. Hinc oriundus Ludouicus Gonzaga, qui ditionem hanc Christi opprobriis, & paupertati antepoſuit.
- Caſtellum Ziphræum: *Castro Giufré*, cuius dominus Ludouicus ille Gonzaga vir eruditus, & magnus Imperator. Iam locus permunitus eſt, Hiſpano maximè ſuadente.

DOMINIVM SVLPHVRINVM *la Scigneurie de Solforino.*

- SVLPHVRINVM: *Solforino*, in limite Veneto, ciúſque agri Caſtilionæis inſerti ſunt: exigua eſt vrbs, & territorij ſatis anguſti.

DITIO COMITIS NOVELLARIÆ *le Comté de Nouellara.*

- NOVILLARIA: *Nouellara*, vrbs anguſta, ſed permunita, cuius ager in Rhegienſem agrum incurrit.
- Bergatium: *Bergazzo*, burgus ſat diues.
- Victoria: *Vittoria*, vicus quoque non illepidus.

FLVVII AGRI MANTVANI.

- PADVS: *le Pô*, qui olim catenâ ferreâ iungebatur ad Burgum fortem.
- MINCIVS: *Menzo*, Mantuanum ſtagnum efficiens, de quo in Hiſtoricis. Idem eluuiem his agris inferre poteſt per cataractam Gubernij.
- Molinellus Fl. *Molinella.*
- Tartarus Fl. *Tartaro*, in limite Veneto.
- Tartarus alter, *Tartaro* ad Mercariam iunctus Ollio.
- Clusius Fl. *Chiuſe.*
- Vt hîc foſſas plurimas ſileam, & incilia ab indigenis effoſſa, & protracta vt agri rigarentur.

NVM. 2. *Deſcriptio Montisferrati Ditionis Mantuanæ.*

VR-

- CASALE S. EVASII: *Caſal S. Vas*, facta Epiſcopalis à Sixto IV. vrbs in agro perbono, & fertili, ciuitas Europæ munitiſſima, aggeribus, foſſis, propugnaculis egregiè

BES, OPPIDA & LOCA AGRI MONFERRATEN-

munita. Adde arcem hexagonam absolutissimam, vnà cum veteri castro ad nouam artem bellicam, vtcumque interpolato.

Burgus S. Martini : *San-Martino*, olim locus peramœnus.

Fraxinetum : *Frassineto*.

Occimianum : *Occimiano*, honestum & frequens castrum quondam Marchionum Monferratensium sedes: celebre est, quia eò conuenere ad Fridericum Ænobarbum ex variis ciuitatibus legati, vt eum excitarent ad euertendum Mediolanum.

Fanum S. Saluatoris : *San-Saluatore*.

Fubinum : *Fubino*.

Casortium : *Cazorzo*.

Grassanum : *Grassano*.

Pons Stvræ : *Ponte-Stura*, nobis *Pont de Sture*, vbi arx quondam permunita, ad quam deductus primùm Ludouicus Sfortia Dux Mediolanensium captus à Gallis. Ætate quoque nostrâ fuit hoc celebre oppidum.

Montelium : *Monteglio*.

Mons Caluus : *Monte Caluo*, bellis quoque recentibus celeberrimus.

Cerrium : *Cerro*, vbi ditio Monferratensis valdè restringitur.

Nicæa cognomento à Palea : *Nice la Paille*, Italis *Nizza della Paglia*, loco fertili & amœno sita.

Quadraginta Castrum, vel vt mauult Leander Quadringenti, vulgò *Quaranta*: sic dictum à 40. familiis Romanorum quæ huc confluxerunt; ea sanè opinio indigenas fortes reddit, & auitæ fortitudinis (vt putant) retinentes.

Incisa : *Incisa*.

Alba : *Alba*. } iam iuris Sabaudici, de quibus antea.
S. Damianum }

Aqvæ, olim Aquæ Statielorum : *Acqui*, patria Georgij Merulæ, qui se ideò Statielatem appellauit. Hîc restant Thermæ pulcherrimæ cum mensis publicis. Ciuitas autem ciuilibus attrita discordiis pænè concidit.

SIS.	Riua Alta : *Ripalta*. Pontio : *Ponzone*. Malatium : *Malazzo*. Maluesinum : *Maluesino*. Rupes Cæriensis : *Rocca di Cairo*.
FLVVII MONTISFERRATI.	PADVS : *le Pô*, olim diuidens Montemferratum in duas partes. Stura, vel Fl. vel incile : *la Stoure*, à Crescentino ad pontem Sturæ deductum. Tanarus : *Tanaro*, nobis *le Taner*. BORMIA duplex, de quibus antea. Belbus Nicæam alluens : *Belbo*. Errius : *Erro*. Orba : *Orba*, limes eius ab Oriente.

§. 4. *De Mutinensi ditione.*

EXPEDIEMVS hoc paragrapho Regiones subditas familiæ Atestinæ *Este*, ex quo Ducatus Ferrariæ huic à Pontificibus ablatus est, de quo in ditione Pontificiâ agemus. Hæc autem ita se habent.

DITIONES DVCIS MVTINENSIS Modenese, *le Modenois*.	DVCATVS	MVTINENSIS. Mutina : *Modene*. RHEGIENSIS. Rhegium : *Reggio*.
	PRINCIPATVS	CARPENSIS. Carpi : *Carpi*.
	DITIONES	FRINIANA : *Frignana*. GRAFINIANA : *Carfagnana*, ex parte; nam aliæ duæ partes sunt Ducis Tusciæ, & Reip. Lucensis.
	Quondam INSERTÆ REGIONES, nunc Ducis Mutinẽsis.	DOMIN. olim Ducatus CORREGII : *Corregio*. COM. ROLIENSIS : *Roly*. DOMINIVM SAXVLII : *Sassuolo*, seu *Sasseüil*.

SECT. I. *Historica huius ditionis.*

NVM. I. NOMEN accepit à primaria vrbe huius Regionis. Fuit autem Vicariatus S. Sedis, & Marchionatus. Sed à Friderico III. Imperatore Boso Dux creatus est Mutinæ & Rhegij, circà anno 1470. FRINIANA ditio vnde dicta sit, ignoro. De GRAFINIANA dicemus in Hetruriâ.

NVM. 2. QVANTITAS. *Longitudo* attenditur à Ripolâ in limite Pontremoliensi ad Finale oppidum 64. Mil. pass. leucarum nostratium 32. Germanicarum 16. *Latitudo* verò à Fossa vulgò *Parmegiana* ad Valicum inferius, *Valico di sotto*, in limite Carferonianæ vnius gradus cum 10. minutis, hoc est 70. Mil. pass. leucarum Francicarum 35 Germanicarum 17. cum dimidia.

NVM. 3. QVALITAS diuersa est secundum regiones diuersas.

Mutinensis ager, frumento & orizâ abundat, ac variis leguminibus. Hinc quoque vinum exquisitum deportatur Tribianum dictum.

Rhegiensis ager, parùm salubris iudicatur, & grauioris cæli: vinum tamen eius laudatur in primis, dat etiam aliquid frumenti, & fructus exquisitos, & sues pinguissimos.

Principatus Carpensis, & *Corregianus ager*, pascuis abundant, armentísque & pecore diuites sunt.

Frinianus ager, vino abundat, & in vallibus pecoris plurimùm, & armentorum alit; habet quoque fodinas aliquas ferri.

Carfinianus ager pecore, & armento celebratur ob valles montésque compascuos. Hîc quoque ferri metallicæ celebres, vnde sibi Dux multùm pecuniæ conficit.

NVM. 4. MORES. *Rhegienses* parum cauti & prouidi iudicantur: *Bœotûm in patriâ crassóque sub aëre nati. Mutinensés* bellicosi in primis, & in Principem suum fidissimi. Ad magna gerenda nati esse videntur, cauti, solertes, industrij. Incolæ Frinianæ & Carfinianæ pascendis gregibus vacant & armentis. Quidam ex iis quotannis vrsum tributi nomine olim Mutinam deducebant, vnde nata parœmia *de Vrso Mutinensi.*

NVM. 5 ORIGO. Historiam Principum Atestinorum scripsit Ioan. Bapt. Pigna, ex quo pauca decerpemus. Nobilissimam esse hanc familiam arguunt, quòd ab eâ extitisse certum sit plurimas

tam in Italiâ, quàm extra Italiam familias Ferunt enim inde natas Brunsuicensem, Luneburgensem, & alias: item hanc affinitate attingere præcipuos orbis Christiani Principes. Quomodo autem Mutinensis & Rhegiensis ditiones in hanc familiam transierint paucis accipe. Eius dominatum primus dicitur tenuisse, vt omittam fabulosa, Opizo, seu *Obizzo* Atestinus Raynaldi Ferrariensis Marchionis filius, eámque ditionem accepisse à Mutinensibus 1289. Anno deinde 1313. Franciscus Picus Mirandulanus Vicarius Mutinæ constitutus est ab Henrico VII. postea à Tyrannis Mantuanis occupata est Mutina, & ab iisdem seruata ad annum 1327. Anno autem 1331. Manfredus Pius à Ioanne Bohæmiæ Rege institutus, hîc Principis nomen assumpsit, qui illam Opizoni secundo Ferrariæ Marchioni concessit an. 1336. ex quo tempore hæc ditio in familiâ Atestinâ mansit vsque ad annum 1510. quando Iulius II. Pontifex vrbem cepit, eámque Maximiliano Imperatori cessit, à quo vendita est Leoni X. decem millibus aureorum. Demùm anno 1527. dum Clemens obsideretur in mole Hadriani, ab Alphonso I. Atestino Duce Ferrariæ recuperata est. Alphonso I. successit Hercules, cuius liberi cùm sine prole obiissent, recurrendum fuit ad prolem Alphonsi III. ex Laurâ Ferrariensi humili loco nata geniti, quam plerique concubinam dixerunt, vt mox videbis in stemmate.

CARPORVM PRINCIPATVS diu hæsit in nobilissimâ Picorum familiâ, sed Gilbertus bonam illius partem Herculi I. Duci Ferrariensi cessit, reliqua pars quæ Alberto II. remanserat, donata est à Carolo V. Duci Ferrariensi.

NVM. 6. PRINCIPES MVTINENSES non proferentur à nobis, qui Alphonsum primum Atestinum præcesserunt, quia minùs ad rem nostram faciunt: eius Alphonsi prosapia sic se habet.

ALPHONSVS PRIMVS	Ex Lucretiâ filiâ Alexã-	HERCVLES II. DVX IV. ex Renatâ filiâ Lud. XII. Franc. Reg.	ALPHONSVS II. DVX V. qui sine liberis obiit, licèt tres vxores duxisset.
			LVDOVICVS Cardinalis.
			ANNA vxor Francisci Lotharingi, Ducis Guisij.
			LVCRETIA, quæ nupsit Duci Vrbinati.

ATESTINVS DVX TERTIVS
- dri VI. Summi Pontif.
  - Hippolytvs Cardinalis.
  - Franciscvs Alexander.
  - Secundùm aliquos Fridericvs.
- Ex Laurâ Ferrariensi
  - Alphonsvs III.
    - D. Cæsar Atestinvs Dvx VI. ex Annâ Virginiâ filiâ M. Cosmi
      - Alphonsvs IV. Dvx VII.
        - Franciscvs Dvx VIII. qui nunc rerum potitur.
      - Lvdovicvs Imperator Venetarum copiarum.
      - Hippolytvs Prior Melitensis.
  - Alphonsinvs.

Nvm. 7. Politia. Quamquam hic Princeps ex vno pendeat Imperatore, viuit tamen propemodum in clientelâ Regis Hispaniæ, à quo recipit nomine pensionis 12. aureorum millia; habet & ab illo turmam equitum Cataphractorum in Regno Neapolitano, & torquem Velleris aurei gestat. Pendet à Duce Mantuano ob Bressellum *Brexello* in agro Rhegiensi, & à summo Pontifice ob possessiones in Ducatu Ferrariensi, & Romandiolâ: sed quod ad Pontificis ditionem attinet potest educere 15. millia modiorum salis ex Salinis Comaclinis sine vllis vectigalibus, aut portoriis.

Iam verò quotannis recipere dicitur supra quadraginta aureorum millia. Certè ex Ferrariæ & Romandiolæ possessionibus conficit ducenta librarum millia, ex Dominio Correg ano 40. millia aureorum vt alia taceam. Ideóque Princeps ille ditissimus esset, si omnia sua nomina dissoluisset: nam grandi ære alieno premitur, scilicet octingenties mille aureorum, ex quibus sedecim millia debet Genuensibus, quorum versuram quotannis magna pensione dissoluit.

Quoad vires spectat poterat educere olim 24. peditum millia, equitum duodecim; nunc vix duodecim peditum millia, equites mille quingentos scribere potest Absit enim vt credam quod scripsit scriptor recens, eum educere posse 30. millia, & ex iis 20. millia ex Carferonianâ.

Eius Principis aula nobilissima est: Prætorianos habet 50 Heluetios hastatos, 50. equites leuioris armaturæ. Tribus Iudicibus summum ius reddit subditis suis. Pendent ab eo nobilissimæ familiæ,

inter quas eminent Comes S.Pauli ex Gonzagis, Comes S.Martini ex Familiâ Atestinâ, & aliæ de quibus in Geographiâ.

Sectio II. *Descriptio Geographica ditionis Mutinensis.*

Num. I. *Ducatus Mutinensis*, le Modenois.

VRBES DVCATVS MV-

Mutina: *Modena*, nobis *Modene*, in viâ Æmiliâ, non tamen eodem planè loco quo antiqua, nam visuntur ad hanc Antiquæ rudera iuxta Nouam; à Gothis & Longobardis Vetus euersa est, restituta Noua Longobardis ex Italiâ exterminatis: libera fuit ciuitas, & bella maxima cum Bononiensibus gessit. Sita est inter fluuios *Secchia*, & *Panaro*, ad incile quo vterque committitur, dictum Mutinense.

Bastia: *Bastia*, quam ambit incile Mutinense.

Bonus portus, vel Bonportus: *Bonporto*, vbi incile Mutinense nectitur *Panaro*, traiectu euntibus Bononiâ Mirandulam: in ditione Rangonum est.

Nonantula: *Nonantola*, muris firmissimis munita, sed Sanctorum reliquiis potentiùs instructa: hîc quondam nobile cœnobium. Fuit olim ditionis Bononiensis, postea Vrbinatis, denique Mutinensis.

Marzalia: *Marzaglia*, in viâ Æmiliâ ad Seciæ Fl. ripam.

Herberia, aliter Ruberia: *Rubiera*, seu *Ruuiera*, quam aliqui sic dictam volunt quasi Riperia; vrbs permunita, & vallata firmissimis propugnaculis: patria fuit Antonij Codri viri doctissimi, qui suum epitaphium scripsit: *Codrus eram*, &c.

Scandianvm: *Scandiano*, perlautum oppidum Leandro, Marchionatus caput viginti millium nummorum annui reditus.

Turricula: *Torricella*, non inhonestum oppidum Leandro.

Casalium Magnum: *Casale Grande*.

Formiginis: *Formigine*, patria Andreæ Formigenæ maximi Architecti.

TI-NEN-SIS.

Castellum Nouum: *Castro Nuouo.*

FANVM, seu PONS S. AMBROSII: *Sant Ambrogio*, vel *Ponte Sant-Ambrogio*, ad Fl. *Panaro*, memorabilis pugnâ anni 1249. Mutinenses inter & Bononienses, in quâ captus est filius Friderici II. Rex Sardiniæ.

SPILIBERTVM, aliter Fanum S. Lamberti, & SPINVM LAMBERTI *Spiliberto*, vel *Spilamberto*, Marchionatus caput Rangonum ditissimorum, quorum reditus octoginta aureorum millia superare dicuntur.

Sauinianum: *Sauignano.*

Montaniana: *Montagnana.*

VINIOLA: *Vignuola*, apud Luitprandum Ticinensem Neniola dicta, celebris pugnis & cladibus Mutinensium, & Bononiensium.

GAYA: *Gaya*, Marchionatus titulo illustris, vrbecula lauta, & locuples.

FLVVII.

PANARVS: *Panaro*, olim Scultenna.

Secius: *Secchia.*

Incile Mutinense: *le Canal de Modene.*

NVM. 2. *Ducatus Rheginensis.*

VRBES DVCATVS

RHEGIVM: *Reggio*, nobis *Regge*, olim Rhegium Lepidi. Nulla ferè eius mentio ante Longobardos ex Italia eiectos, tum enim videtur reparata circa annum 800. anno autem 1314. nouis mœnibus est circumsepta: vrbs est lauta & frequens, & diues. Hîc credunt nonnulli sepultum Prosperum Rhegiensem, quem huius vrbis Episcopum Leander putat. Eluitur Fl. *Tarua*, non *Crustolo*, vt putat Leander.

Gualterum: *Gualtero*, & *Gualtieri*, oppidum amplum, diues & populo refertissimum, versus limitem Mantuanum, Marchionatus caput, Bentiuoliorum.

BRIXILLVM & Brixellum: *Bressello*, ad Lenzæ Fl. in Padum confluentias; olim ciuitas solo æquata à Longobardis, nunc egregiè muris, & præsidiariis instructa in limite Mantuano, ex quo pendet quoad ius primum.

Castrum nouum Rheginense: *Castro Nuouo*, ad discri-

men alterius in Carferonianâ.
Montecio : *Montecchio* , aliter *Montechino* Marchionatus caput, vrbs satis ampla & potens.
Mons Altus : *Montalto*, vnde multi vici pendent.

RHEGIENSIS.

QVATVOR CASTELLA *li quarto Castelli*, à Mathilde condita in quatuor collibus vicinis.
- Mons Ianus: *Monte Iano.*
- Mons Lucius : *Monte Lucio.*
- Bianellum : *Bianello* , vbi Henricus V. exceptus est à Comite Mathilde, splendidè omnino.
- Castellum Vitreum : *Monte Vetro.*

pertinent quatuor hæc castra ad Comites Canosæ.

CANOSA: *Canosa*, munitissimum situ Castellum, vbi Gregorius VII. abditus est contra vim & furias Henrici IV. Imp. à Mathilde, quem postea Pontificem eò conuenit hyeme pedibus nudis, & veniam impetrauit. Eius Comes nunc potentissimus est, & aliquot ditiones tenet in hac ditione Mutinensi.
PREDA: *la Preda*, Marchionatus honestissimi caput in familiâ Pepolarum.

- Rebeccum : *Rebecco.*
- Valisinera : *Valisinera.*
- Busiana : *Buzana*, &c.

In Montanis versus Apenninum & Tusciæ limitem.

FLVVII.
- Crustolus : *Crostolo*, per incile iunctus *Lenzæ* Fl.
- Taruus : *Tarua*, Rheggium alluens.
- Lentius : *Lenza*, ditionem hanc à Parmensi separans.
- Secius : *Secchia*, oritur ex hac regione.

NVM. 3. *De Friniana*, Frignana.

VRBES
- SESTVLA : *Sestola*, vrbs ampla & munita, præfecti sedes, qui totam inde Frinianam regit.
- FANVM S. ANDREÆ : *Sant-Andrea* , nobis *S. André*; munita quoque vrbs ad radicem montis Apennini, ad quam non procul metallicæ ferri nobiles.
- AQVARIVM: *Acquaria*, medicatis aquis nobile oppidum.

FRINIANÆ.	Mons Cuculus: *Monte-Cuculo*, vnde Comites celeberrimi nomen habent.
	Tuanum: *Tuano*; Medola: *Medola*; Fananum: *Fanano*; Trinianum: *Trignano* — exigui nominis oppida sunt, & parum in historiis celebrata.

MONTES.	ZIBBIVS: *Monte Zibbo*.
	D. PELEGRINI: *Monte San-Pelegrino*, olim Lætus dictus.
	BALISTA olim, nunc *Balestra* vulgò.

FLVVII.	Panarus: *Panaro*, olim *Scultenna*.
	Dardanius: *Dardagna*, cadens in Panarum.
	Draco: *Dragone*, cadens in Secium *Secchia*.

NVM. 4. *De Carferoniana*, seu *Grafiniana*, Carfagnana.

VRBES GRAFINIANÆ.	CASTRVM NOVVM, cognomento Grafinianum: *Castro Nuouo di Carfagnana*, vbi Torrita Fl. cadit in Anserem seu Sercium *Serchio*; hîc arx munita prorsus cum magno præsidio, vulgò Mons Alphonsus *Mont-Alphonso*: vrbs nobilis, luculenta & mercatoribus frequens, olim ditionis Bononiensium.
	TERRASANVM: *Terrazano*, vrbs populosa, & munita, cum luculento præsidio, in limite Magni Ducis.
	Fanum S. Donini: *San-Donino*, in limite Lunensi, & Magni Ducis, locus quoque sat munitus, & diligenter asseruatus.
	Verrucula: *Verrucola*, quam arcem inuictam Leander appellat, olim in ditione Principum Malespinæ, cum aliquot minoribus locis.
	Metallum: *Metello*.
	Rupecula: *Rocca*.
	Campus Grandis: *Campo Grande*.
	Bruccianum: *Brucciano*.
	Silicius: *Silico*.

FLUVII.
- Sercivs: *Serchio*, olim Anſer, de quo in Tuſciâ pluribus.
- Turritus Fl. *Torrita*, in Sercium cadens ad Caſtrum Nouum.

Nvm. 5. *De Minoribus ditionibus Ducis Mutinenſis.*

DVCATVS CORREGIANVS, nunc Dominium, *le Duché, ou Seigneurie de Correggio.*
- Corregivm: *Corregio*, honeſtum & perlautum oppidum, & diligenter munitum, dictum olim Spina Ducis Mutinenſis: virorum magnorum patria dicitur à Leandro.
- Falicum: *Falico.*
- Fana
  - S. Georgij: *San-Georgio.*
  - S. Blaſij: *San-Biaggio.*
  - S. Proſperi: *San-Proſpero.*

PRINCIPATVS CARPENSIS,

VRBES DITIONIS CARPENSIS.
- Carpi: *Carpi*, vrbs antiqua, & nunc etiam potens, & munita, cum præfecto & firmo præſidio. Fuit diu ſub imperio Picorum, de quibus in Comitatu Mirandulæ dicemus. Sita eſt ad incile Fl. Secij *Sechia.*
- Novi: *Nuouo*, olim arx munitiſſima, celeberrima in hiſtoriis à rebus hîc geſtis, quarũ meminit Leander in Ephemeridibus: æquata ſolo eſt ab Hercule Duce Ferrariæ.
- Fanum S. Martini: *San-Martino*, Marchionatus caput in familiâ Ateſtinâ ad Fl. Secium, locus diues, & amœnus: varias expertus vices: de ruderibus vicinæ vrbis quam indigenæ Anſam Reginam vocant, fabulas ſuſpicor.
- Fanvm S. Felicis: *San-Felice*, nobis *S. Felix*, vrbs ampla & munita cum ſuo præfecto, qui in caſtro non illepido commoratur.
- Caſtellum Finale: *Finale*, conditum à Mutinenſibus anno 1213. patria illuſtrium virorum Leandro, ſita in Inſula quam efficit Fl. *Panaro.*

la

la Principauté de Carpi.	FLVVII.	SECIVS: *Secchia.* Incile Secij: *le Canal de Secchia*, Carpos alluens. Incile Rizanum: *Fossa Rizana.* Panarus: *Panaro.*
SAXVLANA DITIO, *la Seigneurie de Sassuuolo*, inserta Ducatui Mutinensi.		SAXVLVM: *Sassuuolo*, decem millibus à Mutinâ oppidum, & castrum munitissimum cum suo præfecto: situm est inter Fl. Secium, & incile deductum Mutinam. Pij de hac vrbe cum Duce coram Imperatore fortiter decertarunt, lis Mutinensi adiudicata est. Fanum S. Mariæ Saxulanæ: *S. Maria di Sassuuolo*, locus magnæ pietatis.
ROLIENSIS COMITATVS, *le Comté de Roly.*		ROLIVM, seu Rolum: *Roly*, oppidum tenue, & tam parui nominis, vt vulgò in tabulis minùs annotetur: situm est in limite Agrorum Bononiensis, Mutinensis, & Tusci.

§. 5. *De ditione Mirandulanâ.*

SECTIO I. *Historica huius Regionis.*

NOMEN habet à Mirandulâ vrbe, quam dictam volunt ab admirando partu Eurides filiæ Constantij quam Manfridus Aulicus rapuerat, & hîc tres filios vno partu peperisset, quæ omnia fabulas sapiunt. Domini huius ditionis primùm *Comites* fuerunt, deinde *Principes Mirandulæ*, & *Comites Concordiæ*, sed Alexander Picus 50. millibus aureorum ab Imperatore Ducis titulum redemit.

QVANTITAS. *Longitudo* eius desumenda est à sylua Concordiēsi in limite Mutinēsi ad Portum Vetus *Porto Vecchio*, continétq; septemdecim millia passuum, 8. leucas Francicas cum dimidia, Germanicas 4. cum $\frac{1}{4}$: *Latitudo* à vico *Ronzole*, ad vicum Tramucium *Tramuscio*, minuta septem complectitur, ideóque 7. millia passuum, seu 4. leucas nostrates cum $\frac{1}{2}$, Germanicas 2. cum $\frac{1}{4}$. ambitus ferè 50 millium passuum est, 25. Francicarum leucarum, Germanicarum 12. cum $\frac{1}{2}$.

QVALITAS. Regio est frumenti & orizæ ferax, quæ in Venetâ potissimùm ditione distrahuntur: neque vina desunt alicuius no-

minis, armenta autem tanto numero, vt ex eorum transitu multam sibi pecuniam Dux conficiat.

MORES. Bellicosi habentur Mirandulani, εὔξενοι, liberales, faceti, & indolis exquisitæ.

ORIGO DVCVM MIRANDVLANORVM. Vt hîc fabulas omittamus de Manfredo, & Euride filiâ Constantij filij Magni Constantini, de quibus aliqua præmonuimus; certius videtur Picorum familiam esse Mutinensem, cuius iam mentio ob præclara belli facinora ann. Christi 1110. anno deinde 1300. præter propter, Franciscus Picus à Ludouico Cæsare Vicarius Imperij in vrbe Mirandulâ constitutus est, sed hic sublatus est cum filiis duobus à Bonacolsio Tyranno qui & Mirandulam euertit: superfuit ex eâ clade Nicolaus qui Prendipartem genuit, hic Paulum, hic Franciscum, hic Ioannem & Franciscum, quos Fridericus tertius Concordiæ Comites creauit: ex Francisco natus Ioannes, Franciscus, ex quo natus Nicolaus, ex quo Ioannes, ex quo Ioannes Franciscus qui arcem Mirandulanam communiuit; cuius tibi stemma exhibemus rei nostræ non inutile.

- IOANNES FRANCISCVS qui arcem Mirandulanam muniuit.
  - GALEOTVS Primus.
    - IOANNES FRANCISCVS Princeps expulsus à fratre Ludouico, restitutus à Iulio II: & tandem cæsus à Galeoto II. in Ecclesiâ coram imagine Crucifixi.
      - ALBERTVS cum patre à Galeoto cæsus.
      - IOANNES. THOMAS. PAVLVS. qui in exilio consenuerunt.
    - LVDOVICVS qui fratrem expulit, & ab eo vicissim eiectus est.
      - GALEOTVS II. qui occidit Ioan. Frãciscũ
        - ALEXANDER natus ex Fuluiâ Corregiâ
          - Galeotus nothus.
          - Et 3. filiæ: nũc illa familia dicitur concidisse.
        - LVDOVICVS.
    - FRIDERICVS.
  - ANTONIVS MARIA Magnus Imperator.
  - IOANNES PICVS vir vndequaque doctus, qui anno 33. Florentiæ obiit, anno Christi 1464. & sepultus est in veste P P. Dominicanorum.

POLITIA. Habuit Dux ille ditionem suam fiduciariam ab vno Imperatore cum iure cudendæ pecuniæ, quâ vsus est aliquando non sine probro, quasi cuderetur hîc adulterina; quare vicini Principes eius vsum in suis ditionibus interdixere. Vix tria subditorum millia armare potest. Tuebatur partes Hispanas, & ab eo pensionis nomine sex aureorum millia recipiebat, cum alâ Cataphractorum equitum in regno Neapolitano. 300. millia annui reditus ex ditione suâ recipiebat.

SECT. II. *Descriptio Geographica ditionis Mirandulanæ.*

VRBES DITIONIS MIRANDVLANÆ.

- MIRANDVLA: *Mirandola*, nobis *la Mirandole*, aut *la Mirande*, de cuius origine fabulam suprà attigimus. Olim fuit admodum exigua & castrum dumtaxat, cuius locus dicitur etiamnum *Castelleto*, adiectus ei burgus qui postea muris cinctus est: nunc 7. aggeribus regiis vallata est, & arce permunitâ cum castro quod vocant *la Rocca*, cum 4. propugnaculis excitatis dum vrbem obsedit Iulius III. dicunturque castra S. Michaelis, S. Iustinæ, S. Martini, & S. Antonij.
- CONCORDIA: *Concordia*, nobis *Concorde*, Comitatus caput creati à Sigismundo Imperatore. Locus olim permunitus fuit, sed disiectus à Galeoto II. filio Ludouici, postea tamen vrbs reparata est, & in dies lautior euadit, ad Fl. Secium *Secchia*.
- Quadraginta: *Quarantula*: ita dicta à Quadraginta liberis nobilibus oriundis ex Manfredo, de quo suprà, & ex eâ familiâ orti dicuntur esse Pici, Pij, Manfredi, & alij. Fit sæpe mentio Aulæ Quarantulanæ in historiâ Italicâ.
- Portus Vetus: *Porto Vecchio*, in limite Ferrariensi.

FLVVII.

- SECIVS: *Secchia*, ad quem fixa Concordia: hic mox labitur in agrum Mantuanum, vbi cadit in Padum.
- Quarantulana Fossa: *Fossa di Quarantula*.
- Resana Fossa, hunc agrum dirimens à ditione Mutinensi.

§. 6. *De ditione Ducis Parmensis*, Parmese *Italis*; le Parmesan *Gallis*.

Sectio I. *Historica descriptio eius ditionis.*

Nvm. 1. Nomen. Accepit nomen ab vrbe primariâ ditionis eius, quæ etiam fluuio cognomini adiacet. Ducatus semper fuit maximè ex quo tota hæc ditio ab vno Principe possidetur, in quam tamen incurrit ditio Malaspinarum, qui possident supremo iure Forum Nouum *Fornouue*, cum 30. burgis; vt hîc taceam agros Palauicini, & Principis Landensis, quos sibi hic Princeps addixit: eius autem ditiones ita se habent in genere, nos hîc tantùm de Longobardicâ ditione agemus, de aliis suo loco differemus.

Ditiones Dvcis Parmensis, in Longobardia, Tusciâ, & Regno Neapol.
- Dvcatvs
  - Parmensis: *le Duché de Parme.*
  - Placentinvs: *le Duché de Plaisance.*
- In Patrimonio S. Petri:
  - Dvc. Castrensis: *le Duché de Castro*
  - Com. Roncilionensis: *le Comté de Ronciglion*
- Comitatvs Pinnensis: *Ciuita Penna*, in Regno Neapolitano.
- Insertæ ditiones
  - Ditio Palavicinorvm: *Borgo San-Donino.*
  - Principatvs Landensis: *Borgo di val Taro.*
  - Comit. Rossenensis: *Rossena.*

Nvm. 2. Qvantitas. *Longitudo* eius spectatur à vico *Pizzadello* in limite Ducatus Mediolanensis, ad vicum *Gombia* in Comitatu Rossenensi in limite Rhegiensi, quod spatium ad maiorem circulum reuocatum dat 76. millia passuum, 38. leucas Francicas, Germanicas 18.

Latitudo verò à Bastiâ ad Padum in ditione Palauicinâ in limite Cremonensi, ad alterum è fontibus Tari Fl. in limite Genuensi, 45. minutorum, hoc est 45. M. passuum, leucarum nostratium 22 $\frac{1}{2}$, Germanicarum 11. cum $\frac{1}{4}$.

Circuitus ducentorum circiter millium passuum, Francicarum leucarum 100. Germanicarum 50.

Nvm. 3. Qvalitas considerari debet in agris duobus Par-

mensi & Placentino, ad quos reliqui reuocantur. *Ager Parmensis*, gratissimi est aëris, atque saluberrimi, quare eius indigenæ μακρόβιοι sunt; frumenti quoque, olei, lini, ac vini feracissimus est. Armenta hîc quoque plurima, quare Casei Parmenses in Italiâ magnî fiunt: denique in eo nihil ad vitam, nihil ad delicias deest: laudantur quoque Tibialia sericea quæ hinc efferuntur. *Ager Placentinus* eadem emittit quæ Parmensis; sed prætcrea ferro abundat, & ære, potissimùm in Apennino & limite Genuensi. Hîc quoque putei aquæ salsæ, ex quibus sal purissimum excoquitur.

NVM. 4. MORES. Tam Parmenses quàm Placentini bellicosi sunt. Parmenses moribus suauioribus sunt, & ferè εὔξενοι: Placentini austeri, & ἄξενοι: omnes solertes, & sagaces, & ad aliquid suscipiendum expeditissimi. Vltores iniuriarum acerbissimi sunt, & maximè thori nuptialis.

NVM. 5. ORIGO HVIVS STATVS. Quomodo ad Pontificem quondam deuenerit ille Status dicet qui audaciùs de hisce rebus Italicis pronunciare volet. His igitur suppositis Paulus III. Farnesianam domum suam volens euehere Petro Aloïsio filio suo dederat Camertium Principatum *Camarino*, extortum ab Hæredibus Francisci Mariæ Roborei, *della Roueré*, & præterea Nepetensem ditionem, sed tantùm vt eum ad maiora, & altiora promoueret: Nam eas ditiones cum Parmâ & Placentiâ permutauit, quæ à Gallis seruatæ, Ecclesiæ Romanæ fuerant restitutæ, cum pensione 12. millium aureorum vt vult Thuanus, 10. vt Onuphrius; Cæsare grauiter id ferente quòd eas vrbes, sed potissimùm Placentiam ad Ducatum Mediolanensem spectare quereretur. Porrò Petrus ille Aloïsius homo flagitiosè nequam, & ignibus dignior quàm tali honore, trucidatus est factione Palauicinorum, Landensium, &c. Placentia capta est à Cæsarianis. Sed eius filius Octauius vir fortissimus, & optimus animos non despondit, & perfecit vt sibi Parma à Iulio III. redderetur. Postea autem se in tutelam Regis Galliæ dedit, quæ res Cæsarem & Regem iterum commisit: at demum an. 1556. Cæsari socero suo reconciliatus est Cosmi interuentu, immo & reddita Placentia, eâ lege vt arx ab Hispanis seruaretur. Obiit Octauius 1586. cùm paulò antè eius vxor Margarita filia notha Caroli V. Ortone in vrbe suâ dotali mortua esset. Successit patri Alexander magnus ille Dux in Belgio, qui Philippum impulit vt sibi Placentinam arcem restitue-

ret, & Nouariensem agrum assignaret ob dotem matris centies decies & sexies millium aureorum, qui postea restituti sunt ab Hispano, & retracta Nouaria, Duce Parmensi id molestissimè perferente: sed hæc postea.

NVM. 6. PRINCIPES PARMENSES. Eorum omnium synopsin tibi ob oculos collocamus.

PETRVS ALOYSIVS filius Pauli Tertij Pōt. Max. PRIMVS DVX PARMENSIS.	OCTAVIVS DVX II. ex Margarita nothâ Caroli Quinti Imp.	ALEXANDER FARNESIVS DVX III. qui in Belgio 14. an. præfuit; ex MARIA filiâ Eduardi filij EMMANVELIS Regis Lusitanię.	RANVCIVS DVX IV. ex Aldobrandinâ Cle. VIII. nepte	ALEXANDER Mutus, ideóq; à Principatu exclusus.	
				ODOARDVS DVX V.	RANVCIVS II. DVX VI.
				OCTAVIVS.	
				FRANCISCVS MARIA.	
			ODOARDVS Cardinalis.		
			MARGARITA quæ Vincentio Mantuano nupsit; & repudiata quia sterilis.		
	ALEXANDER CARDINALIS, qui Caprarolam palatium magnificentissimum excitauit.				

NVM. 7. POLITIA. Vexillifer perpetuus Ecclesiæ dicitur Dux Parmensis, *le Gonfalonier*, pendétque à Pontifice, cui quotannis 12. aureorum millia dependit. Percipit annui reditus ducenta aureorum millia, aliquando trecenta. Stipatur 55. peditibus prætorianis, 30. hastatis, reliquis 25. sclopetariis, equitibus quinquaginta leuis armaturæ. Decem peditum millia scribere potest, 500. equites è suis subditis. Pendent ab eo Dynastæ plurimi, quorum præcipui Marchiones Soregnæ, Salæ, Curiæ Maioris, Colorni & alij, quorum hîc non est otium nomina recensere.

SECTIO II. *Geographica descriptio eius ditionis.*

NVM. I. *Ducatus Parmensis*, Parmese, *nobis* le Parmesan.

VR- PARMA: *Parma*, nobis *Parme*, peruetusta ciuitas, de cuius origine vide Leandrum, situ plano in viâ Æmiliâ, ædificiis splendida, incolis frequens planè ingeniosis,

BES DVCATVS PARMENSIS (margin: BES DV- CA- TVS PAR- MEN-)

in agro amœno, sita est ad Fl. cognominem qui eam secat mediam, & triplici ponte in hac vrbe iungitur. Arx eius pentagona ad artem planè extructa est, in quâ tormenta bellica plurima, arma ad 6. hominum millia instruenda. Nihil dicam de hortis, aquis, picturis, quibus palatium Ducis instructum est.

Bagantiolum: *Baganzolo*, non procul à Fl. Parmâ.

Castrvm Gvelphvm: *Castro Guelpho*, in via Æmilia, sic dicta à Guelphis conditoribus.

Fontanellatum: *Fontanellato*, illustris familiæ San-Vitallianorum.

Nucetum: *Noccetto*, in historiâ Parmensi celebris vrbecula.

Fanum S. Secundi castrum nobile: *San-Secondo*, à Rubriis olim septum muro, & munitum arce firmissimâ.

Sorania: *Soragna*, cuius incolæ an. 1266. à Mediolanensibus ad Parmenses defecere, cum San-Secundianis, & Nucetensibus: perlautum oppidum & Marchionatus caput Luporum, *des Lupi*.

Turricula: *Torricella*, oppidum perhonestum.

Gronia: *Grogna*.

Sissa: *Sezza*, Comitum *de Terzi*.

Arx Alba: *Rocca Bianca*, castellum permunitum, Comitum Rangoniorum.

Colvrnvm: *Colorno*, haud inhonestum oppidum, sic dictum quasi caput Lurni, à torrente Lurno, qui hîc cadit in Parmam: patria virorum fortium & literatorum.

Forvm Novvm: *Fornoua*, nobis *Fornoue*, ad torrentem Spurcanam *Sporzano*, locus memorabilis prælio Caroli VIII. Francorum Regis in confœderatos Italos, quos viribus longè impar deuicit.

Mons Ranzonis: *Rocca Lanzone* pro *Ranzone*.

Varanum Malagrorum: *Verano di Malagri*, ad discrimen alterius *Verano di Marchese*.

Fanum S. Andreæ: *Sant-Andrea*.

Mons Ceritvs, vel Mons Cheruculus: *Monte Chiarguolo*, vrbs permunita, & lauta in limite Rhegiensi,

SIS.	olim in ditione Taurellorum.
	Guardasanum : *Guardazone.*
	Torcaria villa : *Torciaria*, ex Sfortiâ Cardinale ad Principem ditio eius deuoluta est.
	Ruppecula : *Rocca*, cognomento *Torciaria.*
	Cossanum : *Cozzano.*
	Belfortium : *Belforte*, ad Fl. Tarum.
	Berzetum : *Berzeto*, Comitum S. Secundi, vbi tamen Dux præsidium maximum alit, & hoc oppidum diligenter tuetur.
	CORNELIVM castrum : *Corniglio*, munitissimus locus, ad Fl. Parmam, quà aditur ager Pontremolensis per Cissam syluam.

FLV-VII.	Sestronus : *Stirone.*
	TARVS : *Taro.*
	Spurcana torrens: *Sporzano.*
	Bagantia: *Baganza*, torrens veriùs quàm fluuius.
	PARMA : *Parma*, præcipuam vrbem bifariam dirimens, statim atque Bagantiam Fl. hausit.
	Lentia : *Lenza*, aliter *Nenza.*

NVM. 2. *Ducatus Placentinus*, Piacentino.

VRBES DVCATVS PLACEN-	PLACENTIA : *Piacenza*, nobis *Plaisance*, nobilissima olim ciuitas obsidione à Totilâ famosa, quando oppidani etiam carnibus humanis vixere : sita nunc est ad Padum, & eius suburbia Resintus fluuiolus alluit. Arcem habet munitissimam cum veteri castro, tota ipsa propugnaculis præcincta. Hîc quoque palatium Ducis luculentum in quo ius redditur.
	CASTRVM S. IOANNIS : *Castro San-Gioanni*, oppidum lautum quò vsque vestigia viæ Æmiliæ cernuntur.
	Burgus Nouus : *Borgo Nuouo.*
	Maseratum : *Maserato.*
	Mons Callis : *Monti Callo.*
	Mons Clarus : *Monte-Chiaro.*
	Burghetum : *Borghetto.*
	PONS NVRÆ, aliter Pontinurum : *Ponte Nura*, ad vim

Æmi-

TINI.	Æmiliam, sic dictum à Fl. Nurâ qui ponte iungitur. Roncariolum: *Roncaruuolo*. ARQVATVM: *Arquato*, vino suo famosissimum. Magnanum: *Magnano*.
MONTES.	CARCVLVS: *Monte Carculo*. } vterque non procul à fontibus Nuræ. TOMARVS: *Monte Tomaro*.
FLVVII AGRI PLACENTINI.	Tidonius: *Tidone*, recipiens Nurulam: *Nuretta*. TREBIA: *Trebia*, paulò supra Placentiam cadens in Padum, & valles amœnissimas irrigans. Resintus: *Resinto*, vrbis Placentinæ suburbia alluens. NVRA: *Nura*. Clauena: *Chiauenna*, sic dictus supra viam, nam infrà *Gutta* nominatur, vt ait Leander. Ranacolla: *Ranacolla*. Lurda: *Lurda*. Sestronus: *Stirone*.
VALLES.	TIDONENSIS: *Val de Tidone*. TREBIENSIS: *Val di Trebia*. PRINENSIS: *Val di Prino*. NVRENSIS: *Val di Nura*. CLAVENENSIS: *Val di Chiauenna*. } à fluuiis quibus eluuntur nomen habent.

NVM. 3. *Inserta, seu adiuncta huic ditioni.*

STATVS seu MARCHIONATVS	VRBES & LOCA PA-	BVRGVS S. DONINI: *Borgo San-Donino*, malè in tabulis recentibus *San-Domino*; pernobile olim castrum, ad quod Cœnobium S. Columbani excisum à Friderico II. post cladem Parmensem: eius mœnia Dux Parmensis deiecit, quia in medio ditionis suæ. GIBELLVM: *Gibello* à Gibellinis fundatum non procul à Pado contra castrum Guelphum. Alij volunt sic dictum à vocibus *Gio Bello*, hoc est *situs pulcher*: hic pugnatum à Mutinensibus & Cremonensibus an. 1228. quãdo hic locus erat in ditione Rhegiẽsiũ.

PALAVICINVS STATVS. *l'Estat Palauicin.*

- **LAVICINI STATVS.**
  - Monticellum : *Monticello*, non procul à Pado in ditione Palauicinorum.
  - Poleſeum : *Poleſino*, ad Fl. Longenam *Onzina.*
  - Curia Maior : *Corte Maggiore.*
  - BVXETVM : *Buſſeto*, nobile oppidum, anno 1520. à Gallis direptum, quando & capite multatus Marchio Chriſtophorus Palauicinus. Celebratur & Colloquio Pauli III. Pontif. & Caroli V. Imperatoris. Hinc oriundus Matthæus ille Buxentinus Graſſatorum terror ſub Sfortiâ Duce Mediolanenſi.
- **FLVVII.**
  - Lurda : *Lurda.*
  - Longena : *Onzina.*
  - Seſtronus : *Stirone.*

PRINCIPATVS LANDENSIS, *Principauté de Landi.*

- **VRBES.**
  - BVRGVS VALLIS TARENSIS : *Borgo di val Taro*, ad Fl. Tarum, magno præſidio firmatus, & munitiſſimus locus ditionis Parmenſis.
  - COMPIANVM : *Compiano.*
  - Bardium : *Bardi.*
  - Caſalium : *Caſale.*
  - Sedes Tarenſis : *Chieſa di Taro.*
- **FLVVII.**
  - TARVS : *Taro.*
  - Tarulus, *Tarola*, aliter Tarus minor.
  - Cenus : *Ceno*, cadens in Tarum.
  - Valdenus : *Valdena.*

COMITATVS ROSSENÆ, *Comté de Roſſena.*

- ROSSENA : *Roſſena*, munitiſſimus locus quondam Principis Corregiani, ab hac parte contra Mutinenſem propugnaculum.
- Bazanum : *Bazano.*
- Gombia : *Gombia*, vicus in limite Rhegienſi.

TERRITORIVM FLOREN-

- **OPPI-**
  - FLORENTIOLA : *Fiorenzuuola*, ſat lautum oppidum in viâ Æmiliâ ad Fl. Lurdam *Lurda.*
  - Caſtrum nouum : *Caſtro Nuouo de Terſi*, ad Fl. ſeu torrentem Longenam, *Onzina.*

TIOLÆ, *Territoire de Fiorenzuuola.*	DA.	Sepionicum Salsum: *Sepionico Salso*, à fontibus salsis sic dictum, ex quibus sal coquunt indigenæ; in tabulis recentibus perperam hæc duo nomina separantur, & duo supponunt oppida.
	FLVVII.	Lurda: *Lurda.* Longena: *Onzina.* Sestronus: *Stirone.*

Atque hactenus de Longobardiâ, parte implicatissimâ Italiæ, & quæ Geographos hactenus vehementer torsit; nos ei lucem attulimus quæ huic parti nondum affulserat. Si quid peccauimus, facile fuit inter tot tenebras impingere, atque labi; si quis manum porrexerit, tam auidè capiemus, vt nemo nos pertinaces dicat.

CAPVT QVARTVM.

De Ora Genuensi.

RESPVBLICA Genuensis olim tam potens fuit vt Venetam tantùm non attriuerit, & si victoriâ suâ vti nouisset, penitus subruisset. In Oriente quid fecerint Genuenses contra Turcas & Sarracenos, quis ignorat? Caffam in Tauricâ Chersoneso nónne diu tenuerunt? Sed cùm ex iis aliqui Turcas in Europam traiecissent pœnas perfidiæ paucorum luit vniuersa Resp. & nunc precariò viuere potiùs videtur quàm imperare olim *Domina maris* Genua. De Insulâ Corsicâ, quæ tota eius est, dicemus capite 10. huius libri.

SECTIO. I. *Historica ditionis Genuensis.*

§. 1. *Nomen huius Tractus.*

ANTIQVVM nomen fuit Liguria; recens est *Riuiera di Genoa*, quasi Riparia dicta, quia secundùm maris littus, & ripam extenditur: nos quoque Galli eam dicimus *la Riuiere de Gennes*, sed magis propriè *la Coste de Gennes*: aliter *le Genouezat*, vt Itali *Genouese*. Incolæ huius tractus in nostris historiis olim dicebantur *les Gene-*

nois, sed quia Genuenses extulere caput, nunc tantùm dicuntur *les Gennois*.

§. 2. *Quantitas huius regionis.*

Longitudo huius tractus duobus modis considerari potest, vel per lineam rectam ab vrbe Monachio *Monaco*, ad Lunæ rudera; & hæc distantia complectitur 165. mil. passuum, leucas Francicas 82 $\frac{1}{2}$, Germanicas 42. cum $\frac{1}{4}$. Si verò obliquè consideretur à Monachio ad Genuam 85. mille pass. leucæ Franc. 41. & dimidia, Germanicæ 20. $\frac{1}{4}$. à Genuâ ad Lunæ rudera 70. mil. pass. leucæ Francicæ 35. Germanicæ 17. cum dimidia inuenientur.

Latitudo verò *minima* desumitur à Genuâ Buzalam vsque 10. millium pass. vel 5. leucarum Francicarum, & Germ. 2. cum dimidia. *Maxima* verò à Genuâ ad Bettolam 40. mil. pass. 20. leucarum Franc. 10. Germanicarum.

§. 3. *Qualitas huius regionis.*

Olim Liguria sterilis credita, accedēte incolarum industriâ, fertilissima reddita est. Celebrantur tamen potissimùm eius vina maximè Tabiana, & Taggina, eáque Apiana dicta, *Muscat*. Magnî quoque fit oleum Rapallense *de Rapalo*, nec minùs Planense *de Piano*. Regio inter Genuam & Neruium prorsus amœna est, aëris gratissimi atque saluberrimi, cultissimi soli, cum tot villis magnificis, vt vna vrbs amœna dici queat.

§. 4. *Mores Genuensium.*

Parvm liberales & hospitales vulgò creduntur Genuenses, lucro deditissimi, foris splendidi, domi tenaces & parci. Fortes sunt in bellis maritimis, in terrestribus minùs generosi. Seruis vtuntur mancipiis Turcicis non tantùm ad priuatas triremes, sed ad domestica munia. Mulieres hîc splendidè vestitæ obambulant, iuniores in luxum profusæ, ad pietatem vergente iam ætate pronæ. Hîc virgo vix ante vigesimum annum nubit. Cætera quæ de iis circumferuntur aut omnibus nota sunt, aut falsa. Perfidos credunt eos Galli, quare cùm sese Ludouico XI. Regi Galliæ, clientes ob-

tulissent, ipse illos dæmoni addixit, tanquam tali domino dignos. De eorum seditionibus, vide Beniamini Itinerarium, vbi leges tum decies mille turres in vrbe fuisse, vnde ciues miserè conficiebant sese.

§. 5. *Origo Reipublicæ Genuensis.*

Reip. suæ initia non promouent Genuenses vltra annum 1100. à quo tempore annis 300. variis factionibus Spinularum *des Spinola*, Auriarum *des Doria*, Fliscorum *des Fiesques*, Grimaldorum *des Grimaldi*, distracta est atque lacerata. Quare Genuenses coacti sunt confugere ad vicinos Principes Henricum VI. Cæsarem, Robertum Andinum Regem Neapolitanum, Reges Franciæ, Mediolanenses Principes sub quorum imperio satis durâ conditione vsi sunt. Tandem virtute Simonis Buccæ Nigræ libertatem recepere excusso Mediolanensium iugo anno 1444. Hic porrò Simon Remp. constituit, & primus Dux electus est, túmque cautum vt qui gessissent magistratus ab anno 1100. à principatu & cæteris magistratibus arcerentur, & eos soli gererent populares qui tum Novi dicti sunt. Sed ortis factionibus inter Fulgosios, & Adornios, res iterum turbata, principatu tamen summo penes populum & *Nouos* remanente. Donec Octauianus Fulgosius, arce quæ à Gallis tenebatur captâ, & destructâ, XII. viros Reip. ordinandæ creauit, à quibus nomina *Veterum*, & *Nouorum* tolli cœpta sunt. Sed interruptum tam sanctum consilium, Adorniis ad se principatum trahentibus. Tandem rem absoluit Andreas Auria qui obtinuit à Carolo V. in gratiam proditionis Gallorum, vt patriæ suæ libertas redderetur, & nouam Reip. formam induxit anno 1528. quâ & *Antiqui*, & *Noui* in partem munerum venerunt, sublatis discordiarum nominibus: constitutæ XXVII. familiæ, XXII. *Nobilium*, V. *Popularium*, omnibus tamen *Nobilium* nomen concessum est. Sed postmodum renouatæ sunt lites Antiquorum & Nouorum, his modò vincentibus, modò succumbentibus, donec anno 1575. res arbitrio delegatorum Pontificis, Imperatoris, Regum Franciæ & Hispaniæ Respublica composita est, scriptis capitibus 61. ex quibus nunc satis quietè administratur.

§. 6. *Regimen Politicum Genuensium.*

Dvx præcipuus eſt magiſtratus, qui publicas ædes, palatium vocant, inhabitat, eíque Prætoriani adhibentur quinquaginta Germani, tantúmque biennio præeſt: ſequuntur *Octouiri*, vulgò dicti *la Signoria*, qui cum Duce ſummum conſilium faciunt. *Imperator* vnà cum *Tribunis militaribus* 40. annuâ poteſtate legionibus præſunt, & optimatum ſuffragiis creantur, ſicut & præcedentes Octouiri. Seligitur inſuper *Prætor* cum duobus Legatis, quorum vnus vt vocant *Fiſcalia* tractat, alter *Criminalia*: adiiciuntur *Quinque-viri*, priuatorum iudiciorum in biennium, quam iuriſdictionem *Rotam* vocant. Seliguntur etiam *Septemuiri* ad lites extra ordinem definiẽdas Inſuper accedit Syndicatus *Quinque virorum*, (qui viri cenſores ſunt) hi aduerſus *Octouiros*, & *Ducem*, exacto magiſtratu ſtatuunt, edicto propoſito, ſi quis ciuium de eorum iniuriâ queratur. Si conqueritur nemo, edunt edictum de magiſtratu ſanctè obito. Hîc quoque aliud collegium *San-Georgianum* dictum anno 1407. inſtitutum, cui Reſp. ſuam incolumitatem debet; eius officium eſt videre ne priuati cum Rep. contrahentes vllum damnum patiantur. Hæc autem Societas ornata eſt magnis priuilegiis à Pontificibus, & Imperatoribus, & quicumque in eâ magiſtratum capeſſunt, priuilegia eius Societatis ſe ſeruaturos iurare coguntur. Præeſt autem illa, & ius dicit *Locatariis*, vt vocant, ſiue qui redituum participes ſunt. Huic autem Octouiri præſunt qui *Protectores* vulgò nominãtur, quorum munus eſt annuum, & ſexto quoque menſe eliguntur quatuor. Sunt etiam alij *Octouiri* dicti *Quadraginta quatuor*, quia anno 1544. eligi cœperunt, quòd ſuperiores Octouiri negotiis expediendis pares non eſſent. Ex iis duo quotannis mutantur, & prouidere debent, vt res Sodalitatis San-Georgianæ promoueantur, atque Corſicam Inſulam cum aliquot ciuitatibus adminiſtrant. De reliquis Magiſtratibus vide libellum de Principibus Italiæ. Vbi nominari videbis 28. Præfecturas Genuenſes, Vicariatus quinque, Capitanatus tres, Gubernaturam, vt vocant, vnam, duas Præturas, Comiſſariatus duos.

§. 7. *Potentia Reip. Genuensis.*

Olim potentissima fuit, potita aliquot insulis, & diu Tauricâ Chersoneso, Venetâ superior, Pisanæ æmula, & sæpe victrix. In præsentiâ annui reditus percipit quingenta millia aureorum; olim instruebat octo triremes, nunc tantùm sex, quæ vtramque oram Orientalem, & Occidentalem tueantur; si res exigeret centum armaret: olim educere potuit 60. peditum millia, equitum decem millia, nunc etiam alit 28740. indigenarum, 500. Heluetios Friburgenses, 300. Italos, & centum Corsos. Habet & 600. tormenta bellica variis in locis. Vno verbo multa posset, si Genuenses Reip. suæ, quàm priuatis commodis addictiores essent.

§. 8. *De variis Principibus in Remp. Genuensem sibi ius arrogantibus.*

Eorvm aliqui partes sibi tantùm vendicant, alij vniuersam.

Partem eius suam esse ait 1°. *Dux Sabaudiæ*, qui suam esse ait Sauonam, quam ait vnum esse ex 7. Marchionatibus à Cæsare Othone Alteramo Saxoni concessis, ex quo se oriundum putat; idem etiam sibi ius arrogat *Dux Saxoniæ*. 2°. Dux Hetruriæ suam esse putat Sarzanam in agro Tusco, itémque Corsicam Insulam, quam ait esse Pisanorum quorum Remp. occupauit.

Totam dicunt esse suam Reges duo, Galliæ, atque Hispaniæ.

Galliæ quidem *Rex*, inquit Thuanus lib. 12. quia hæc Resp. sese dedidit Carolo VI. cui & commissæ sunt arces decem Reipublicæ; quo iure postea vsus Lud. XII. eam bis recuperauit, & Principes Mediolanenses qui eam occupauere, Francos Reges primarios dominos agnouere. vt ostendit Philippus Cominæus. Certè Ludouici XII. nomine Philippus Cliuensis 8. annis huic præfuit, quando & rebellauere Genuenses, & domiti arcem quasi frænum accepere. Sub Francisco I. Octauianus Fulgosius Regis nomine Reip. præfuit, & eo ad Ticinum victo atque capto Gallicum ius & nomen eiurauit.

Hispaniæ Reges suam esse dicunt, quia Duces Mediolanenses hanc quondam vsurparũt, Aurelianensi & Burgundicâ factionibus Galliam lacerantibus. Et verò Carolus V. Imperator impetrare

conatus erat ab Andreâ Auriâ, vt vrbi arcem imponeret, quod cùm neglectâ etiam salute Auria repudiasset, alium excogitauit modum Genuæ sibi addicendæ. Nam iis emunxit pecuniam, spe ingentis fœnoris, quod & fecit filius eius Philippus, sed vterque miseris Genuensibus illusit sæpius, pluresque vbique terrarum decoquere coëgit; quæ pluribus leges apud Thuanum lib. CXVII. ex quo ista mutuati sumus.

§. 9. *De variis ditionibus huic regioni insertis.*

SEPTEM præcipuæ numerantur Dynastiæ, seu Principatus, Monachij, Principatus Oneliæ, & Comitatus Marri, Finalij Dynastia, Pontremoliense Territorium, & Marchionatus Toreliæ, Comésque Ouensis.

PRINCIPATVS MONACHII, *Principauté de Monaco*, aliter *de Mourgues*: Grimaldorum est. Olim vt volunt Genuenses an. 1214. Monachium ab Imperatore Reip. suæ fuerat attributum, sed sæuientibus Genuæ factionibus Veterum Nobilium & Nouorum, summam sibi auctoritatem hìc Grimaldi vsurparunt, & rerum potiti sunt. Carolus V. Imp. relictis huius ditionis vectigalibus, & addito Marchionatu Campaniæ in Regno Neapolitano Principi Monachij, vrbi & castro præsidium Hispanicum imposuit, & ab Hispanis ad nostram vsque ætatem hæc regiuncula retenta est, Principe hìc precariò tantùm dominante; sed ante aliquot annos Honoratus Grimaldus vir fortissimus & prudentissimus graue iugum excussit, Francorúmque in partes transiit; ideóque factus est Dux & Patricius Valentinus in Delphinatu, & plus accepit à Rege Franciæ quàm poterat ab Hispano sperare. Percipiebat olim annui reditus octoginta aureorum millia, nunc supra centum recipit. In libello de Principibus Italiæ dicitur idem Corregij Dynasta.

PRINCIPATVS ONELIÆ, & COMITATVS MARRI, *la Principauté d'Oneglia, & le Comté de Marro*, Sabaudicæ ditionis, sed ante aliquot annos vtrâque ditione potiebatur Hispanus, eásque seruabat, nunc redditæ sunt Mauricio Sabaudiæ, qui exinde Princeps Oneliæ dictus est.

MARCHIONATVS TORELIÆ, *le Marquisat de Toreglia* supra Genuam, & vltra Apenninum porrigitur; possidetur ab Auriis, *les Do-*

Doria, 10. millia aureorum annui reditus reddit. Ad eundem Auriam pertinet Comitatus Ouensis *le Comté de Louan*, in ora Occidentali Genuæ paulò ſupra Albingaunum *Albenga*. Et in Regno Neapolitano Principatus Melphitanus, & Comitatus Conzæ, quæ ditiones clientelares ſunt Regis Hiſpaniæ.

MARCHIONATVS FINARII, ſeu FINALII, *le Marquiſat de Final*, fuit olim in ditione Carrectorum, olimque eius loci dominus Galeatius eiectus eſt à Genuenſibus & vrbs euerſa, quòd partes Ducis Mediolanenſis Princeps ſequutus eſſet. Sed poſtea Philippus Maria eum reſtituit, & filius Galeatij I. Galeatius II. vrbem reparauit, & reddidit cultiorem. Ei ſucceſſit Alphonſus filius qui eiectus ab oppido à ciuibus ob ſæuitiam anno 1558. obſeſſúſque in arce 1563. à Duce Genuenſium Andreâ Lomelino fruſtra reclamante Andreâ Auria, qui affinitate iunctus erat Carrectis. Nam Auria Ratiſponam adiit ad Imperatorem, & nihil propiùs abfuit quàm vt inter ſe committeret Imperatorem, & Genuenſes. Tandem Marchio reſtitutus eſt inuitis oppidanis. Anno deinde 1571. arx & oppidum ab Hiſpanis de improuiſo capta, & aliquandiu ſeruata, eâ tamen lege, vt iura, & fructus Marchioni reſeruarentur; ſed paulò pòſt Domino videntur omnia fuiſſe reſtituta. Anno denique 1602. iterum Finarium occupatum eſt, Carrectorum familia aut excluſa, aut ad diſceptandum ius ſuum in Aulam Cæſaream amandata. Captus quoque in proximo Medeſimus portus, & præſidio firmatus.

PONTREMVLENSIS DITIO, *Territoire de Pontremo'i*, magnâ curâ, & præſidio ſeruatur ab Hiſpanis à quibus poſſidetur. Audio tamen in præſentiâ hanc vrbem cum eius agro venditam eſſe Genuenſibus in eam inhiantibus, & nulli pecuniæ parcituris, vt hanc ſpinam Hiſpanicam ex pede Genuenſis Reip. reuellant.

SECTIO II. *Deſcriptio Geographica vtriuſque oræ Genuenſis.*

SEIVNGIMVS exinde ditiones inſertas de quibus diximus §. ſuperiore, & agemus poſtea §. 3. hîc enim percurrimus tantùm loca Reip. Genuenſi ſubdita.

§. I. *Ora Genuensis Occidentalis*, Riuiere du Ponant.

VR-BES & OPPI-DA HV-IVS OC-CI-DEN-TA-

VINTIMILIA : *Vintimiglia*, nobis *Vintemille*, luculenta ciuitas ad Fl. Rutubam *la Rotta*.

Fanum S. Remi : *San-Remo*, burgus cultissimus, & diues cum suo Nauali, seu vt aiunt plagâ.

Fanum S. Laurentij : *San-Lorenzo*, burgus quoque & statio non illepida.

Portus Mauritius : *Porto Mauritio*, nomine magis quàm re Portus. Sequitur ONILIA de quâ postea.

Diana : *Diano*, cuius ager olearum feracissimus est.

Ceruus : *Ceruo*.

Andoria : *Andora* subter quam labitur Merula Fl. Plinij: huius ager feracissimus, collibus vitiferis, & oliuetis distinctus.

ALBINGAVNVM : *Albenga*, ad Fl. *Centa*, qui per vallem amœnissimam defluit: vrbs est lepida & elegans, è cuius regione Insula cognominis Albingauni dicta *Isola d'Albengo*, olim Gallinaria à Gallinis syluestribus, quibus etiamnum abundat.

Ceriale : *Cerial*, castrum non immunitum.

Burgetum : *Borgetho*.

OVVM : *Louan*, Comitatus caput in ditione Marchionis Torelitæ *de Toreglia*.

Petra : *Pietra*.

NAVLVM : *Noli*, à Genuensibus & Sabbatiis conditum: hanc vrbem Episcopalem ciuitatem fecit Innocentius IV. Olim portus commodissimus, & frequens ciuitas atque opulenta, ait Leander, sed attrita, quia præsulis sui minas contempsisset, quòd ferrum ad Barbaros deferret.

Vicus Spotronus : *Spotora*, seu *Spotorno*, & ei adiacens Insula cognominis.

Vada : *Vadi*, seu *Vai*, portus de quo in Antiquâ.

SAVONA : *Sauone*, quondam sui iuris cultissima ciuitas, cuius portum corrupere Genuenses: multorum Pontificum patria fuit, Gregorij VII. Sixti IV. Iulij II.

LIS ORÆ MARITIMÆ.

Virgium, aliter Virago, & Voragium, item & Via Virginis: *Varragio.*
Coguaretum: *Cogoretto*, Christophori Columbi patria.
Vultrium: *Voltri*, ad Fl. Cerusam.
Segestum Occidentale: *Sestri.*
Fanum S. Petri Arenosi: *San-Pietro di Arena*, vnde incipit regio peramœna Neruium vsque protensa.
Genva: *Genoua*, nobis *Gennes*, leniter in collem assurgens, de cuius origine vide si otium est multa fabulosa apud Leandrum. Anno Christi 935. incensa est à Sarracenis, omnes ciues iugulati aut abducti; sed reducti sunt ope Ducis Veneti vrbe magnificentiùs reparatâ. Supra sex millia passuum in ambitu contineri dicitur: portum eius claudit moles sexcentorum passuum, è cuius regione excurrit promontorium cui imposita pharus operis elegantissimi. In vrbe supra cætera palatia eminet palatium Auriarum *des Doria*, magnificum planè, & Rege dignum. Viæ angustæ sunt & tenebrosæ ædificiis in altum nimis assurgentibus.

FLVVII.

Rutuba: *Rotta*, recipiens Biberam *Bibera*, & alluens Vintemiliam.
Neruius: *Nerua*, per vallem pulcherrimam decurrens.
Imperialis: *Imperiale*, ad Oneliam cadens in mare.
Centius: *Centa*, Albingaunum stringens.
Cerusa: *Chierusa*, ad Vultrium cadens.
Porcifera: *Pociuera*, vallem elegantissimam rigans.

LOCA MEDITERRANEA HVIVS

Tabia castrum: *Taggia*, vino Apiano suo locus celeberrimus.
Puteus Grimaldi: *Poggio Grimaldi.*
Paræcia: *Pieua*, paulò infra fontem Centij Fl.
Castrum Candidum: *Castro Bianco.*
Fanum S. Petri Montani: *San-Pietro del Monte.*
Saxulum: *Sassello.*
Campus: *Campo.*
Gavivm: *Gaui*, locus permunitus, & lautum oppidum nostrâ ætate percelebre, ad quod magni Imperatoris

TRACTVS.

virtus allisa est: ei adiacet *S. Maria di Gaui*, locus magnæ venerationis.
Nouum: *Noui*, seu *Nouo*.
Cornelianum: *Corneliano*, vicus Spinularum sic dictus à Rom. Pontifice Cornelio qui hîc dicitur habitasse.

MONTES.

Toragius: *Toraggio*.
Mons Grandis: *Monte Grande*.
Semola: *Zemola*.
Bergora: *Bergora*.
Intodanius: *Intodan*.
Zous: *Zoua*.

§. 2. *Ora Orientalis Genuensis*, Riuiere du Leuant.

LOCA & VRBES HVIVS

Neruium: *Nerui*, vicus peramœnus, vbi regio feracissima, & amœnissima terminatur.
Buliascum: *Bogliasco*, vicus quoque lautissimus.
Saulum: *Sole*, vicus etiam cultissimus.
Recca: *Recco*.
Camolium: *Camoglio*, in regione cultissimâ, & Genuensi respondente.
PORTVS DELPHINI: *Porto Fino*, statio non incommoda.
Fanum S. Margaritæ: *Santa Margarita*.
RAPALVM, *Rapallo*, & *Rapalo*, vnde sinui nomen, & valli feracissimæ Rapallinæ.
SEGESTVM Orientale, Dantes Sisterium vocat: *Sistri di Leuante*, aut ἁπλῶς *Sistri*.
MONELIA: *Moneglia*, quasi Monilia, quia videtur collibus vitiferis, quasi monili coronari.
Oriens: *Leuante*, oppidum recens ait Leander, & splendidè admodum ædificatum.
Mons Ruber: *Monte Rosso*, vino suo celeberrimus.
Vulnetia, aliter Vernatia: *Vernazzo*.
Manariola: *Manaruuola*.
Riuus Maior: *Ri maggiore*, seu *Rio Maggiore*.
} ad hæc loca nascitur vinum generosissimum.
PORTVS VENERIS: *Porto Venere*, colonia olim Genuen-

ORÆ MARITIMÆ.

sium, vrbs frequens, & honestissimis ciuibus plena, sed deiecere hanc Genuenses bello Pisano, & Portum Lunæ vocauere, *sic Leander*. Quidam tamen cum Blondo volunt dici Portum Venerij, postquam à Genuensibus illuc deportata sunt ossa S. Venerij Lucensium Episcopi: sed hoc meritò irridet Leander, cùm longè antea Portus Veneris vrbs illa nuncupata sit.

SPETIA: *Spezza*, vrbs muris cincta ante annos 350. vnde nunc sinui nomen qui olim Portus Lunæ, descriptus à Persio, vt iam ferè omnes arbitrantur.

PORTVS ERICIS: hodie *Lerice*, in eodem sinu qui ab hac vrbe aliàs nomen habuit.

FLVVII.

BISAMNIS: *Bisagno*, qui ex duobus conficitur Ferisano, & Feritore: ad Genuam cadit.

LEVANIA, aliter Labonia, olim & Entellus dictus: *Leuagna*.

Briniolus: *Bregnolo*, olim Boactes.

Voltranus: *Voltra* cadens in Macram.

MACRA: *Magra*, fluuius huius tractus pulcherrimus, maximus & amplissimus.

PROMONTORIA.

CAPVT MONTIS: *Capo di Monte*, antiquis Sumarium Pro. Mons Saxosus, ascensu asper, vbi Sacellum S. Fructuosi augustissimum.

S. Antonij: *Sant-Antonio*.

Coruinum: *Capo del Coruo*, inter sinum Spetiæ, & ostia Fl. Macræ.

LOCA MEDITERRANEA.

CLAVERINVM, seu Clauerum: *Chiauari*, parum à mari dissitum inter montes confragosos situm, annis CL. ante suam ætatem clausum ab Episcopo Nebiensi, ait Blondus.

Lauania vicus: *Lauagna*, ad Fl. cognominem, vnde Comites Fliscí, & Leuaniæ nobiles Genuenses.

Tegulia: *Trigosa*, parum à mari seiuncta.

Brunetum: *Brugneto*, ad Votrum Fl.

Rosanium: *Rosagni*, supra montem Apenninum.

MON-

Brunus: *Bruno*, ex cuius radice existit Trebia Fl.

Magius: *Magio*, appendix Apennini.

TES.
- Bouius : *Bouo*, ex quo *Tarola* fluuiolus erumpit.
- Gottarus : *Gottaro.*
- Centum Cruciũ : *Cento Croce.*

  { Partes Apennini potiùs quàm montes separati.

§. 3. *Insertæ ditiones in Agrum Genuatem.*

PRINCIPATVS MONACHII, *la Principauté de Mourgues.*
- MONACHIVM : *Monaco*, aliter *Mourgues*, vrbs cum portu, & castro munitissimo, locus commodissimus, quia eò naues tempestate agitatæ etiam inuitæ deflectere coguntur, ideóque vrbem illam tantî fecit Carolus V. vt Principi multa donaret.
- Mentonium : *Mentone*, medio pænè inter Monachium, & Vintemiliam cursu.
- Bruna Arx : *Rocca Bruna*, locus exilis huius ditionis cum suâ statione.

PRINCIPAT. ONILIÆ, *Princip. d'Oneglia,* **& COMIT. MARRI,** *& Comté de Marro.*
- ONILIA : *Oneglia* : ad Fl. Imperialem in valle fertilissima, olim ab Hispanis occupata, sed iam Sabaudo reddita.
- MARRVM : *Marro*, Comitatus caput in valle fertilissimâ cognomine. quæ duæ ditiones ad Apenninum productæ agrum Genuatem intersecant.

MARCHIONATVS FINARII, *Marquisat de Final.*
- FINARIVM, seu Finalium : *Final*, ita dictum ab aëris puritate, vt vult Leander, quasi *Fin-air*, de quo aliqua diximus in Historicis.
- Medesimus portus : *Medesimo*, in vicino locus præsidio Hispanico firmatus.
- Salicetum : *Saliceto.*

MARCHIONATVS TORELIÆ, *Marquisat de Toreglia.*
- TORELIA : *Toreglia*, locus eximius, in loco peramœno situs, non procul à monte Bruno editissimo.
- Alia huius ditionis loca nobis aut incomperta sunt, aut nullius nominis.

DITIO PONTRE-
- PONTREMVLVM, aliter Pons Remuli, olim Apua: *Pontremoli*, Hispani iuris vnà cum ditione, quam magno volent redemptam Genuenses, nunc sese obtulit occasio ex bellis nostræ ætatis. Olim

MVLENSIS, *Territoire de Pontremoli.* — fuit in ditione Ducis Mediolanensis, ideóque ab Hispanis occupata est. Hanc vrbem diruit Henricus Imperator, quia sibi transitum Romam eunti denegasset: à quo postea, & quando restituta fuerit prorsus ignoratur.

CAPVT V.

De Tuscia, seu Hetruria.

QVAMQVAM aliquot Hetruriæ partes in varios Principes distributæ sint, quia tamen maximam eius portionem possidet Dux Medicæus, ideo Dux Magnus Hetruriæ cognominatus est. Quare de eo circumferuntur hi versus linguâ nostrâ sic donati,

S'il auoit Lucque & Sarzane
Il seroit Roy de Toscane:

quibus aliqui addunt Castrum *Castro*, vt pleniorem versum eiúsque Principis ditionem efficiant. Huius capitis materiam, & primam Hetruriæ notionem hac Synopsi tibi proponimus.

Synopsis Geographica Hetruriæ.

- GRAFINIANA,
  - DITIO DVCIS MVTINENSIS, *de quâ suprà.*
  - DITIONES MAGNI DVCIS.
    - Ad vallem Macranam & Apenninum: *Filaterra.*
    - Inter Lunegianam & Agrum Genuensem: *Arbiano.*
    - Inter Lunegianam & Agrum Lucensem: *Pietra Santa.*
  - TERRIT. SARSANENSE Genuensium: *Sarzane.*
  - DITIO MALESPINARVM: *Fosdinouo*, seu *Fornouo.*
  - *Carfagnana.* DITIO REIPVBL. LVCENSIS.
    - TERRIT. LVCENSE. Luca: *Luques.*
    - VICARIATVS MINVCCIANVS: *Minucciano.*
    - VICARIATVS CASTILIONÆVS: *Castiglione.*

DITIO MAGNI DVCIS, seu VERA HETRVRIA.

- **VETVS DOMINIVM.**
  - **AGER FLORENTINVS**
    - Ditio Florentina cis Apenninum, seu Tusca. — Florentia: *Florence.*
    - Ditio Flor. trans Apenninum, seu Romandiola Florentina. — Ciuitas Solis: *Citta di Sole.*
  - **AGER PISANVS.**
    - Continens. Pisa: *Pise.*
    - Insulæ. *Melloria. Gorgona.*
- **NOVVM DOMINIVM.**
  - **AGER SENENSIS**
    - Pars Mediterranea: *Sienne.*
    - Pars Maritima, seu *Maremna* — *Grosseto.*
    - Insulæ: Ilua *Elbe*: *Giglio*, &c.
- **DITIONES MINORES INSERTÆ IN TVSCIAM**
  - Dominium Plumbinense cum Iluâ Insulâ.
  - Status Præsidij: *Porto Hercole*, &c.
  - Comitatus Petiliani.: *Petiglian.*
  - Ditio Radicofania: *Radicofani.*
  - Patrimonium Sancti Petri, cui insertus Comitatus Castrensis *de Castro*, & Roncilionæus *de Ronciglione*, de quibus in Statu Pontificio.

§. I. *Historica Hetruriæ.*


NVM. I. *Nomen.*

HETRVRIÆ nomen hæsit ditioni Magni Ducis, quia præcipua est, & maxima vt præmonuimus. Statuerat & Pontifex Cosmum Magnum Regem Hetruriæ creare, sed cùm id nimiam Duci conflaret inuidiam destitit: Atenim anno 1559. hunc Magnum Ducem Hetruriæ creauit, quæ appellatio deinceps seruata est, licèt aliqui Principes reclamarent.

LVNIGIANA verò nomen accepit ab vrbe Luna, cuius iam tantùm visuntur rudera.

GRAFINIANA, aliter CARFERONIANA *Carfagnana*, nomen habere creditur, à oppido Caferoniano hodie *Petra Santa*, quam vocem ait Leander significare *Posterius Feronium*, vnde nata

vox


LES TERRES
DE
L'EGLISE ET LA
TOSCANE.
MER
DE
TOSCANE
MER
DE
GENNES
GOLPHE
DE
VENISE

vox est corrupta *Carfagnana*. Aliæ voces nihil habent difficultatis.

NVM. 2. *Quantitas Hetruriæ.*

NON facilè potest statui, quia huic ditioni multæ insertæ sunt, si tamen omnes eius ditiones coniunctæ essent, *Longitudo* protenderetur à Fl. Macrâ paulò supra Sarzanam vbi habet Magnus Dux aliquot loca etiam vltra hunc fluuium, vsque ad vicum Montem Frigidum *Monte Fredo*, ad territorium Vrbeuetanum *d'Orvieto*, quod spatium ad mensuram Geographicam reuocatum dat 2. Gradus maioris circuli cum 10. minutis, ideóque 130. millia passuum, leucas Francicas 65. Germanicas 32. cum $\frac{1}{2}$. *Latitudo* verò desumpta à Monte Argentaro, & Promontorio in mare Tuscum excurrente ad Ciuitatem Solis in Romaniolâ reddit 2. gradus cum minutis octo: igitur 128. mil. pass. 64. leucas nostrates, Germanicas 32.

NVM. 3. *Qualitas Hetruriæ.*

DITIO MAGNI DVCIS fertilissima est olei, frumenti, vini, leguminum: laudantur in agro Florentino casei Martiolini dicti, qui Martio mense conficiuntur. Celebrantur quoque totâ Italiâ Aretini exquisitissimi saporis. Certè Siennensis ager aleret vniuersam Tusciam si coleretur; sed operis deficientibus iam squallet. Aër vbique purus nisi in maritimâ parte Siennensis agri, vbi exteri vix durare queunt. Salutaribus aquis passim scatet. Hîc quoque plurimùm serici conficitur, maximè ad Radicofanum ob crebras Moros. Denique in agris huius ditionis nascitur argentum, ferrum, æs, atramentum sutorium, alumen, lapides alabastrites, & porphyreticus, atque omnis generis marmora.

DITIO LVCENSIS frumenti non satis est ferax, quare indiget importato; abundat tamen vino, oleo, castaneis, quæ feliciter crescunt in montibus quibus totus ille ager distinctus est. Hîc etiam linum tenuissimum colligitur, sed non magnâ copiâ. Vniuersa regio accedente incolarum industriâ amœnissima est, & villis vbique pulcherrimis distincta, siquidem Lucæ nemo paulò ditior qui non habeat æstiuum secessum.

GRAFINIANA reliqua multis in partibus feracissima est, maximè in valle Macrensi, ditione Mutinensi, & Lunegianâ. Marmora Carrarensia quis ignorat? candida in primis, & ad fingendas

ſtatuas exquiſitiſsima. Vno verbo toto in hoc tractu vina generoſiſſima, oleum exquiſitiſſimum, vt taceam de metallicis ferri, & æris ditiſſimis, ad quæ purganda non deſunt ligna in dorſo, & radicibus Apennini.

NVM. 4. *De Moribus incolarum huius ditionis.*

FLORENTINI callidiſſimi ſunt, & mercimoniis dediti, in quæ feruntur auidè, etiam nobiles. Diuites ſunt in primis ex pannis & ſerico. Operæ nihil parcunt vt damnum euitent. In præliis optimi & ſagaces habentur exploratores: de victoriâ tantùm cogitant, de prædâ nihil, quæ virtus eis plerumque ſaluti fuit. Parci naturâ ſunt, & tenaces. Ægrè admodum condonant iniurias, & zelotypiâ laborare dicuntur. Delicatè loquuntur in primis, & dialectus Florentina cæteris Italicis anteponitur.

PISANI ad arma olim nati credebantur, omnes fortes, & vitæ prodigi, quæ magnanimitas etiamnum in iis elucet dum incumbunt in rem militarem. Quàm magnam & potentem olim habuere Rempublicam? quæ diſcordiis potiùs, quàm imbecillitate defecit. Iam eorum plerique literis vacant, & erudito perfruuntur otio, ex quo libertatem amiſere.

SENENSES minùs attenti ſunt ad rem ſuam, quàm reliqui Tuſci, in victu ſplendidi, philoxeni, liberales. Nulla gens pro libertate acriùs pugnauit, cuius virtutis venerunt quoque in partem fœminæ. Aliquot annos iugum tulere impatientiùs, ſed illud molliuit liberalitate ſuâ Magnus Dux, dum eis ſæpe in annonæ caritate ſubuenit.

LVCENSES creduntur eſſe optimæ indolis, ingenioſi, ſolertes philoxeni, prudentes & libertatis ſuæ peramantes. Quamquam enim vicinum habeant Principem & cautum & potentem, & qui eis inſidiatur (quia Luca olim Piſanis vt aiunt ſubdita erat) ita tamen ſe geſſere, vt eos ille non poſſet inuadere ſine manifeſtâ iniuriâ. Vulgus hic nobiles impenſiùs colit. Linguâ vtuntur iam minùs delicatâ. Parci ſunt in rebus priuatis, magnifici in publicis.

NVM. 5. *De Principibus Mediceis.*

ANNO Chriſti 1530. Florentiâ deditâ Carolo V. poſt diuturnam obſidionem, ſicut Imperator cum Pontifice conuenerat Ale-

xium Mediceum nothum Laurentij Ducem creauit. Sed dum ille se gerit impotētiùs interfectus est à Laurētio ei in Principatu proximo. Verùm dum ille fugit admisso crimine, Mediceæ factionis Principes Cosmum elegerunt tantùm annos 16. natum, qui matre licèt dissuadente Principatum adiit, & demum ditionem suam sapientissimè ordinauit. Duxit vxorem filiam Petri Toletani Neapolitani Proregis, & Carolo V. semper charissimus fuit. Senensis Resp. diu luctata Gallis tandem victis & emissis, in potestatem Cæsaris venit primùm, postea à Philippo secundo concessa est Cosmo anno 1557. reseruatis tantùm aliquot oppidis oræ maritimæ, scilicet Populonij ditione *l'Estat de Piombino*, & Præsidij statu, vbi *Porto Hercole*. Quomodo Cosmum Regem Pontifex creare voluerit, & vt constituerit Magnum Ducem suprà innuimus. Filium suum iugulauit eodem pugione, quo fratrem hic interemerat. Eius sibi prosapiam vno aspectu videndam sistimus.

MAGNVS COSMVS seu Primus, DVX PRIMVS TVSCIÆ
- FRANCISCVS DVX II.
  - PHILIPPVS qui infans obiit.
  - ELEONORA vxor Ducis Mantuani.
  - MARIA vxor Henrici Magni Francor. Regis.
- GARSIAS à patre iugulatus.
- IOANNES à fratre Garsiâ confossus.
- FERDINANDVS DVX III.
  - COSMVS Secundus DVX IV.
    - FERDINANDVS DVX V.
      - COSMVS Tertius Princeps Tusciæ, & hæres.
    - CAROLVS MEDICÆVS Cardinalis.
    - MATHIAS Præfectus Senensis.
    - LEOPOLDVS.
  - CAROLVS Cardinalis Tusciæ.
  - LAVRENTIVS Medicæus.

NVM. 6. *De Politia Magni Ducatus Hetruriæ.*

DVX hîc potest omnia, & Consilium eius priuatum ex paucis admodum constat. In dubiis & arduis adhibet Consultores 12. Nobiles, partim Doctores, partim in Legationibus versatos

apud exteros Principes. In rebus bellicis interrogare solet Tribunos militares qui experientiâ cæteris præcellunt. Crimina capitalia ad Cancellarium Principis, & Secretarios solent referri. Florentiæ & Senis nihil immutatum de iure, quo tempore libertatis vtebantur.

Opes Principis. Ordinarius eius reditus est, ter decies centena millia ducatorum, hoc est vt loquimur millio vnus cum trecentis ducatorum millibus, ex quâ summâ expendit octies centena millia in præsidia, in peditum, equitúmque turmas atque alas. Impensæ maritimæ huc non veniunt in rationem, nam colliguntur ex decimis Cleri, ordine S. Stephani, & spoliis hostium. Cùm res exigit petere potest à suis subditis mutuam summam, modò ea non excedat 5. millia ducatorum, túmque eis assignat reditus suos vt summam oblatam recuperare queant; sicque facilè, & breui tempore ingentem summam conficere potest, nemine reclamante, aut tergiuersante, ne gratiâ sui Principis excidat. Certè Ferdinandus Dux seposuisse dicitur 10. aut vt alij volunt 20. milliones, præter gemmas, & monilia maximi pretij. Fruitur & in regno Neapolitano Principatu Capistrani, ex quo percipit quotannis 27. millia aureorum. Possidet & aliquid in Hispaniâ, quare se adoptari curat inter indigenas diplomate Regio, vt taceam hîc quatuor Palatia Romæ cum 7. millibus aureorum annui fructus.

Vires militares terrestres. Habet Dux perpetuò descriptam militiam 36. aut 38. millium peditum, qui statis diebus per Tribunos & Centuriones suos ad arma exercentur. Ab hac militiâ nemo excluditur præter Clericos, & Scholares. Qui autem militant magnis fruuntur priuilegiis. Potest autem Dux copias illas Florentiam euocare facilè, quia hæc sita est in medio ditionis. Habet & fossores suos atque operas *Gastadours*, quibus vtitur tempore pacis ad muniendas, aut instaurandas arces. Prætorianos Heluetios centum habet sui corporis Stipatores armatos lorica, & pilo *hallebarde*, Cataphractos equites centum alit, Velites quadringentos, præter nobilium luculentam turmam quæ Principem numquam deserit. Equestres copiæ mille quingentos non superãt, de præsidiariis statui non potest, quia numerus modò augetur, modò minuitur, vt res postulant.

Maritimæ vires. Mari Dux plurimùm potuit, ex quo Cosmus Magnus à Carolo V. obtinuit Iluam Insulam cedentibus

ſpontè Apianis. Tum enim portum Ferratum muniuit, & Coſmopolin condidit, vt dicemus in Iluâ Inſ. Hic portus maximarum nauium capax, & armamentarium alterum, nam primum Piſis erat. Educebat olim 12. triremes, aliquot hexeres *des Galeaſſes*, Gaulos maiores duos *deux Galions*, quibus vtebatur ad merces ſubuehendas. Porrò ad robur militiæ maritimæ anno 1571. Coſmus inſtituit ordinem S. Stephani, cui præeſt Dux ipſe. Ordo is auctus eſt multis priuilegiis à Pio V. Pontifice. Equites numerat LX. ex diuerſis nationibus, Commendas habet centum, & 30. millia ducatorum. Tormenta bellica plurima in dies conflat, certè 150. Florentiæ pulcherrima viſuntur.

NVM. 7. *De Lucenſi Rep. eiúſque Politiâ.*

LVCENSIS ciuitas maximè creuit cùm Caſtrucio Caſtricano tyrannidem Florentiæ exercente oppreſſi ciues Florentiâ exceſſere, & ſerici panni cõficiendi artem in hanc vrbem potiſſimùm inuexere. Libertate fruitur iam ab anno Chriſti 1436. Et Reip. huius fundamentum eſt, Senatus per quem magiſtratus & leges conſtituuntur. Sed Senatus ex tribus hominum generibus conſtat: alij enim Senatores ſunt ordinarij, eámque dignitatem per annum exercent; alij extraordinarij, & prout videtur è Rep. à prioribus aſſumuntur; alij denique ſubrogantur in locum demortuorum, & eorum quoque annuum munus eſt. Senatores in vniuerſum centum ſexaginta, vt plurimùm ordinarij centum viginti. Iam ciuitas vniuerſa diſtributa eſt in 3. partes: 1. dicitur S. Saluatoris: 2. S. Paulini: 3. S. Mauritij, ex tribus his partibus terni ſeliguntur, qui ſupremum magiſtratum conſtituunt, quem *Signoriam* vocant, quibus additur Vexillifer vulgò *Gonfalonerius*, Reip. caput, qui per vices primò ex primâ parte, deinde ex ſecundâ, ac demum ex tertia ſeligitur. Tertio quoque anno eliguntur, & excepto Gonfalonerio, ſinguli dicuntur *Antiani*. *La Signoria* palatio ſe continet, & ſumptibus publicis alitur, nec exire poteſt ſine capitis periculo. Ex iis Commendator eligitur; tres à ſecretis qui de crimine maieſtatis iudicant, & in hac parte Gonfalonerio præcellunt. De aliis magiſtratibus legatur liber de Italiæ Principibus, in quo hi ſatis accuratè expreſſi ſunt, atque diſtincti.

VIRES. In ditione ſuâ numerant Lucenſes 18. millia expedito-

rum militum; duo millia ex Grafinianâ educere possunt, qui omnibus Italicis anteponuntur. In vrbe tres Tribuni, singuli in singulis partibus, quibus parent duo millia expeditissimorum hominum. Itaque dum res flagitat momento temporis sex hominum millia disponuntur. Vrbs maioribus propugnaculis vndecim præcingitur & munitur, & in singulis milites 50. cum *Commissario* vt vocant; vrbs hæc accuratissimè seruatur. In vrbe quoque horrea publica quibus Status vniuersus annos duos ali possit, ipsa ciuitas Luca annis septem si obsideretur, quare identidem frumenta, &c. mutantur. Centum milites ab vrbano magistratu eliguntur, quorum patria quinque milliaribus absit à ciuitate, sed hi neque Lucenses esse possunt, neque subditi Magni Ducis, neque plures quàm quinque ex eodem oppido, seu vico. Iis capitale est noctu muros vrbis conscendere, solis enim ciuibus custodia vrbis nocturna committitur.

DIVITIÆ. Reditus eius Reip. sunt centum quinquaginta millia aureorum, ex solis vectigalibus serici, salis, farinæ, & omnium mercium: hîc quoque ex publicis furnis aliquid pecuniæ conficitur, omnes denique in Remp. benè animati atque libertatem, se suáque omnia commodis publicis libentissimè deuouent.

NVM. 8. *De aliis Principibus Hetruriæ.*

REX HISPANIÆ antea duas ditiones habebat, aut seruabat in Hetruriâ, ditionem Plumbinensem cum parte Insulæ Iluæ, & Statum Præsidij, vbi Portus Herculis *Porto Hercole*, Orbitellum, & Telamon Portus *Orbitello*, & *Telamone*. Pendebat harum ditionum regimen à Prorege Neapolitano, quoniam ab eo faciliùs iuuari possunt. Nunc Plumbinensem agrum & partem Iluæ perdidit, Galli accuratè seruant.

PRINCEPS MASSÆ, & MARCHIO CARRERÆ ex Cibis oriundus est, qui teste Sansouino origine Græci sunt: ex hâc familia orti duo Pontifices summi, & 8. Cardinales. Sub initium huius sæculi huic ditioni præerat Albericus Cibo, quo annitente factus est Principatus, qui antea tantùm Marchionatus erat. Is duxerat Ricardam Malespinam, vnde factum est, vt deinceps Malespinæ nomen Ciborum nomini adiungeretur; ex eâ suscepit Alderanum qui reliquit tres filios, Carolum, Alexandrum, & Ferdinandum,

& ante patrem obiit; in præsentiâ Carolus rerum potitur. Tractatus de Principibus Italiæ ei tribuit annui reditus octoginta aureorum millia; alij quinquaginta, alij denique tantùm viginti octo millia. Aiunt etiam eum esse in clientelâ Regis Hispaniæ, & ab eo percipere quotannis tria millia aureorum; ex suis subditis armare posse tria peditum millia, & equites trecentos. In Agro Pisano habet Dominium ANIANI *d'Agnano*, vnde pendet à Magno Duce; in Vmbriâ Comitatum FLORENTILLÆ *de Fiorentillo*, vnde à Summo Pontifice; denique in regno Neapolitano Ducatum AIELANVM *d'Aiello*, vnde ab Hispano.

PRINCEPS MALESPINÆ præcipuus primarium habet oppidum Fossam nouam *Fosdinouo*, aliter *Fornouo*, & *Fuordinouo*, eius quoque domus Principes 30. quà oppidis, quà burgis, quà vicis potiuntur in Lunegianâ & valle Macrensi, sed ditioni Magni Ducis omnia hæc loca implicata sunt. Domus Malespinarum annui reditus dicitur supra 50. aureorum millia possidere.

COMES PETILIANI ex familiâ Vrsinorum vnicam vrbem habet inter Agrum Senensem & Castrensem: annui reditus habere dicunt aliqui 12. millia aureorum; alij tamen ferè octodecim millia ei tribuunt.

DOMINVS POPVLONII, *le Seigneur de Piombino*, & ILVÆ Insulæ, & *de l'Isle d'Elbe*, oriundus est ex Apianis, quorum primus Iacobus Apianus dictus est à pago Apiano in ora Pisanâ, qui cùm amanuensis esset Petro Senensium Dynastæ, eum postea cum filiis interemit, Galeatio Pisas addixit, qui vt ei gratiam rependeret Populonium cum Insulâ Iluâ ei adiudicauit. Eius Iacobi familia ita se habet.

IACOBVS Primus, Dominus Populonij.	GERARDVS	IACOBVS II.	EMANVEL Thuano, MANETVS aliis.	IACOBVS III.	IACOBVS IV.	IACOBVS V.	IACOBVS VI. nepos Ioannis Cardinalis Saluiati, sub tutelâ matris relictus.

Nunc obtinetur à Ludouisiis, & ditionis eius Dominus dicitur Ludouicus *Ludouisio*. Sub Iacobo VI Iacobus Lunensis Hispanus Dux Caroli V. Imp. hanc ditionem occupauit, & præsidio firma-

mauit. Insula quoque Ilua partim Hetruriæ Duci, partim Hispanis postea cessit, nam hi Portum Longonem munierunt, ille Portum Ferratum vbi Cosmopolim condidit. Sed ante paucos annos Populonio, & Portu Longone eiecti sunt Hispani à Francis nostris. Hæc ditio Domino suo ante aliquot annos quadraginta millia aureorum reddebat.

§. 2. *Descriptio Geographica Tusciæ, seu Hetruriæ.*

NVM. I. *De Grafiniana*, Carfagnana.

DITIO DVCIS MVTINENSIS: *Carfagnana.*	Vbi Castrum Nouum: *Castro Nuouo*, de hâc ditione egimus Num. 4. §. 4. cap. 3. huius libri, quem locum consule.

DITIO MAGNI DVCIS IN VALLE MACRANA & AD APENNINVM.

- FILATERRA: *Filaterra*, olim in Malespinarum ditione; nunc locus munitissimus Ducis contra Genuenses, & Hispanos Pontremulenses: caput est Marchionatus.
- RVPES SIBYLLINA: *Rocca Sibyllina*, oppidum quoque munitissimum in eodem tractu.
- Maliana: *Magliana.*
- Castilio: *Castiglione.*
- Casulæ: *Casola*, versus ditionem Lucensem.
- Fauitianum: *Finzano.*
- Verrucula: *Verrucola*, Tusca cognominata.
- Bagnonum: *Bagnone*, ad Fl. cognominem.
- FLVVII IN MACRAM CADENTES: Bagnonus: *Bagnone.* Tauaronius: *Tauarone.* Vtella: *Vtella.* Bardinus: *Bardino.* — Valles peramœnas decurrentes.
- LOCA INCVRRENTIA IN AGRVM GENVENSEM: Iussolium: *Iussolo.* Riccium: *Ricco.* Groppolium: *Groppoli.* — Trans fluuium Macram iacent.

DITIO M. DVCIS INSERTA INTER LVNEGIANAM ET AGRVM GENVENSEM.	Arbianum: *Arbiano.* Stadanum: *Stadano.* CAPRIOLA: *Caprignuolo.* Villa: *Villa.*

TERRITORIVM SARSANENSE, *le Territoire de Sarzana,* Genuensis ditionis.

- SARSANA: *Sarzana*, ciuitas Episcopalis, cui primum Episcopum dedit Nicolaus V. condita ex ruinis Lunæ, vt ait Volaterranus.
- Fanum S. Stephani: *San-Steffano.*
- SARSANELLVM, *Sarzanello*, in colle posita vrbs à Castrucio Lucensium Dynastâ, antea dicta *Batisolis* propugnaculum vt vocabant incolæ, postea egregiè communita à Perino Fregoso Duce Genuensium.
- Lunæ rudera: *Luna destrutta*, paulò supra Macræ Fl. ostium.

PRINCIPATVS MASSÆ, & MARCHIONATVS CARRERÆ, aliter LVNEGIANA, *Stato di Massa, & di Carrera ò Lunegiana.*

- MASSA: *Massa*, Lunegiana cognominata, ad discrimen alterius de quâ postea in agro Senensi.
- CARREA, olim nunc Carrera: *Carrera*, vnde montes nomen habent, ex quibus marmor effoditur, vulgò dictum malè Genuense: Leander putat hoc marmor dictum esse à voce Tuscâ *Cariara*, quæ Lunam sonat.
- Lauentia: *Lauenza*, ad Torrentẽ cognominẽ.
- Nucetum: *Noceto.*
- Frigidum: *Frigido*, ad Torrentem eiusdem nominis.
- Orus Nouus: *Orto Nuouo.*
- Graniana: *Gragnana.*

DITIO PRINCIPVM MALESPINARVM, *l'Estat des Malespines.*

- FOSSA NOVA: *Fosdinouo*, aliter *Fornouo*, & *Fuordinouo*, præcipuum oppidum familiæ Malespinarum cultissimum & elegantissimum.
- Villa Francica: *Villa-Franca*, ad confluentias Bagnoni in Macram.
- Vla: *Vla*, ad confluentias aliquot fluminum in Macram; in nouis tabulis collocatur in ditione Genuensi.
- Graniola: *Gragnuola.*

DITIO MAGNI

- PETRA SANCTA: *Pietra-Santa*, nobile oppidum vbi olim Fanum Feroniæ, dicta postea Petra Sancta à


LA TOSCANE
LE VAL DE MAGRA
Florence
Pise
Luques
Ligourne
Volterra
Pistoye
Sienne
Arezzo
Cortona
Pulciano
Viterbe
Rome
Ciuita Vecchia
Massa
Citta d'Isole
Citta Castel:
Borgo S. Sepulchro
Ombrone fl.
Marta fl.

DVCIS INTER LVNEGIANAM, & DITIONEM LVCENSEM.

- Desiderio Longobardorum Rege ad abolendam memoriam prophanæ deæ, quasi posterius Feronium. Id tamen negat Volaterranus, & hoc oppidum ait conditum à Lucensibus, & sic dictum quòd pro iis de hoc oppido contra Genuenses Cæsar pronunciasset.
- Saltus Cerui, seu Ceruia: *le Sault de la Biche*, Italis *Salto della Cerua*, domus peramœna M. Ducis Heturiæ.
- Arx Motronis: *Mostrone*, ferè ad ostia Fluminis Versiliæ, *Versiglia;* vetus propugnaculum, olim ademptum Florentinis, & redditum Lucensibus à Carolo Siciliæ Rege.
- LACVS CERVIA: hodie *Lago di Monte Ignoso.*

DITIO LVCENSIS,

- **TERRITORIVM LVCENSE,** *le Luquois.*
  - LVCA: *Luca*, nobis *Luques en Toscane*, de cuius nomine vide multa fabulosa si otium est apud Leandrum; sita est ad alueum Anseris Fl. *Serchio*, trium millium passuum, cum vndecim propugnaculis firmissimis. Circa vrbem palatia pulcherrima, & villæ magnificentissimæ, in quibus aliquam anni partem rusticantur Lucenses.
  - CASA MAIOR: *Cà maggiore*, vrbs lepida & munita, ex cuius pede fluit fluuiolus dictus *Fiume Lucese di Cà maggiore*.
  - MONTANIOSA: *Montagnoso*, aliter *Mont Ignoso*, vrbs sat honesta in limite Lunegianæ, & egregiè firmata atque instructa.
  - Coludium: *Colodi*, ad Fl. Colodum *Coldo* in limite agri Florentini.
  - Massanicolium: *Massanicoli*, vnde lacus nomen habet.
  - VIARERIVM: *Viaregio*, statio, seu vt vocant plaga, quâ tantùm mare attingunt Lucenses, & omnia sibi necessaria subuehunt.
- **VICARIATVS MINVCCIANVS**
  - MINVCCIANVM: *Minucciano*, oppidū in monte situm satis munitum.

Vicariat, seu *Viguerie di Minucciano.* — CORSILIANVM : *Cursigliano.* Albianum : *Albiano.*

la Republique de Luques.

VICARIATVS CASTILIONÆVS *Vicaria di Castiglione.*
- CASTILIO: *Castiglione*, vrbecula munita, opposita Castro Nouo Ducis Mutinensis.
- Mons & vicus S. Peregrini : *San-Pellerino.*

FLVVII REIP. LVCENSIS.
- SERCIVS, olim Anser, nunc *Serchio*, per mediam Grafinianam decurrens, & supra Lucam defluens.
- Lima : *Lima*, in Sercium cadens.
- Offorius : *Ozzori*, Sercium Fl. connectens cum lacu *Bientina*, seu *di Sesto*.

NVM. 2. *De Ditione Magni Ducis, seu tribus Rebuspublicis, aut agris eius ditionem constantibus.*

SECT. I. *Ditio Florentina*, le Florentin.

VRBES & MINORA LOCA AGRI FLO-
- FLORENTIA : *Fiorenza*, nobis *Florence*, pulcherrima ciuitas, quam in duas partes inæquales scindit Fl. Arnus, & quatuor pontibus eximiis iungitur. A Barbaris olim pessimè accepta magnificè reparata est à Carolo Magno, qui eam 150 turribus muniit. An. 1287. à Rodolpho Imperatore libertatem redemit sex aureorum millibus, tandem ad Mediceos deuoluta caput eorum ditionis constituit. Ad quinque pass. millia ambitus eius extenditur. Palatium habet antiquum Ducis pulcherrimum, & ditissimum. Arcem item habet vnam *Citadellam*, & duo propugnacula, vt populus in officio contineatur.
- Incisa : *Ancisa*, Francisci Petrarchæ natale solum.
- Mons Lupi : *Monte Lupo*, in colle ad confluentias Pesæ in Arnum.
- Empoliæ : *Empoli*, castrum ad Arnum Fl.
- Certaldum : *Certaldo*, ad Fl. Elsam, vnde maiores Bocatij.
- Fanum S. Miniati, aliter San-Miniatum cognomento Teutonis : *San-Miniato*, conditum à Desiderio Rege

	Longob. & reparatum, ac munitum à Friderico II.
	Collis: *Colle*, vrbecula prope quam nascitur Fl. Elsa.
	Pongibontium: *Poggio Bontio*, olim Bonitium appellatum, à Carolo I. Siciliæ Rege venditum Florentinis.
REN-	Poggium Imperiale: *Poggio Imperiale.*
	Castrum Florentinum: *Castel Fiorentino.*
	Fanum S. Geminiani: *San-Gimignano*, vrbecula lepida, & aliquot palatiis ornata: eius vina celebrantur.
TINI	Barberinum: *Barberino.*
	Fanum S. Donati: *San-Donato.*
	Fanum S. Ioannis: *S. Gioanni*, vbi vinum Tribianum celeberrimum.
CIS	Camaldvlorvm Coenobivm: *Camaldoli*, in altissimis montibus, vbi viri parem Angelis vitam degunt, caput eius Ordinis est.
	Serauallis: *Seraualle.*
	Aluernus Mons: *Monte d'Aluerno*, Stigmatis S. Francisci celeberrimus.
AR-	Pons S. Stephani: *Ponte San-Steffano*, vbi Tiberis ponte iungitur.
NVM	Aretivm: *Arezzo*, vrbs olim potentissima, nunc sita in campis peramœnis: inde natus Aretinus poëta maledicentissimus. Diu Florentia de Principatu disputauit cum Episcopo Guidone hîc rerum potiente.
	Castilio Aretinus: *Castiglione Aretino*, oppidum frequens & perhonestum, Leandro.
FLV-	Angularium: *Angliarth*, celebre victoriâ Florentinorum, & viâ quam duxit Guido Petramala Aretinorum Episcopus.
VIVM	Cortona: *Cortona*, cuius muri ab Aretinis disiecti, quando iugo seruitutis grauissimo vrbs oppressa est. Ei dedit Episcopum Ioan. XXII. Aretinæ Diœceseos parte imminutâ.
	Mons Politianvs: *Monte Pulciano*, amœnum oppidum in colle situm, patria maximorum virorum Angeli Politiani, & Card. Bellarmini.
TERRITORIVM	Bvrgvs S. Sepvlchri: *Borgo di San-Sepulchro*, ditionis Pontificiæ, & oppignerata Florentinis ab

BVRGI S. SEPVLCHRI. | Eugenio IV. duodecim aureorum millibus: locus est permunitus.

VRBES & MINORA OPPIDA AGRI FLORENTINI TRĀS AR-

PISTORIVM: *Pistora*, nobis *Pistore*, non procul à Stella Fl. de cuius nomine lege Leandrum suo more fabulantem. Hāc vrbem mœnibus cinxit Desiderius Rex Longobardorum, sed hæc disiecta à Florentinis; nunc respirat post varios motus.

Barga: *Barga*, in monte non procul à Sercio Fl.

Mons Caroli: *Monte Carlo*, arx munitissima.

Altus passus: *Alto Pascio.*

Bientina: *Bientina*, oppidum vnde lacui nomen.

Pescia: *Pescia*, ad fluuium cognominem in valle item cognomine.

Carmanianum: *Carmignano.*

Summanum: *Monte Summano.*

Serauallis: *Seraualle*, in valle Niuolina: *Val Nieuole.*

Vitulinum: *Monte Vetolini*, in eodem tractu.

MONS CATINVS: *Monte Catino*, ad quam vrbem Vgutio Phaseolus victoriam illustrem de Florentinis retulit, quando capti plurimi, vrbs expugnata est.

PRATVM: *Prato*, ad Bisentium Fl. *Bisentio*, conditum à Friderico II. numeratur inter quatuor Castra Italiæ, *Prato in Toscana*, &c. Seruatur hîc cingulum B. Virginis: An. 1512. à Raymundo Cardona pessimè excepta est hæc ciuitas.

Pratolinum: *Pratolino*, peramœnus Ducis secessus & magnificentissimus.

Castellum Francum: *Castel Franco.*

Terra Noua: *Terra Nuoua*, oppidum ab Episcopo Aretino olim muris clausum, patria Poggij viri doctissimi.

FÆSVLÆ: *Fiesoli*, in monte supra Florentiam tribus aut quatuor circiter milliaribus; ad hāc vrbem olim centum millia Gothorum à Stilicone cæsi sunt: vrbs est Episcopalis, destructa an. 1024. à Florentinis cùm Fæsulani agerent diem sacrum S. Romulo.

Mugellum: *Mugello*, oppidum vnde valli nomen *Mugellano.*

FANVM S. MARTINI: *San-Martino*, locus munitissimus

NVM FLVVIVM

in colle, inchoatus à Magno Cosmo, & deinde perfectus à filio.

Scarpetia, & Scarparia: *Scarperia*, oppidum in planitie, sic dictum quòd situm sit ad pedem, seu vt vocant Itali ad Scarpam Apennini; conditum à Florentinis 1313. concidit horrendo terræ motu ex parte 1342.

VALLIS VMBROSA: *Vall'Ombrosa*, nobis *Val Ombreuse*, vbi religiosè vixit Ioannes Galbertus Florentinus anno 1070. & nouum vitæ genus religiosum instituit; caput eius ordinis est.

VRBES & ARCES ROMANDIOLÆ FLORENTINÆ.

CIVITAS SOLIS: *Citta di Sole*, vrbs elegans & munita, non procul à Foro Liuio *Forli*, contra Romandiolam, firmissimum propugnaculum incurrens in agros Pontificios.

SAXVM SIMONIS: *Sasso di Simone*, perperam *di Limone*, arx firmissima, crepidini montis affixa, incurrens in agrum Vrbinatem.

Fanum S. Sophiæ: *Santa Soffia*, inter montes castellum.

Castro-Carum: *Castro Caro*, olim Salsabium, quia hîc fons aquæ salsæ, teste Blondo, splendidum oppidum.

Planetum: *Pianeta*, arx in colle munitissima, iuxta quam templum S. Mariæ Planetinæ.

Duadula: *Duadola*, haud inhonestum oppidum.

Porticus: *Portice*, patria Ambrosij Monachi Camaldulensis, qui egregiam nauauit operam in Concilio Florentino. Iuxtà locus est, quem Infernum vocant, de quo in Miraculis.

S. Maria in Balneo: *S. Maria di Bagno*, aliter nudè *Bagno*, sic dictus locus ab aquis medicis.

Balneum S. Petri: *S. Petro*, locus pariter amœnissimus.

Florentiola: *Fiorenzuola*, oppidum conditum à Florentinis, & egregiè excultum atque elegans, vt ait Leander.

Petra Mala: *Pietra Mala*.

Castilio Gattensis: *Castiglione di Gatte*.

LACVS AGRI

BIENTINVS: *di Bientina*, aliter *di Sesto*, ita dictus à duobus locis, quorum alter Florentinorum est, alter Lucensium.

FLORENTINI.

FVCECHIVS: *Fucechio*, à Burgo nomen habet, & in eum aliquot fluuioli cadunt, quorum præcipuus *Pescia*.

FLVVII AGRI FLORENTINI.

ARNVS oritur ex Apennino, & in circulum actus, Glaníq; coniunctus spreto eius alueo in Occidẽtẽ vergit, & in eum multi fluuioli cadunt.

A SEPTENTRIONE

- Pescia: *Pescia*, ad oppidum cognomine.
- Ombro: *Ombrone*, ex agro Pistoriensi ortus.
- Stella: *Stella*, Pistoriam irrigans.
- Bisentius: *Bisentio*, Pratum alluens.
- Marinus: *Marino*, Bisentio mixtus.
- Stersolus: *Sterzolo*. / Munio: *Mugnone*. } Florentiæ prædia irrigantes.
- Siena: *Siene*, multis riuulis auctus, par Arno, in eum cadit.

A MERIDIE

- Era: *Era*, ex Volaterrano agro emergens.
- Elsa: *Elsa*, vnde Valli pulcherrimæ nomen.
- Pesa: *Pesa*, ad Montem Lupi cadens in Arnum.
- Ema: *Ema*. / Gronius: *Grone*. } simul iuncti infra Florentiam Arno miscentur.
- Ambra: *Ambra*, non procul à Glani iungitur Arno.

SECTIO II. *Ditio Pisana antiqua*, le Pisan.

VRBES & MINORA LOCA

PISA: *Pisa*, nobis *Pise*, olim potentissimæ Reip. caput, quæ Sardiniam ex manibus Sarracenorum vindicauit, Carthaginem domuit, cuius Regem vinctum ad Pontificem deduxit, à quo baptizatus est: Regem Maioricæ Sarracenum cecidit, eiúsque filium ac vxorem in vinculis habuit, ac restituit regno. Egregiam quoque nauauit operam Christianis Orientalibus, domuit sæpe Genuenses, Pontifices restituit. Ab Vgolino Tyranno malè excepta est, prodita à populari suo Florentinis, restituta libertati per Carolum VIII. Franciæ Regem, demum ad Ducem Hetruriæ deuoluta est. Illustrem habet Academiam, & sedes est equitum S. Stephani. Sita est ad Arnum paulo antequam cadat in mare.

CA ORÆ MARITIMÆ.

Fanum S. Petri ad Gradus: *San-Pietro di Gradi*, vbi seruatur lapis in quo tres guttæ sanguinis S. Petri.

Ligvrnvs Portus: *Porto di Liuorno*, nobis *Liuourne*, seu *Ligourne*, portus olim Pisanorum, sed vrbs diruta est à Genuensibus, tum pace facta ad Pisanos rediit; inde Florentinis paruit, vindicata à Carolo VIII. Rege Frãcorum: demum in ditionem Magni Ducis transiit qui eâ vtitur pro nauali suo. Præiacet portui in scopulo Pharus, iactâque moles quæ portum claudat: locus ille quondam cæli grauissimi, nunc gratissimo fruitur, paludibus exsiccatis: quinque aggeribus præcingitur, & duplici propugnaculo.

Fanum S. Saluatoris: *Il Saluatore*.

Vada: quondam Volaterrana dicta: *Vadi*, sic dicta ab inflexione littoris, quod enim Romanis est *verto*, hoc erat Tuscis *vado*, ait Leander.

Bulgarium: *Bolgari* oppidum nonnihil disiunctum à littore, frumenti copiâ, & frugum diues, sed vbi aquæ dulces ferè desunt.

Castanietum: *Castagneto*, in colle situm nonnihil à mari recedente.

Turris Sancti Vincentij: *Torre à S. Vincenzo*, cuius regio saltuosa; iuxta rudera magnæ vt putatur vrbis, de quâ vide Leandrum.

INSVLÆ PISANORVM.

Corsica: *la Corse*, dicitur ad Pisanos pertinere, ideóque Magnus Dux ei imminet.

Lavmellvm, olim Mænaria: *Melloria*, Pisanorum clade nobilitata, è regione Ligurni.

Vrcos, seu Gorgon: *Gorgona*, in medio mari cum arce sat munitâ.

VRBES & LOCA

Volaterræ: *Volterra*, de quâ vide multa apud Leandrum; in monte sita non procul ab Erâ, & Cecina fluminibus. In hac vrbe mons Vlimentum dictus, ex quo fons fluit, de quo in Miraculis, & de aliis mirandis huius agri. Euersa est olim ab Hungaris, restituta ab Othone I. tandem Florentinis cessit, & Duci Magno.

	Pons Eræ, *Pont à Era*, locus nobilis victoria Florentinorum de Pisanis.
ME-	Verrucula: *Verrucola di Pisa*, in monte olim arx permunita, nunc diruta.
DI-	
TER-	Collis Saluiati: *Colle Saluiati*, Marchionatus caput.
RA-	Mons Catinus: *Monte Catino*.
NEA	Resinianum: *Resignano*.
	Mons Viridis: *Monte Verde*.
AGRI	Labianum: *Labiano*, vbi magna copia Atramenti Sutorij *de Vitriol*.
PISA-	Rupes Sillani: *Sillano*, aliter *Rocca di Sillano*, munitissimus naturâ locus.
NI.	
	Fanum S. Armassij: *Sant-Armazzio*, locus amœnissimus, & aquis egregiè riguus.

	ARNVS: *Arno*, qui hîc in mare defluit, sed priùs duabus fossis immissus in lacum Ligurniensem.
FLV-	
VII	ERA: *Era*, cadit in Arnum ferè ad pontem Eræ, & recipit multos fluuiolos.
AGRI	
PISA-	Cecina: *Cecina*, in agro Volaterrano natus, ac multis fluuiolis, & torrentibus auctus cadit in mare ad Vada: ab eo vallis peramœna, & fertilissima nomen habet.
NI.	

SECTIO 3. *Ditio Senensis*, Territoire de Sienne, *aliter* le Sienois.

VR-	SENA: *Sienna*, nobis *Sienne*, nobilis & perantiqua ciuitas, cuius etiam Polybius meminit, vt diximus superiore libro; errat ergo Blondus qui vocat eam vrbem nouam, & eius initium reuocat ad Ioannem XVIII. aut Carolum Martellũ. Hîc nobilis ædes B. Virginis, cui se addictam ciuitas putat, & litteras etiam ab eâ missas iactitat. Celebris est & natalibus S. Catharinæ Senensis, & B. Ioannis Columbani. Arcem habet pentagonam instructissimam.
BES	
&	
LO-	
CA	
MI-	Bonus Conuentus: *Bon-Conuento*, vrbecula sat lauta.
NO-	Mons Ilcini: *Monte Ilcino*.
RA	MONS ALCINOI: *Monte Alcino*, vino suo nobile oppidum: à quo non procul Mons Oliuetus inclytus institutione Monachorum qui Montis Oliueti dicuntur,
IN	

MEDITERRANEIS AGRI SENENSIS.

quos contraxit Bernardus Ptolemæus Senensis anno 1407.

Piencia: *Pienza*, facta ciuitas à Pio II. qui antea Æneas Syluius dicebatur, quòd hîc natus esset, patre exulante: dicebatur antea Corsinianum, & anno Christi 1545. ingentem calamitatem ex terræ motu passa est.

Clusium: *Chiusi*, ad Fl. Glanim *Chiaua*, nunc ruinis deformatum iacet: vide lib. superiorem.

Palia: *Paglia*, ad Fl. cognominem.

Balnea Petrioli: *Petriuolo*, ægrorum concursu etiamnum celebrata; meminit eorum Martialis.

Fanum S. Quirici: *San-Quirico*, à Zenobio quodam conditum, ait Leander; olim Vmbro dicebatur locus: castro sat munito iam firmatum est.

Massa: *Massa*, Veibeni Massi Principis opus, antiqua vrbs, ad quam inuenta ante aliquot annos pretiosa aluminis fodina: caput est Principatus, qui pendet ex Rege Hispaniæ. Incumbit ei ad Boream Mons Rotundus *Monte Ritondo*.

Suana: *Soana*, in monte, cuius pes duobus fluuiis eluitur: patria fuit Gregorij VII.

San-Florinum: *S. Fiore*, Comitatus titulo illustre oppidum.

Montvniata Ivga, olim Mons Tuniatus Catoni, montes Tynni Straboni glandiferi: hodie *Montagnata*.

Vicariatvs, seu Territorivm Rodicofani, clientelæ Pontificiæ.
- Rodicofanvm: *Radicofano*, oppidum permunitum, cōditum à Desiderio Rege Longobardorum, & ab Hadriano Pontif. IV. muris firmissimis cinctum. Habebatur vltimum castrum Patrimonij D. Petro donati à Mathilde.

Comitatvs Petiliani, *Comté de Petiglian.*
- Petilianvm: *Petigliano*, locus naturâ firmissimus inter ditiones summi Pontificis, & Magni Ducis, patrimonium Vrsinorum: de quibus diximus in historicis.

- MARITIMVS TRACTVS AGRI SENENSIS,
  - MARITIMVS AGER CITERIOR *Maremma di quà.*
    - PLVBINENSIS DITIO, *la Seigneurie de Piombino.*
      - POPVLONIVM : *Populonia destrutta*, sic destructum est à Nicetâ Patricio Constantinopolitano Imperatoriæ classis præfecto, vt ab eo tempore numquam surrexerit. Tribus abhinc millibus excitatum
      - PLVMBINVM : *Piombino*, ex superioris ruinis, aliter Plumbinaria dicta; vulgus enim Populonium in Plumbinum cõtraxit, vt vult Leander: nunc à Francis obtinetur, antè ab Hispanis, olim & ab Appianis.
      - Portus Baratus : *Porto Barato*, corruptè pro Arato, vt vult Leander, quondam Populonij portus.
      - Scarlinum : *Scarlino*, in colle, cuius ager fructuosus in primis.
    - Castilio Piscaliæ cognominatus à Monte Piscalo, eò vsque excurrẽte: *Castiglione*, vnde lacui nomẽ.
    - Burianum : *Buriana*, ad lacum prædictum.
    - Columna : *Colonna*, in Mediterraneis.
    - GROSSETVM, seu Rossetum: *Grosseto*, vrbs Episcopalis.
    - Vmbro : *Vmbrone.*
  - MARITIMVS AGER
    - SATVRNIA : *Saturnia*, non procul à Fl. *Albegna*, pertinet ad Ducem, sed sub iure clientelari S. Anastasiæ, seu trium fontium Romæ.
    - Sempronianum : *Sanprugnano*, iuxta quod oritur Albenga Fl.
    - Maglianum : *Magliano.*
    - Mons Iani : *Monte - Iano.*
    - Mons Maranus : *Monte Marano.*
    - Capalbium, seu Caput Aluei Blondo, Annio Caput Abantium : *Capalbio*, aliter *Caparbio.*
    - ANSEDONIA : *Ansedonia*, vbi olim Cosæ euersæ à Gothis; excitata est à Sitonibus Germaniæ populis Desiderio Regi Longobardo militantibus.

A Legatis Caroli Magni excisa & capta, non sine miraculo allato ad eam S. Anastasij capite. Nunc in eius ruderibus dæmones habitare creduntur ab indigenis.

vulgò *les Marennes*, Italis *Maremna.*

VL-TE-RIOR — *Marem-na di là.*

STA-TVS PRÆ-SI-DII, — *Stato delli Præsi-dij.*

- PORTVS HERCVLIS: *Porto Hercole*, ad Orientem Argentariæ peninsulæ; vrbs permunita cui incumbit M. Philippi: *Monte Philippo.*
- MONS ARGENTARIVS: *Monte Argentaro*, in peninsulâ cognomine, quem Annius ait appellandum esse Volcentarium; sed quæ fides potest adhiberi homini fidei profligatissimæ?
- Fanum S. Stephani: *San-Steffano*, ad Occidentem peninsulæ; statio sat commoda.
- ORBITELLVM: *Orbitello*, hoc sæculo celebre aduersâque fortunâ nostrâ, oppidum munitissimum in lacu cognomine.
- Telamon portus Vetus & Nouus, Nouus sat munitus est; Vetus deficit: *Telamone.*

FLV-VII AGRI SE-NEN-SIS.

- VMBRO: *Ombrone*, hunc agrum irrigans, in quem minores fluuij deuoluuntur.
  - Mersa: *Mersa.*
  - Farma: *Farma.*
  - Bozuna: *Bozuna.*
  - Lerita: *Lerita.*
  - Orcius: *Orcio.*
- Cornia: *Cornia* limes agri Senensis & Pisani.
- Alma: *Alma*, fluuiolus initium sinus Plumbinensis.
- Brunus: *Brune*, ortus ex montibus Massæ defluens in lacum Castilioneum.
- Osa: *Osa* fluuiolus, veriùs torrens.
- ALBANIA: *Albegna*, in sinum Telamonensem defluens.
- PISCIA: *Piscia*, dirimens partrimonium S. Petri ab agro Senensi.

LACVS AGRI SENENSIS.

- CALIDA PALVS : *Caldana Palude*, ſic dicta quòd calidas aquas recipiat. In eam cadit Fl. Cornia.
- CASTILIONÆVS Lacus : *Lago di Castiglione*, olim dictus Aprilis; ab oppido nomen habet.
- Bernardi Lacus : *Lago Bernardo*, ad oppidum Groſſetum: *Groſſeto.*
- ORBITELLVS, Salſus, ſe anguſtis faucibus in mare immittens : *Orbitelli Stagno*, in cuius medio oppidum nobis notiſſimum, & clade noſtrâ.


INSVLÆ DITIONIS SENENSIS.

- **ILVA** *l'Iſle d'Elbe.*
  - COSMOPOLIS : *Coſmopoli*, ſic dicta à Magno Coſmo qui eam communiuit arcibus tribus, vt & Portum Ferratum : *Porto Ferrato*, nauium capaciſſimum, ne piratarum receptus eſſet.
  - PORTVS LONGONIS : *Porto Longone*, ſic dictus quia in lõgum excurrit, ante paucos annos ſicut & Plumbinum ereptus Hiſpanis Gallorum fortitudine, & arte militari.
  - Volturanum : *Voltorano*, ſupra Coſmopolim.
  - Statio Prochiana : *Piaga di Procchio.*
  - Fanum S. Andreæ : *Sant-Andrea*, iuxta quod *S. Maria del Monte*, locus religioſus.
- **INSVLÆ AD ILVAM**
  - Cerbolus : *Cerboli.*
  - Palmariola : *Palmaruuola.*
  - Planuſa; *Pianoſa.*
- TROIA: *Troia Iſola*, vicina admodùm oræ Senenſi, & pænè è regione oſtij Almæ fluuij.
- Mons Chriſti : *Monte Christo*, vbi vrbecula & arx.
- Igilium : *Giglio Iſola*, nobis *l'Iſle des Lys*, vbi ad cohibendos Piratas, & Turcas propugnaculum.
- Inſula Herculis : *Iſola di Hercole.*
- Ganutum : *Gianuti*, cum ſtatione non illepidâ, ſed aquâ & indigenis caret.

CAPVT VI.

De Ditione Pontificia, vulgò Stato della Chiesa, *nobis* l'Estat Ecclesiastique.

- DITIO SVMMI PONTIFICIS.
  - PROPRII IVRIS.
    - IN ITALIA.
      - DITIO PONTIFICIA. *Stato della Chiesa.*
        - Campania Romana: *Roma.*
        - Patrimonium S. Petri: *Viterbium.*
        - Ager Sabinus: *Maglianum.*
        - Ager Oriuetanus: *Oriuetum.*
        - Co. Ciuit. Castellanæ; *Ciuitas Castellana.*
        - Vmbria, seu Duc. Spolet. *Spoletum.*
        - Ducatus Vrbinas: *Vrbinum.*
        - Marchia Anconitana: *Ancona.*
        - Romandiola: *Rauenna.*
        - Ager Bononiensis: *Bononia.*
        - Ducatus Ferrariensis: *Ferraria.*
        - INSERTA
          - D. Castrēsis. In Patrimoniū S. Petri.
          - March. Meldolæ. In Romādiolam.
          - March. Montensis. / Resp. S. Marini. — In Ducatum Vrbinatem.
      - Dvcat. Beneventanvs. In regno Neapolitano.
      - Ceneda. In Foroiuliensi tractu Venetorum.
      - Montaldo. In Pedemontio.
    - IN GALLIA
      - Comit. Auenionensis. / Comit. Vindascinus. — qui in vnum corpus coaluerunt.
  - IVRIS CLIENTELARIS.
    - Regnvm Neapolitanvm. / Regnvm Siciliæ. — Regna vtriusque Siciliæ cis Pharum, & trans Pharum.
    - Sardinia. Aragonicæ ditionis.
    - Corsica. Ditionis Genuensis.
    - DITIO PARMENSIS.
      - Dvcatvs Parmensis.
      - Dvc. Placentinvs. — Hunc sibi Hispanus arrogat vt Dux Mediolan.
      - Dvcat. Castrensis. / Dvc. Roncilionævs. — In Patrimonio S. Petri.


LES TERRES DE L'EGLISE ET LA TOSCANE.
GOL-PHE DE VENISE.
MER DE GENNES.
MER DE TOSCANE.
BOVLOGNE
ELBE

§. I. *Descriptio Historica Status Pontificij.*

NVM. I. *Nomen huius regionis.*

TOTVS hic tractus vulgò Status Ecclesiasticus appellatur, seu Dominium temporale, vt aiunt, summi Pontificis, Italis *Stato della Chiesi*, hoc est Cathedræ Pontificiæ: à quibusdam vetustioribus S. Petri Patrimonium; quamquam hæc vox communiter aptetur parti Tusciæ. Reperio hoc Patrimonium S. Petri Latij magnam partem complecti, ideóque Ceperanum castrum ad Liris & Pisciæ confluentias dicitur esse Patrimonij S. Petri limes. Reliqua nomina (paucis exceptis) aut vetusta sunt, aut desumpta à quibusdam vrbibus.

Romandiolæ nomen recentius, nam antè Flaminia, & Æmilia dicta fuit; sicque nominata est à Romanis qui pro Pontifice, & Imperio fortiter dimicassent, licèt tandem Longobardis cedere essent coacti. Hîc quoque Exarchatus fuit olim, & pars Pẽtapoleos, de quibus mox dicemus. Quomodo autem Romandiola laxiùs extensa fuerit, & Veronam vsque, & paludes Patauinas promota, leges apud Leandrum.

Marchia Anconitana nomen accepit à Longobardis, qui duo Marchionatus in Italiâ constituerunt Taruisinum, & de quo hîc quæstio Anconitanum, sicque ab iis Piceni nomen expunctum est, cuius pars erat Pentapolis.

NVM. 2. *Quantitas ditionis Pontificiæ.*

Longitudo eius ducitur à *Melara* in Ducatu Ferrariensi, ad Isoletam in Liri fluuio, & quatuor totos gradus complectitur maioris circuli: igitur milliaria 240. leucas Francicas 120. Germanicas 60.

Latitudo porrigitur à Pro. Circeio ad vicum Palatum, in territorio Ferrariensi, continétque tres gradus cum 48. minutis; ergo milliaria 228. leucas Francicas 114. Germanicas 57.

NVM. 3. *Qualitas huius ditionis.*

CAMPANIA ROMANA. Eius aër parum salubris, tum ob Pom-

ptinas paludes, & solum humidius, tum quia parum cultus; adde etiam rudera quibus malignus aër continetur. Aquæ verò saluberrimæ sunt, maximè verò Tiberis, vt dicemus in Admirandis. In arenâ Anienis reperiuntur lapilli candidi tragematum ad instar, ideóque dicuntur *dragées de Tiuoli*. Regio tota admodum ferax, ac pascuis læta, & si cultores adessent nulli Italicæ regioni decederet: sed ad metendas segetes Longobardi euocandi sunt: vinum Albanum cæteris huius tractus antefertur.

Ager Sabinvs, olei atque vini satis ferax. Hinc etiam afferuntur *vuæ passerinæ* dictæ sine acinis Corinthiacarum instar, quæ Romæ magni fiunt. De miraculis huius regionis dicemus suo loco.

Patrimonivm S. Petri abundat frumento, vino, oleo: præcellunt cæteris vina *Montis Flasconis*. Hîc quoque Balnea plurima inter cætera *Bolicana*, in agro Viterbiensi. Alumen hîc quoque vectigalia Pontificis plurimùm auget.

Vrbevetanvs Ager, *le Territoire d'Oruieto*, aëris saluberrimi est, vbi nihil etiam ad delicias deest, egregiè riguus est & fertilis.

Pervsinvs Ager, in collibus vinum generosissimum progignit, frumentum in vallibus, lacus tantam piscium copiam, vt toti Italiæ sufficere videatur.

Dvcatvs Spoletinvs, supra modum fertilis; ad vrbem *Terni* prata ter & quater falcem sentiunt in anno.

Marchia Anconitana grauioris aëris in multis locis, sed nihil de antiquâ fertilitate perdidit. Carnes hîc exquisiti saporis. Canabis quoque hîc laudatur, vnde funes, & lina ex quibus Telæ Anconitanæ totâ Italiâ celebres. Ceræ quoque Anconitanæ cæteris præferuntur ob exquisitissimum candorem.

Dvcatvs Vrbini aëre parum salubri vtitur, quare indigenæ vix annum 50. attingunt, multi infantes & adolescentes moriuntur; huius tamen casus quidam referunt causam in fructus exquisitissimos, quorum hîc summa copia. Ficus illinc suauissimæ efferuntur: in puteis plerisque aqua salsa reperitur.

Romandiola, frumenti tam ferax vt sæpe geminos exercitus Hispanorum & Gallorum aluerit sine caritate annonæ. Ad Ceruiam tantùm salis conficitur, vt terris Pontificiis ad Boream sit satis, & aliquot aliis regionibus.

Bononiensis Ager, tam fertilis vt Bononia dicta sit *la Grassa*:

eius quoque vina Apiana laudantur. Abundat & lino ex quo Biſſus Bononienſis conficitur. Dat & ferri atque aluminis multùm, argenti nonnihil. Celebrantur totâ Europâ Tæniæ argenti textiles Bononienſes *le paſſement de Boulogne*, quibus ſtupidis oculis illuditur. Laudantur quoque Tibialia Bononienſia ex ſerico, ſicut & panni.

Ferrariæ Dvcatvs, frumenta & legumina vicinis etiam populis ſufficit. Linum & canabis hîc quoque copioſè proueniunt. Aër paulò craſſior eſt: ex vrbe Comaclo multi piſces ſaliti per Italiam ſparguntur, & variis eius locis ad Padum anguillæ ſiccatæ, totâ Europâ celebres. Hæc tamen regio moleſtas ſentit Padi fluminis inundationes.

Nvm. 4. *Mores ſubditorum Pontificiorum.*

Agri Romani incolæ ſicut & Viterbienses, & Vrbevetani nihil habent diuerſum in moribus ob vicinitatem. Omnes Curiæ Romanæ addictiſſimi, & toti ſunt vt in eam promoueant liberos ſuos. Romani ſe adhuc gloriantur ad orbem regendum natos, ſed eorum plerique putidè prudentes ſunt. Ad omnem auram fortunæ mobiles, otioſi, deliciis deditiſſimi. Vrbs ipſa Roma propter ingentem conuenarum copiam nomine potiùs quàm re *Sancta* eſt, vnde extitit illa apud nos parœmia,

Bon cheual ny mauuais homme,
N'amenda iamais à Rome.

Sabini aliquid de moribus antiquis videntur retinuiſſe, animo enim ſatis fortes; ſed quia voluptatibus dediti otium potiùs quàm arma cogitant.

Pervsini ingenioſi ferè omnes, liberales, fortes, & ad vtramque palladem facti atque nati. Præcipites vulgò creduntur & temerarij. Piſces lacus ſui etiam carnibus anteferunt. Mulieres hîc totæ ſunt in eluendis, & poliendis manibus.

Spoletini animoſi ſunt, & omnibus Italis virtute militari præferendi. Odiorum retinentiſſimi. quæ etiam ad liberos & nepotes cum hæreditate obueniunt. Certè hîc plerique ſe auorum vltores, aut proauorum gloriantur.

Picentes, *ceux de la Marche d'Ancone*, exteros ſatis humaniter excipiunt, quidquid garriat, & mentiatur recens ſcriptor. Super-

bè hìc vestiti incedunt, tam viri quàm fœminæ, & suprà quàm diuitiæ ferant. Sese omnes impensiùs amant, & omnibus officiis prosequuntur, quod in Italiâ parum vsitatum est.

VRBINATES zelotypiâ supra reliquos Italos dicuntur laborare, erga exteros parum humani, milites sagacissimi, & ad collocandas insidias aptissimi.

RAVENNATES, & omnes Romandiolæ populi robusti sunt, & ad arma omnes pænè nati, labori deditissimi, industrij, prudentes, sed rebus suis addictiores.

BONONIENSES ingeniosi sunt, & ad artes liberales nati, maximè ad Mathematicas disciplinas: omnes philoxeni, liberales omnes. Equitandi peritiâ se supra cæteros Italos excellere perhibent. Hinc pictores atque sculptores toto orbe celeberrimi.

FERRARIENSES duri, inhumani, crudeles vulgò creduntur, nec eos Principum humanitas potuit emollire. Naturâ item sordidi sunt, & tenaces.

NVM. 5. *Origo Pontificiæ ditionis.*

DE spirituali Dominio Pontificis nulla difficultas; soli enim Hæretici & Schismatici negant hunc omnibus hominibus præesse in rebus diuinis, & Christianis rectè sentiētibus est Episcopus Romæ, Archiepiscopus Prouinciæ Romanæ, Primas Italiæ, Patriarcha Occidentis, totius orbis Christiani Papa, & summus Pontifex. Sed temporale Dominium quando, & ex quo extiterit non est tam facile statuere. Primò certum est mihi, Donationem Constantini quæ à quibusdam illiteratis profertur, ineptam esse, absurdam, & omnium sibilis explodendam. Quomodo enim Imperatores tam pij Romam obtinuerunt, & ditiones Pontificias retinuerunt sibi, liberísque reliquerūt sine impietatis notâ? & si vera esset, non tantùm temporale Dominium, sed & spirituale à Constantino videretur accepisse. Hoc igitur longè certius, liberalitatem illam à Regibus nostris initium duxisse, & Pipinum Caroli Magni patrem victo Æstulpho Longobardorum Rege, Stephano tertio Exarchatum Rauennæ concessisse, qui aliter Æmilia dicebatur, continebátque has vrbes (vt liquet ex donatione Ludouici Pij, *Ego Ludouicus*, &c.) Rauennam, Bononiam, Imolam, Fauentiam, Forum-Popilij, Forum-Liuij, Cæsenam, Bobium, Ferra-

riam, Comaclum, Hadriam, Ficolas & Caballum. Præterea eidem dono dedisse Pentapolim in quâ idem Ludouicus citatus has vrbes agnoſcit, Ariminum, Piſaurum, Concham, Fanum, Senogalliam, Anconam, Anximum, Humanam, Æſium, Forum Sempronij, Montem Feretri, Vrbinum, Territorium Balnenſe, Calles, Luceolos, Eugubium cum caſtris ad eas vrbes pertinentibus. CAROLVS MAGNVS capto Deſiderio vltimo Longobardorum Rege, & eorum Imperio extincto, donatione patris ſui Pipini confirmatâ, adiunxit Territorium Sabinenſe, Ducatum Spoletinũ, & Tuſciæ Ducatũ, vt ex prædictâ donatione Ludouici liquet, quibus poſtea Ducatum Beneuentanum attexuit. Denique Ludouicus adiunxit totum Neapolitanum regnum cum Siciliâ, Corſicâ, & Sardiniâ. Quomodo autem Normanni Pontifici ſubmiſerint iterum Neapolitanum regnum atque Siciliam, dicemus capite ſequenti. Difficultas longè maior de Româ & Ducatu Romano, quo contentos eſſe agros Latij, ſeu Cãpaniæ Romanæ, Vrbeuetanum, Viterbienſem, at totum Patrimonium S. Petri, vnà cum agro Peruſino non malè ex donatione prædicti Ludouici colligitur. Sigonius vir doctiſſimus putat, has ditiones ſe ſponte Pontifici ſubmiſiſſe, quod innuere videtur antè dicta donatio, vbi dicitur Pontifex *tenuiſſe in poteſtate ſuâ, & diſpoſuiſſe ciuitatem Romam cum Ducatu ſuo,* &c. neque eam donis aui, aut parentis, aut ſuis annumerat. Alij tamen aiunt hæc tantùm à Ludouico Pio conceſſa eſſe. Quomodo enim hi populi ſe dedere potuerunt, qui ſui iuris non erant, ſed Imperatoris; & ſatis verba ipſa Ludouici hanc donationem arguunt, quidquid tergiuerſentur Itali. Verùm eam litem dirimere nobis non licet, ſit nobis ſatis eam propoſuiſſe, & opiniones diuerſas inſinuaſſe, ex quibus facilè pronunciare poterit qui nobis audacior erit. Quæres; quid dederit S. Sedi Mathildis Comitiſſa? reſpondeo vulgò Patrimonium S. Petri huius donum proferri; ſed non ita ſe res habet, niſi fortè conceſſerit aliquos agros in hanc ditionem inſertos. Quid ergo? Ducatum Ferrarienſem anno 1001. ſibi ab Imperatore Henrico III. conceſſum Romano Pontifici dedit, vt poſtea docebimus numero 8. Donauit præterea agros Mutinenſi & Parmenſi ditionibus implicatos, maximè cùm non deſint viri doctiſſimi qui ditionem Pontificiam ad Treliam Fl. extendant, vt reuera ſaltem quoad ſummũ ius promouetur in præſentiâ, ſi Mutinenſem ditionem excipias, quæ à ſolo Imperatore pendere

dicitur. De aliis donationibus vt Othonis III. & Henrici res adeò difficilis & implicata, vt de iis nemo statuere nisi temere possit.

NVM. 6. *Politia huius ditionis.*

ELIGEBANTVR olim Pontifices à Clero populóque Romano; Imperatores quoque suam interponebant auctoritatem, & cogebatur Pontifex ab iis petere confirmationem primùm depensâ pecuniâ, mox sine precio: postea Imperatores totum ius creandi Pontificis sibi arrogauere, quo excusso penes Cardinales & Primates aliquot tota electio fuit. Anno 1259. ab Alexandro III. in Concilio Lateranensi statutum vt ille Papa censeretur, qui à tertiâ parte Cardinalium præsentium electus esset, quæ consuetudo viguit vsque ad Martinum V. ad tollendum schisma. Postea Gregorius X. in Concilio Lugdunensi Conclaue (vt vocant) ordinauit, in quo eligitur Pontifex, vel per compromissum, vel per adorationem, vel per scrutinium.

CARDINALES non erant olim plures quàm 53. postea numerus creuit. Vidit Pius IV. 76. Sixtus V. 64. aiunt omnino 72. esse debere ex numero 72. discipulorum Christi Domini. Quando hæc dignitas primùm enata sit nemo facilè dixerit.

ADMINISTRATIO ita se habet. Dataria & Officia Cameræ, vt vocant antiquitùs concedebantur ob merita, nunc verò à Sixti V. Pontificatu venalia sunt. Ditio Romana ab ipso Pontifice non à Legato administratur. Vmbria per Legatum Perusinum regitur. Romãdiola olim separatum Legatũ habebat, nunc à Legato Ferratiensi ius ei dicitur. Ducatus Spoletanus & Marchia Anconitana vnam legationem efficiunt, & Anconitana dicitur. Bononiensis ager suum Legatum habet, sicut ditio Pontificia in Prouincia suum, vulgò *le Legat d'Auignon.*

IVS IN BENEFICIA. In Germaniâ Canonici & Capitula eligunt Episcopos suos, præterquã in iis locis quæ familiæ Austriacæ sunt, vt & in Hungariæ regno vbi ab Archiducibus nominantur. In Galliâ solius est Regis Episcopos nominare, & præficere quos velit Abbatiis Regalibus. Rex Catholicus in Hispaniâ, Belgio, Indiâ Occidentali, Sardiniâ, & regno vtriusque Siciliæ nominat Episcopos 24. ex conuentione factâ cum Clemente VII. Rex Poloniæ & Lusitaniæ idem quoque sibi ius arrogant, diplomata

tamen confirmationis omnes à Pontifice debent impetrare, quæ censum Pontificis plurimum augent, vt hîc sileam Anatas, & alios eiuscemodi modos, quibus Pontificia dignitas honoratior existat.

DIVITIÆ. Varias rationes quibus Pontifices pecuniam conficiunt leges in tractatu de Principibus Italiæ. Hodie 10. milliones librarum nostrarum colligere dicitur. Sixtus V. in Mole Hadriana 4. milliones auri cum dimidio seposuerat ad subitos, atque difficiles Reip. Christianæ casus. In expeditione Ferrariensi, & arce ibidem construendâ impensi sunt duo milliones auri à Clemente VIII. reliqua lege loco iam à me citato, vbi videbis Sixtum V. decies octies centena millia coronatorum ex ditionibus suis confecisse, & aliquando duobus annis ab exactionibus quas *Spogli* vocant, octies centena millia coronatorum in Cameram inuexisse.

VIRES. Posset 50. millia conscribere bellatorum expeditissimorum, quidam dicunt 60. peditum millia, equitum 15. sed ex diuturno otio ad fugam sunt quàm ad bellum aptiores, vt ætate nostrâ contigit. Milites stipendiarios iam nullos habet Pontifex præter ducentos Heluetios Prætorianos, & centum equites leuis armaturæ. Habet & 25. Heluetios Rauennæ, 25. in agro Piceno, ac totidem equites. Paucos item Præsidiarios alit in Mole Hadrianâ, Anconæ & in aliquot arcibus. Bononia ex suis reditibus habet centum stipendiarios Heluetios, ac totidem equites. Olim variis in locis DCCC. Corsos stipendiarios numerabat. Classis eius constat ex 12. triremibus, sed tantùm cùm periculum exigit, nam vix septem armatæ oram vtriusque maris legunt.

SVBDITI Principes Pontifici, & Magnates hi vulgò dicuntur, ex Vrsinâ domo Braciani, S. Gemini, Onani. Item Columnenses *les Colonnes*, Sabellini *les Sauelli*, Comites *les Comtes*, Caietani, Cæsarini, Vitellij, Aldobrandini, Borghesij, Cesini *les Cesis*, Barberini, &c.

NVM. 7. *De Duce, & Ducatu Vrbinate.*

GENS Roborea, nobis *de la Roueré*, originem satis humilem habuit ex vrbe Sauonâ, excitata à Sixto IV. à Iulio II. promota, Pontificibus aliquot eam euertere nitẽtibus fortiter restitit. Quomodo autem se habuerit hæc familia, mox edisces ex stemmate.

Dux

Dux ille vassalus, seu cliens erat Ecclesiæ, eique pendebat octo millia aureorum; quotannis percipiebat ducenta aureorum millia annui reditus. In titulis inscribebat se *Ducem* Vrbini, *Comitem* Monfeltrij & Eugubij, Pisauri *Dynastam*, Senogalliæ *Præfectum*. Pisaurum datũ erat à Leone X. Laurencino Mediceo. Senogallia allata erat à Francisco Maria I. cuius pater erat Dominus Senogalliæ. Cætera Imperij feuda credebat. Fossumbrunũ emerat Sixtus IV. à Malatestis. Leo X. abrumpere conatus erat huius familiæ auctoritatem, inducto Laurencino, sed quod fecerat viuus, mortuus seruare non potuit. Rex Hispaniæ pensionem persoluebat annuam XII. millium aureorum, eique concesserat turmam equitum cataphractorum in regno Neapolitano. Tandem deficiente masculâ prole in Francisco Mariâ Roboreo nostra ætate desiit. Is enim Vrbano VIII. etiam viuus ditionem suam cessit, ne turbæ post mortem concitarentur, licèt Dux Hetruriæ, & Leopoldus Archidux vehementer reclamarent.

Stemma Familiæ Roboreæ.

- GVIDO ANTONIVS VBALDINVS DVX I.
  - Naturalis filius ODO ANTONIVS cæsus à subditis ob adulteria.
  - FRIDERICVS DVX II. Comes Monfeltrij adscitus per adoptionem.
    - GVIDO VBALDVS DVX III. qui nullos suscepit liberos, sed adoptauit filium sororis suæ Ioannæ Franciscum Mariam Roboreum.
    - IOANNA cui ex Domino Senogalliæ, & Pręfecto Romę natus est
      - FRANC. MARIA ROBOREVS Primus, DVX IV. ex Eleonorâ Gonzagâ ei natus est
        - GVIDO VBALDVS DVX V.
          - Ex Iulia Varenâ Ducissâ Camerini
            - VIRGINIA vxor I. Comitis Borromæi, deinde Ducis Grauini Vrsini.
          - Ex Victoriâ Farnesianâ
            - FRANC. MARIA ROBOREVS DVX VI. in quo defecit Ducatus.
            - GVIDO VBALDVS ex Catharina Mediceâ, qui nullã prolem masculam reliquit.
              - VICTORIA.

NVM. 8. *De Duce, & Ducatu Ferrariensi.*

PARS hæc Italiæ concessa fuerat summo Pontifici à Regibus Galliæ. Hanc tamen postea Imperatores receperant: nam Henricus III. Imperator, sub initium vndecimi sæculi eam Comitissæ Mathildi filiæ Bonifacij Comitis Atestini concessit; hæc sanctæ Sedi reddidit, & à Pontificibus Rom. seruata est ad annum 1195. Exinde enim decertarunt inter se Pontifices & Principes Atestini de hâc ditione, quæ tandem anno 1332. Opizoni secundo relicta est, sicque perseuerauit in ditione Atestinâ. Sub Alphonso I. quando Atestini Mutinâ expulsi sunt, & aliis locis, tamen constantissimè Ferraria seruata est. Demum Cæsar Atestinus filius Alphõsi tertij, hoc Ducatu cedere coactus est, Clemente VIII. eum occupante an. 1598. quoniam pater ex concubinâ susceptus credebatur. Sed possessiones hîc multas obtinuit, & quàm potuit honestissimis conditionibus cum summo Pontifice pactus est, qui in hoc negotium & arce Ferrariæ construendâ duos auri milliones dicitur impendisse. Familiæ Atestinæ stemma repetes ex num. 6. §. 4. cap. 3. huius libri, vbi actum de Mutinensi ditione.

NVM. 9. *De minoribus ditionibus in Statum Pontificium insertis.*

DVCATVS CASTRENSIS, *Duché de Castro*, ditio perantiqua est Farnesiorum, quare hîc videtur Castrum Farnesium *Castel-Farneze* huius familiæ prima domus. Adnectitur ei & COMITATVS RONCILIONÆVS, *Comté de Ronciglion*, vbi Caprarola magnificum Ducis palatium, de quo in Geographicis. Et vtraque hæc ditio vnum agrum conficit, vulgò *Stato del Duca di Parma.*

MARCHIONATVS MONTENSIS, ex Montensium antiquâ familiâ, in Ducatum Vrbinatem inseritur, vt eius Dominus 15. millia annui reditus dicitur percipere.

MARCHIONATVS MELDOLÆ, cum Comitatu Sarsinensi in Romandiolâ iacet, non procul à Foro-Liuio *Forli*: in familiâ Aldobrandinorum est, & eius dominus 30. millia librarum quotannis recipit.

RESPVBLICA S. MARINI, vulgò *Respublichetta* Ducatu Vrbinate includitur: vnicam habet vrbem cognominem, cum tribus aut

quatuor castellis & vicis. Montibus se tuentur eius agri indigenæ. Patronum suum vocabat olim Ducem Vrbinatem, nunc Pontificem, & Remp. Venetam sororem suam dicit.

§. 2. *Descriptio Geographica Pontificiæ ditionis.*

NVM. I. *De vrbe Roma.*

Hîc non repetemus quæ in Veteri diximus, vbi attigimus longè plura quàm huius operis moles postulabat.

VII. ECCLESIÆ QVÆ RELIGIONIS, & INDVLGENTIARVM CAVSA INVISVNTVR.


- S. Petri in Vaticano : *S. Pierre.*
- S. Pauli via Ostiensi : *S. Pol.*
- S. Mariæ Maioris : *S. Marie Maiour.*
- S. Sebastiani : *S. Sebastien*, extra portam cognominem.
- S. Ioan. Lateranensis : *S. Iean de Latran.* } in monte Cælio.
- S. Crucis Hierosolymitanæ : *S. Croix de Ierusalem.* } in monte Cælio.
- S. Laurentij : *S. Laurens*, extra portã cognominem.

HOSPITALES DOMVS variarum NATIONVM.

- S. Ludouici : *Gallorum.*
- S. Iacobi : *Hispanorum.*
- S. Mariæ ab Animâ : *Germanorum.*
- S. Thomæ : *Anglorum.*
- S. Petri : *Hungarorum.*
- S. Birgittæ : *Suecorum.*
- S. Ioan. & S. Andreæ : 2. *Flandrorum.*
- S. Ioan. Baptistæ : *Florentinorum.*
- S. Ioan. Baptistæ ad Tiberim : *Genuensium.*

COLLEGIA ROMANA NATIONVM.

- Seminarium Romanum : *le College Romain.*
- Germanorum : *le Germanic.*
- Anglorum : *le College des Anglois.*
- Græcorum : *le College des Grecs.*
- Maronitarum : *le College des Maronites du Mont Liban.*
- Scotorum : *le College des Escossois.*
- Slauorum : *le College des Esclauons.*


ROME LA SAINCTE
P. S. Agnes
P. du Sel
P. del Populo
Ponte Molé
Le C. S. Ange
P. du Cha.
P. du Palais
le Palais du Vatican
Le M.
P. Vatican
P. du Torrio
Mont Vimi: nal
S. Potentiene
S. Laurens in Palis Perna
S. Trinite du Mont
Monte Cauallo
S. M. del Populo
Pantheon ou la Rotonde
la Miner ue
Champ de Flore
Pes: caria
le Pont S. Ange
P. de Sixte
le P. des 4 Testes
Ara Cœli
Capitole
Maison des Conseruateurs
Maison des Sauelli
Isle S. Barthelemi
P. S. Barthelemi
P. Ste Marie
S. Pierre
S. Esprit
S. Pierre Montorio
Montorio
P. S. Pancrace
P. du Port
Mont Ste Marie aux Neges
S. Marie Majeur
S. Pierre aux Liens
le Colisée
Palacio Maiore
S. Croix de Ierusalem
P. S. Iean
S. Iean de Latran
les S. S. 4. Courones
Mont St Iean de Latran
S. Iean et S. Pol
la Marana Ruisseau
M. S. Sabine
S. Sabine
S. Sixte
S. Balbine
M. Testacio
S. Iean
P. Latine
P. S. Sebastien
P. S. Poul
La Riuiere de Tibre

BIBLIOTHECÆ.
- VATICANA pulcherrima, aucta libris ex Palatinatu, captâ Hildelbergâ, delatis; cui adiuncta Bibliotheca Vrsinorum anno 1600.
- Columnarum.
- Farnesiorum.
- Et aliæ.

FORA SEV AREÆ *les grandes places.*
- VATICANVM: *la place du Vatican.*
- NAVONENSIS: *la place Nauone.*
- CAMPVS FLORÆ: *Campo Fiore* Italis; Aciei Campi Floræ sæpe fit mentio in Diplomatis Pontificiis.
- Piscarium.
- Olitorium.
- Suillum.
- Boarium.
- &c.

PALATIA.
- VATICANI: *le Palais du Pape au Vatican.*
- QVIRINALIS: *Monte Cauallo*, locus peramœnus.
- S. IOAN. LATERANENSIS: *S. Iean de Latran.*
- S. LAVRENTII in Damaso: *S. Laurens in Damaso.*
- Et aliquot Cardinalium illustrissima
  - Farnesiorum: *des Farneses.*
  - Borghesiorum: *des Borghueses.*
  - Mediceorum: *des Medicis.*

NVM. 2. *Descriptio Campaniæ Romanæ:* Campagna di Roma.

LOCA MA-
- OSTIA: *Ostia*, nobis *Ostie*, à Sarracenis diruta, & à Leone IV. reparata incolis ex Corsicâ accitis. Adiuncta & arx ad tutelam littoris à Martino V. meliùs instructa à Iulio II. cæli grauioris est.
- Fanum S. Laurentij: *San-Lorenzo.*
- Caput Antij: *Torre di Capo d'Antio*, ad cuius latus Occidentale: *Antio Rouinatto.*
- Neptunium: *Nettuno*, oppidum ditionis Columnarum excitatum in littore post Antium euersum, aut reparatum, vt vult Leander.
- Astura: *Astura*, olim Insula, nunc continenti adiuncta ad ostium Fl. cognominis; hîc olim cæsus Tullius, postea

RITI- MA.	& Conradinus nepos Friderici II. securi percussus iubente Rege Neapolitano. S. Felicitatis castellum: *S. Felicita*, vbi olim Circei, memoriâ Celestini II. Pontificis clarum. TERRACINA: *Terracine*, non procul à littore loco parum salubri sita, ob vicinas paludes Pomptinas.
FLVVII HVIVS REGIONIS.	TIBERIS Fl. *Teuero*, nobis *le Tibre*, vt olim sic nunc eluuione suâ perniciosus. Numicus Fl. *Numico*. Astura: *Astura*. FLVVII POMPTINAS PALVDES INVNDANTES ATQVE DILVENTES: *Fossa Antico*. *Fossa Sisto*. *Toppia*, olim Amasenus. *Baudino*, aliàs Aufens. *Leuola*, &c.
LACVS	S. Praxedis: *S. Praxede*, olim Regillus lacus, de quo in Vetere. Castri Gandulphi: *di Castro Gandulpho*, olim Albanus. Aricinus, seu Nemorensis: *di Sensano*, & *Nemo*, à duobus oppidis adiunctis. *Specchi di Diana*, quibusdam Aricinus creditur fuisse.
VRBES & MINORA	Coperanum: *Coperano*, limes Agri Romani, & aliàs Patrimonij S. Petri. FRVSINVM: *Fresinone*, patria duorum Pontificum Hormisdæ, & Syluerij. VERVLVM: *Veroli*, Episcopalis ciuitas in colle. Alatrium: *Alatro*, oppidum antiquissimum. Fumonis Castellum: *Fumone*, vbi S. Petrus Moronus vulgò Cælestinus abdicatâ sede Pontificiâ inclusus est à Bonifacio VIII. eius successore, ibidémque mortuus. Valmontonium castrum: *Valmontone*, Comitatus caput. ANAGNIA: *Anagni*, patria 4. summorum Pontificum, nunc semiruta & desolata iacet, ex quo Bonifacium VIII. popularem suum, hostibus suis prodiderunt indigenæ. PRÆNESTE: *Palestrina*, Principatus caput, oppidum sæ-

1.7.236

899


LE PATRIMOINE DE St. PIERRE
LA CHAMPAIGNE DE ROME
LES SABINS
ET LE TERRITOIRE D'ORVIETO
Acquapendente
Centino
Viterbo
Ciuita Vecchia
Bracciano
Porto
Ostia
Rome
Tiuoli
Nepi
Anagni
Spolete
Lac de Celano
PARTIE DE L'A. BRVSSO
PARTIE DE L'VMBRIE
LE PERVSIN
PARTIE DE L'ESTAT DV DVC DE PARME
LA CHAMPAIGNE DE ROME
SABINA
Isola Sacra
Caiete
Fondi
Terracina
Frosinone
Palestrina
Velletri
Ardea
Conca
Astura
Corneto
Toscanella
Ronciglione
Ciuita Castellana
Magliano
Orte
Rieti
Narni
Terni
Amelia
Pitigliano
Castro
Marta fl.
Arone fl.
Nettuno
Tiuoli
Celano

LOCA IN MEDITERRANEIS CAMPANIÆ

pe euersum, sæpe restitutum sed angustius, & minùs munitum quàm olim. Iam est in ditione Barberinorum.

Arceolum : *Arzoli*, cuius planities peramœna celebratur à Leandro.

SVBLACVM, seu Sublaqueum : *Subiaco*, quibusdam Solagium, celebris locus secessu S. Benedicti, vbi visuntur rudera aquæductuum, quibus aqua Romam deferebatur, stupendæ prorsus magnificentiæ rudera.

Castrum S. Angeli : *Castel Sant-Angelo*, ferè ad ripam Anienis.

Fanum S. Praxedis : *S. Praxede*, vnde lacui nomen.

TIBVR : *Tiuoli*, à Germanis euersum est, sed à Friderico Ænobarbo restitutum, muri eius ampliati, arcem munitissimam hîc Pius II. extruxit. Cælum habet temperatissimum, quare Romani eò libenter æstate conuolant. Circa vrbem lapis cæditur durissimus, & marmoris instar, vulgò *le Trauertin* : hîc palatium superbissimum Cardinalis S. Hippolyti.

SIGNIA : *Segni*, vbi organa inuenta, & modulationes quibus Rom. vtitur Ecclesia, inquit Petrarcha.

SETIA : *Sezza*, vetus oppidum in monticulo, ait Leander.

Fossa Noua : *Fossa-Nuoua*, cœnobium Cistertiensium, nunc penè omnino collapsum, in quo obiit S. Thomas Aquinas; seruatum est cubiculum vbi expirauit, & locus vbi primùm sepultus; iacebat ad Fl. Asturam.

PRIVERNVM : *Priperno*, in colle situm; vetus Priuernum à Germanis, & Britonibus excisum est (ait Blondus) eiúsque ruinæ ostenduntur, dicuntúrque *Priperno Vechio*.

Arx Sicca : *Rocca Secca*, in quâ triennio clausus S. Thomas à matre vt sanctum eius propositum euerteret.

Sarminetta : *Sermonetta*, aliter *Sermineto*.

VELITRÆ : *Velitri*, & *Veletri*, oppidum antiquum, nunc populo satis frequens, ait Leander.

Rupes Pontificia, seu Arx Papalis Leãdro : *Rocca del Papa*.

Ma-

ROMANÆ.

Marinum: *Marino*, oppidum ditionis Columnarum.
ALBA: *Albano*, in regione perferaci vineis, & arboribus ad delicias consitâ. In monte Albano visuntur adhuc rudera templi, & castellum modicum ad quod sepulchrum ingens cum pyramidibus quinque, vnâ excelsiore; item & propè rudera amphitheatri, vulgò *Coliseo*.
Castrum Gandulphi: *Castro Gandulpho*, vnde lacui Albano nomen recens.
ARICIA: *Ariccia*, nunc nihil habet celebre præter nomen.
Villa Cæsaris: *Villa di Casare*, olim Nemorensis lucus adiacet lacui de quo suprà.
TVSCVLVM: *Tusculano*, à copiis Friderici Ænobarbi dirutum oppidum.
Frascata: *Frascati*, olim Luculli villa, postea Ciceronis, vbi fons Aquæ virginis: villæ magnificæ & elegantes, sed præcipuè Pauli III. peramœnus secessus.
Cripta Ferrata: *Grotta Ferrata*, D. Mariæ cœnobium S. Basilij Græcanici quondam instituti.

NVM. 3. *Patrimonium S. Petri*, Patrimonio di San-Pietro.

Nunc clauditur Piscia Fl. Flore Fl. lineâ ductâ ad oram laci *di Bolsenâ*, Fl. Claro *Rio Chiaro*, atque Tiberi: quidam etiam eidem adiungunt territorium Oriuetanum, quod huius Patrimonij partem faciunt.

LOCA MARITIMA

CIVITAS VETVS: *Ciuita Vecchia*, nobis *Ciuita-Veche*, indigenis Cincellæ quasi Centum-Cellæ, inquit Leander. Centum-Cellæ deletæ sunt à Sarracenis, sed postea instauratæ nomen Ciuitatis Veteris accepere. Cæli grauioris est, iam munitior, & triremium Pontificiarum portus.
S. Marinula: *S. Marinella*, vbi vestigia antiquæ vrbis Pyrgi putat Leander; certè hîc templum quod incolæ vocant S. Mariæ fanum Vurganum, seu Purganum.
Cœnobium S. Seueræ: *S. Seuera*, in littore instar arcis,

PATRIMONII.

vbi fuisse emporium Cæretanorum suspicatur Leander.

Palum : *Palo*.

Fanum S Georgij : *San-Georgio*.

PORTVS : *Porto*, ciuitas Portuensis dicta, cuius Episcopus vnus ex septem Cardinalibus summo Pontifici assistentibus.

INSVLA SACRA : *Isola Sacra*, quam efficit minor alueus Tiberis, vulgò *Fiumicino*, & maior vulgò *Teuere*.

FLVVII PATRIMONII.

Varca : *Valca*, olim Cremera, ex lacu Bacanensi oritur.

TRILIA : *Triglia*, cadit in Tiberim infra ciuitatem Castellanam, sed antè recipit *Tercia*, ex lacu Vico prodeuntem.

Piscia : *Piscia*, limes Occidentalis huius Patrimonij.

Floris : *Fiore*, Castrensem Ducatum eluens.

Marta : *Marta*, oritur ex lacu *Bolsenâ*, & recipit *Veia*.

Minio : *Mignone*, syluam Matianam irrigans.

Eris : *Eri*, originem ducit prope Stilianum *Stigliano*.

Vacina : *Vacina*. / Sanguinaria : *Sanguinaria*. } exoriuntur ex Matianâ syluâ.

Elaro : *Arone*, exortus ex lacu *Bracciano*.

Galera : *Galera*, cadens in Tiberim.

VRBES MEDITERRANEÆ

VITERBIVM : *Viterbo*, nobis *Viterbe*, caput huius Regionis; quidam Vetuloniam olim dictam putant, alij Etruriam, perperam: nam noua ciuitas est, quidquid mentitus sit Annius Viterbiensis. Hîc quatuor Pontifices sepulti sunt, & B. Rosa, cuius corpus etiamnum restat integrum.

VVLSINIVM : *Bolsena*, ad lacum cognominem, vbi seruatur corpus S. Christinæ, cuius item vestigia visuntur in lacu, vt & lapides tincti sanguine Christi, de quibus in Miraculis plura.

MONS PHISCO, seu Phiasconus, & Mons Faliscorum: *Monte Fiascone*, vino suo vrbs celeberrima: eius quoque ager miræ fertilitatis, & amœnitatis.

Balneoregium : *Bagnaria*, hîc collocatur à quibusdam, meliùs in agro Oriuetano statuitur.

IN PATRIMONIO S. PETRI.

Viturchianum: *Vitorchiano*, insigni erga Po. Ro. fide clarum, vt legitur Romæ in Curiâ Capitolinâ Conseruatorum.
Hortia, & Hortanum: *Orta.*
Munianum: *Mugnano.*
Galesium: *Galesô*, patria Nicolai Pontif. Maximi.
Civitas Castellana: *Citta Castellana*, quam vrbem Sabinæ quidam putant, & hanc in illum agrum incurrere: sita est ad Fl. Tribiam, & sat culta est.
Nepetum: *Nepe*, vrbecula perantiqua.
Mons Roseus, seu Rosatus: *Monte-Rosi*, ad quem Balnea laudatissima.
Sutrium: *Sutri*, olim nobilissima ciuitas, sed iam deficit propter cæli grauitatem.
Svrianvm: *Soriano*, olim munitissima arx totius Italiæ, quam Nicolaus III. ex Vrsinorum gente construxit, & familiæ suæ concessit; à Britonibus occupata, & ægrè iis extorta à Martino V. dum Romam ex Auenionensi commoratione rediit.
Baccanum: *Baccano*, vnde lacus cognominis.
Gallera: *Galera*, ditionis Vrsinorum ad Fl. cognominem.
Malianum: *Magliano*, ad Tiberim fluuium infra Romam, secessu Pontificum, & amœno loco percelebre.

DVCATVS CASTRENSIS. *Duché de Castro.*

Castrvm: *Castro*, ad fluuiolum *Olpita*, vrbs omni ex parte rupibus præcincta, olim Comitatus caput, nunc Ducatus.
Farnesium castrum: *Castel Farnese*, vnde familia celeberrima, ex quâ multi viri fortes, & Pontifex Paulus III.
Capvt Montis: *Capo di Monte*, ad lacum Vulsinium, è cuius regione Insula Martana: vrbecula fixa scopulo in lacum excurrente.
Marta: *Marta*, ad ostium lacus, ex quo effluit fluuius vrbi cognominis.
Tuscanella: *Toscanella*, peruetustum, & nobile oppidum, de quo multa suo more fabulantur Annius, & Leander.

STATVS PARMENSIS, *Stato del Duca di Parma.*

- RONCILIO: *Ronciglione*, ad *Tercia* fluuium infra lacum *Vico*,
- Caprariola: *Caprarola*, palatium prorſus mirabile Alexandri Farneſij, opus Architecti eruditiſſimi Vignoli, in quo nihil ad diuitias, ad ſplendorem, ad amœnitatem deeſt.

DVCIS BRACCIANI DITIO *les terres du Duc de Bracciano.*

- BRACCIANVM: *Bracciano*, aliter Bracenum Latinè loquentibus, vt & Braceanum, & Brignanum, de quo multa Annius fabuloſè: pertinet ad nobilem Vrſinorum domum.
- ANGVILLARA: *Anguillara*, à quâ lacus quoque aliud nomen habet; ſita eſt ad exitum fluuij Aronæ ex lacu Bracciano. Annius vult dictam antea Amnilaram à Fl. Laro, nunc *Arone*.
- Triuilianum: *Triuigliano*, ad lacum prædictum.
- Vicarellum: *Vicarello*, fortè olim Vicus Aurelij.

MONTES.

- MONS S. SYLVESTRI: *Mont S. Syluestre*, quia in eo Syluester Papa dicitur delituiſſe, olim Mons Soractes, nunc villis aliquot, & caſtris diſtinctus.
- Montes Viterbienſes: *Monti di Viterbo*, olim Mons Cyminus, ſeu Ciminius.

SYLVÆ.

- BACCANENSIS: *Selua di Baccano*, quondam latronibus infamis.
- Matiana: *Selua Matiana*, ampliſſima, ſed multis in partibus excisa, diu quoque latronum & graſſatorum receptaculum.

LACVS IN PATRIMONIO

- VVLSINIENSIS, aliter & S. Chriſtinæ: *Lago di Bolſena*, in quo duæ Inſulæ. Martana: *Martana*, in quâ cæſa eſt Amalazonta, nobilis & ſapiens Gothorum Regina. Altera Biſentina, *Biſentina*, de quâ nihil occurrit. De eo iterum in Admirandis.
- Meſſanus: *Mezzano*, ex quo erumpit fluuiolus *Olpita*.
- Vicenſis: *Lago di Vico*, aliter Roncilionæus, *di Ronciglione*, olim Ciminius, ſeu Cyminus.
- Baſſaneli lacus: *Lago di Baſſanello*, olim Vadimonis.
- Bacanenſis: *Lago di Bacano*, ex quo exiſtit Fl. *Varca*, ſeu *Valca*, olim Cremera.

S. PETRI. | BRACCIANENSIS: *Lago di Bracciano*, olim Sabbatius, & Sabbatinus.

NVM. 4. *Ager Sabinensis*, Sabio, *seu* Sabina.

INCLVDITVR fluuiis Tiberi, *Teuere*, Aniene *Teuerone*, Velino *Velino*, & fluuio qui Telonio *Turano* connectitur; quidam tamen Narniensem tractum Ocriculos vsque reuellunt, & exinde lineam ad montes Sabinos, atque Reatinos deducunt; quam opinionem sequimur.

VRBES & MINORA LOCA AGRI SABINI.

NOMENTVM: *Lamentana*, vnde viæ celeberrimæ nomen, patria Crescentij qui Imperium Ro. reparare conatus est, & se Hadriani Mole texit, quæ ab eo aliquandiu dicta est castrum Crescentij.

MAGLIANVM: *Magliano*, non procul à Tiberi; à Leandro vrbs primaria Sabiniæ dicitur, frequens admodum, & lauta, in colle sita.

Mons Bonus: *Monte-Buono*.

Poggium Mittetum: *Poggio Mirteto*, à quo non procul fluit torrens modicus, incolis Riuus Solis *Rio di Sole*, quem putant eruditi Degentiam Horatij esse.

Abbatia Farfa: *Farfa*, olim splendidè exædificata, & ornata.

Nerula: *Nerola*, oppidum perhonestum Leandro.

Scandilia: *Scandrilia*.

Poggium Malianum: *Poggio Maliano*, in nitidissimâ, atque cultissimâ valle.

Mons Rotundus: *Monte Ritondo*, olim Eretum, oppidum ditionis Vrsinorum.

Pons Mamolus, seu Mamææ: *Ponte Mamolo*, ad Anienem, primùm conditus ab Antonino Pio, postea reparatus à Mameâ Alexandri Seueri matre, nunc omnino integer, vnde oppido nomen.

VICVS VARRONIS, seu VALERIVS: *Vico-Varo*, aliter Valeria, patria Bonifacij IV. Rom. Pontif. & Antonij Coccij Sabellici.

FLUVII SABINIÆ.
- Campanus: *Campano.*
- *Aia*, seu *Laya*, olim Himella.
- Farfarus: *Farfa*, olim & Fabaris.
- Curesius: *Curese*, olim Auens.
- Caminatus, aliter Riuus Mortis: *Caminato*, seu *Rio di Mosso*, à morte & clade Romanorum, olim Allia.
- Galentinus: *Galentino.*

NUM. 5. *Ager Oriuetanus*, Territoire d'Oruieto.

A quibusdam pars Patrimonij sancti Petri proponitur, sed iam in recentibus Italiæ tabulis ditionem separatam constituit. Seiungitur ab agro Perusino fluuiolo *Fersenone*, à Patrimonio D. Petri Riuo Claro *Rio Chiaro.*

URBES AGRI ORIVETANI.
- ORIVETUM: *Oriueto*, aliter Orbitum, Procopio Vrbetana, & Vrbibentum; vrbs munitissima, quia vndequaque rupibus, & præcipitiis vallata est.
- Triuinianum: *Triuignano.*
- Pons Centinus: *Ponte Centino*, oppidum occurrit primò egredientibus è Senensi ditione, locus satis munitus.
- Cilianum: *Cigliano.*
- Aqua pendens, seu Aquula: *Aquapendente*, nomen habet ab aquis irruentibus: & verò eius ager egregiè riguus est.
- Castrum Guiscardi: *Castro Guiscardo.*
- Onanum: *Onano*, Ducatus titulo insignitum in familiâ Vrsinorum.
- Balneum-Regium: *Bagnarea*, antea Rhoda, sed sic appellata in edicto Regis Desiderij; patria fuit sancti Bonauenturæ.
- Ciuitatula Aliana: *Ciuitella d'Agliano*, in edito monte collocata.

FLU-
- GLANIS veriùs palus quàm fluuius: hodie *Chiana fiume ó palude*; corruptè apud Blondum *Dana*: incolis noxius ab aëris grauitate, & vadis vbique cœnosis.

VII. Palia: *Paglia*, Glanim excipiens, eúmque deuehens in Tiberim.
Astronius: *Astrone*.
Ferseno: *Fersenone*.
Riuus Clarus: *Rio Chiaro*. } eius regiunculæ limites.

Nvm. 6. *Ager Perusinus*: Territorio Perugino.

LOCA AGRI PERVSINI.

Pervsia: *Perugia*, nobis *Perusé*, aut *Perousé*, de cuius ortu, & incremento multa apud Leandrum leges. Hanc Totila Rex Gothorum obsedit annis decem, tandémque cepit ac vastauit. Postea à Longobardis occupata est, iis erepta à Carolo Magno, & concessa S. Sedi à Ludouico Pio. Malè excepta est seditionibus Guelphorum, & Gibellinorum; vrbs permunita est cum arce.

Diruta Castellum: *Druida*, non procul à Tiberi, sed vltrà; celebratur ob vasa fictilia quæ videntur inaurata, dicuntúrque Maiorica, quia artis huius initium ex vnâ Balearidum extitit.

Castilio ad lacum: *Castiliglione di laco*, sic dictus quia Trasimeno lacui adiacet, Marchionatus caput.

Passinianum: *Paßignano*, ad eundem lacum.

Petramala: *Pietra-mala*, vnde nobilis familia, de quâ sæpe in rebus Aretinis; à Leandro collocatur in agro Cortonensi.

Mons Sperellus: *Monte Sperello*, locus munitissimus in colle pulcherrimo.

Compinianum: *Compignano*, ad Nestorem Fl.

Fratta: *Fratta*, ad Tiberim, vbi ponte iungitur, oppidum amplissimum, & nunc diues.

FLVVII.

Tiberis: *Teuere*, qui hîc recipit multos fluuiolos. { Niconem: *Nicone*. Nestorem: *Nestore*, qui haurit *Caïna*. Chisium: *Chisio*. }

Glanis: *Chiana*. { recipit Tresam: *Tresa*. }

LA-

Trasvmenvs, seu Trasimenus, nunc Pervsinvs, *Lago di Perugia*, pisciũ co- { Insula Maior: *Isola Maggiore*, vbi Fanum S. Francisci: *S. Francesco*. Insula Minor: *Isola Minore*. } in parte Boreali lacus.


L'UMBRIE,
LE PERUSIN,
le Duché
D'URBIN
LA MARCHE
D'ANCONE.
LE LAC
DE PERUSE

CVS. | piâ celeberrimus, & peramœnis locis, quibus vndequaque præcingitur. | Poluesia: *Isola Poluese*, in parte Australi lacus.

NVM. 7. *Comitatus Ciuitatis Castellanæ*, Contado di citta di Castello.

LOCA HVIVS COMITATVS.
- CIVITAS CASTELLANA: *Citta di Castello*, olim Tifernum, caput Comitatus, quem diu seruauit nobilis Vitelliorum familia, vnde nobilissimi Duces extitere: munitissima ciuitas est ad Tiberim.
- Mons Guelphorum: *Monte Guelpho*, à seditiosis illis Italicis nomen habet.
- Castellum Francicum: *Castel Franco*, locus sat munitus ad Apenninum.
- Tristina: *Tristina*, versus Florentinos.
- Ripa: *Ripa*, ad Apennini radices.

FLVVIVS. TIBERIS: *Teuere*, qui hîc multis fluuiolis augetur, sed hi nullius pænè nominis sunt.

NVM. 8. *De Vmbria, seu Ducatu Spoletino*; Vmbria, ó Ducato di Spoleto.

DVCATVS Spoletinus ita dictus videtur à Ducibus quos Longinus Exarchus instituit, Narsete exauctorato, quo tandem potiti Longobardi nomen Ducatus ei reliquere: sed erat olim amplior, quàm in præsentiâ est, vt ostendere nititur pluribus Leander.

TERRITORIVM SPOLETINVM,
- SPOLETVM, seu Spoletium: *Spoleto*, nobis *Spolete*: vrbs adeo Theodorico placuit, vt in eâ Prætorium exædificarit; hæc & palatium ab iisdem Gothis euersa, sed reparata vrbs est à Narsete. Desolata iterum à Friderico Ænobarbo, quia Alexandro III. fauebat. Nec malorum finis, nam iterum à Perusinis euersa; nunc lauta est, & munita.
- Folianum: *Fogliano*.

Spoleto.
- Mons Sanctus : *Monte Santo.*
- Strepetum : *Strepeto.*

TERRITORIVM NVRSINVM, *Norcia.*

- NVRSIA : *Norcia*, antiqua ciuitas sita inter montes, maximis obnoxia frigoribus ; patria fuit Sertorij, item & matris Vespasiani, sed feliciùs S. Benedicti Monachorum in Occidente parentis.
- Ceretum : *Cereto*, vrbecula inter asperos editósque montes fixa, vnde Ceretani, seu Ceretini errones totâ Italiâ famosi. Leander putat à Francis conditam, qui freti diplomate Pontificio pecunias vndequaque corradebant.
- Castrum Vetus : *Castro Vecchio*, ad radices Apennini.
- Tripontium : *Tripontio*, aliter ad Trespontes, vbi Coruus Fl. cadit in Narem.

TERRIT. FVLGINIENSE, *Fuligno.*

- FVLGINIVM : *Fuligno*, in amœnâ planitie quam Fl. Tinna, seu Topinus eluit, & diuidit. Direpta est à Perusinis an. 1281. quare à Martino V. anathemati subiecti. Celebrantur totâ Italiâ condimenta Fulginensia *les confitures de Fuligno.*
- Trebula : *Treui*, locus sat amœnus.
- Pons Centesimus : *Ponte Centesimo*, olim Forum Flaminij.
- Passanum : *Passano.*

TERRITORIVM ASSISINVM, *Assisio.*

- ASSISIVM : *Assisio*, nobis *Assise*, ciuitas in monte sita, celeberrima à S. Francisco eius ciue Minorum Fratrum parente, & S. Clarâ.
- Fanum S. Mariæ Angelicæ : *Nostre Dame des Anges*, duobus milliaribus ab Assisio, locus magnæ venerationis.
- HISPELLVM : *Ispello*, malè in tabulis *Spello*, direptũ ab Arausicano Principe Imp. Caroli V. Duce, & iussu Pauli III. an. 1536. mœnibus spoliatum.
- NVCERIA : *Nocera*, non procul ab Apennino, in colle ex quo Fl. Topinus existit.

VALLIS MEVA-

- MEVANIA : *Beuagna*, oppidum perantiquum in valle amœnissimâ, & fertilissimâ, quæ ab eo no-

NIENSIS, *Beuagna.* | men habet. Cætera loca ſunt minoris momenti quàm vt appellentur.

TERRITORIVM TVDERTINVM, *Todi.*

Tvder, ſeu Tudertium: *Todi*, in colle frugifero ſita ciuitas, ſuperiori ſæculo diſcordiis ciuilibus attrita pænè iacuit. Patria fuit S. Martini Pontificis, qui à Conſtantio III. in Cherſonam relegatus eſt. Genuit infortunatiùs Artobellum hominem ferum, in quem populares ſui meritò omne crudelitatis genus exereuere.

Mons Falcvs, ſeu Falconis, vnde orta S. Clara, cuius in corde paſſionis inſtrumenta expreſſa, & tres lapides, de quibus in Admirandis.

Aqua Sparta: *Sparti*, Caſtrum in monte in quo obſeſſus Artobellus patriæ ſuæ buſtum.

Marcellina: *Marcellana.*

Duo Sancti: *Due Santi.*

Mons Mileti: *Monte Mileto*, trans Tiberim.

TERRITORIVM AMERINVM, *Amelia.*

Ameria: *Amelia*, in colle ſita, patria Roſcij Amerini quem Tullius defendit, ſed hunc imperitiſſimè Leander cum Comœdo confudit. Patria fuit multorum illuſtrium virorum, quos appellat idem Leander.

Caſtrum Tudertinum: *Caſtro Todine*, locus exiguus, ſed illuſtris rebus geſtis.

TERRITORIVM INTERAMNENSE, *Terni.*

Interamna, aliter Interamnia, & Ternum quibuſdam recẽtioribus: *Terni*, ſita in valle dictâ *Anguſtiarum* admodum ſaxoſâ, & rupibus altiſſimis clauſâ. Iacet ad Narem fluuium, ex quo ducta foſſa vrbem Inſulam efficit. Celebrantur eius Rapæ eximiæ olim, vt & nunc, magnitudinis, item eius Pulli Columbini ſaporis exquiſiti.

Fanum S. Gemini: *S. Gemini.*

Mons Francicus: *Monte Franco.*

TERRITORIVM

Narnia: *Narni*, olim & Nequinum, in colle ſita, ad cuius radicem fluit Nar cum ingenti ſtrepitu. A Septẽtrione colles habet frugiferos. Sæpe malè affecta eſt domeſticis bellis, ſæpe externis.

NAR-NIENSE, *Narni.*
- Quos tulerit viros illustres apud Leandrum leges.
- OCRICVLVM: *Otricoli*, celebrius apud antiquos quàm recentiores.
- Collis Scipionis: *Colle Scipoli*, oppidum quod conditum à Scipione iurant indigenæ.

TERRIT. REATINVM, *Rieti.*
- REATE: *Rieti*, perantiqua ciuitas in loco palustri, & vliginoso.
- Pedelucum: *Piediluco*, vnde lacus nomen habet.
- CASSIA, seu *Ciuitta di Cascia*, oppidum recens Blondo, antiquum Volaterrano, ad Fl. Coruum. De huius vrbis Imperio acriter dimicatum, inter Spoletinos, & Nursinos, vnde plurimæ contigerunt clades.

FLVVII VMBRIÆ.
- TOPINVS, seu Tinna olim, nunc *Topino*, in quem cadunt
  - Chiasius: *Chiascio.*
  - *Maregia*, Spoletum alluens.
  - Clitumnus: *Clitonno.*
- NAR: *Nera*, cursu præcipiti decurrens ex Apennino.
  - Velinus: *Velino.*
  - Coruus: *Coruo.*

LACVS.
- Marmoreus: *Lago di Marmore*,
- Pedelucensis: *Lago di Pedeluco.*
- Reatinus: *Lago di Rieti.*
- Catalicensis: *Lago di Catalica.*
- NVRSINVS: *Lago di Norcia*, de quo aliqua in Admirandis.

MONTES VMBRIÆ.
- Catarracta Velini: *Caduba della Marmore*, montes incisi, vt Velinus cadat in Narem; & hîc præcipitat tanto impetu, vt strepitus ad aliquot milliaria exaudiatur.
- Montes Assisij: *Monti del Assisio.*
- Montes Reatini: *Monti di Rieti.*
- MONS CORVVS: *Monte Coruo*, olim Coritus, ex quo fluuius cognominis oritur.

NVM. 9. *De Ducatu Vrbinate*, Ducato di Vrbino.

VRBES
- PISAVRVM: *Pesaro*, quam volunt indigenæ dictam à fluuio Isauro cui adiacet: diruta est à Totilâ Gotho, reparata à Belissario. Vrbs ædificiis lauta, & elegans;

MARITIMÆ DVCATVS VRBINATIS.

portus sic oblimatus est, vt vix nauiculas admittat. Diu paruit Malatestis.

FANVM: *Fano*, sic dictum à Fano fortunæ: disiectũ quoque à Totila, reparatum à Belissario. Situm est in agro perferaci, paruit Malatestis, & tandem Pontifici, etiam antequam Vrbinate Ducatu frueretur, quare in nouis tabulis eius ager dicitur *parte della Chiesa*.

SENEGALLIA, vel Senagallica: *Senigaglia*, euersa fuit, sed à quibus ignoratur, instaurata à Roboreo Sauonensi Sixti IV. nepote, sed pulchrior quàm antè fuerat sub Malatestis à quibus redempta est. Cælum habet graue, & aquæ inopia laborat, eiúsque ager dictus est aliquando Vicariatus, *Vicariato*.

Casa Cremata: *Casa Abbugiata*, seu *Abbrugiata*, taberna diuersoria, sed muro firmissimo communita aduersus Turcarum exscensiones, qui olim hinc magnas prædas agebant, & Anconitanos fatigabant.

VRBES & LOCA ME-

VRBINVM: *Vrbino*, deditione olim capta à Belissario, cùm fons vrbis exaruisset. Diu fuit in ditione Comitum Montis Feltrij. Tandem egregiè exculta à Friderico Principe, qui Dux à Sixto IV. dictus est. Patria fuit Raphaëlis excellentissimi pictoris.

Mons Lurus: *Monte Luro*, oppidum ad quod Nicolaus Picininus copias suas perdidit, de quo Blondus.

Gradaria: *Gradara*, splendidum ac munitum palatium conditum à Malatestis.

POGGIVM IMPERIALE: *Poggio Imperiale*, sic dictum quòd Fridericus III. Imp. primum lapidem in fundamenta iecisset. Ita petente Constantino Pisauri Domino: locus postmodum auctus est à Franc. Mariâ Vrbini Duce ad regiam magnificentiam.

Mons Carpenianus: *M. Carpigna*, editissimus, & ab Apennino reuulsus.

Mons Caluus: *Monte Caluo*.

Cantianum: *Cantiano*, ad Fl. cognominem, oppidum cum arce in colle. Conditum est ex interitu Luceolorum, cuius rudera non procul in Austrum ostendun-

DI- TERRANEA DVCATVS VR-

tur *Lucioli Rouinata,* vnde corrupta vox pontis Rizoli, vulgò *Ricciuuolo* corruptè pro ponte Luceoli.

EVGVBIVM : *Eugubio*, in planitie peramœnâ ad radices Apennini; à Gothis dirutum, postea restitutum, sed non eodem loco. Nam probabile est vetus Eugubium fuisse, vbi nunc *S. Vbaldo*; eiusdem S. Vbaldi corpus seruatur integrum Eugubij.

CALIVM : *Cagli*, ad confluentias Boasi, & Cantiani, Procopio Callis, Antonino Calle. Deletum fuerat, at restitutum an. 1289. & dicta ciuitas S. Angeli Papalis.

Pergula : *Pergola*, ad Fl. *Cesano*, non ad eius fontem, vt ait Leander; patria Angeli viri fortissimi, de quo multa Blondus.

CASTELLVM S. ANGELI VADANI : *Sant Angelo in Vado*, oppidum negotiatoribus frequens, olim Tiphernum Metaurum dictum, vt colligitur ex epistolis Pontificiis.

Durantium Castellum : *Castro Durante*, in Peninsulâ Fl. Metauri amœnissimâ. Conditum est à Guilelmo Durante Carnotensi Decano, Iuris peritissimo.

Aqualania : *Aqualagna*, castellum & vicus vbi aliquot tabernæ, & iuxtà planities, vbi victus à Narsete Totila accepit plagam, ex quâ periit.

Mons Falco : *Monte Falcone*.

Massa : *Massa*, vnde hic totus tractus, teste Blondo, dictus est Massa Trabaria, quia huc trabes abiegnæ proceræ ad templa, & palatia deferebantur, & hinc in Tiberim proiiciebantur.

FOSSVMBRVNVM : *Fossumbruno*, excitatum ex ruinis Fori Sempronij, quod quinque passuum millibus distabat à Ripâ Fl. Metauri. A quibus euersum fuerit Forum Sempronij nescitur. Fossumbrunum fuit olim in ditione Malatestarum.

FIRMIANVM : *Formignano*, ad Metaurum, cui adiacet mons Asdrubalis dictus, quare hîc victum credunt Asdrubalem à Nerone & Liuio Consulibus.

Mons Abbatis : *Monte l'Abbate*, supra Vrbinum.

Verrucium : *Verruchio*, Principum Malatestarum do-

BI-NA-TIS.	micilium teste Blondo, quibus primùm locus is concessus est ab Othone Imperatore. FANVM S. LEONIS: *S. Leo*, locus munitissimus, & ferè inexpugnabilis, ciuitas Episcopalis, ideóque Duces Vrbini hîc thesauros suos asseruabant: tamen aliquando capta est à copiis Leonis Pontif. & data Florentinis. Apud Luitprandum nominatur Mons Feretratus, addit enim, *quod dicitur oppidum S. Leonis*; Hinc Comitatus *de Monfeltre* nomen accepit. MACERATA: *Macerata*, ad Fl. seu torrentem Albim, quem suspicatur Leander esse Lucani Sapin: erat vrbs Comitatus Feltrensis; & à Leandro, vt & superior, constituitur in Romandiolâ.

FLVVII VRBINATES.	*Marecchia*: olim Ariminum. *Conca*: olim Crustumenium. *Foglia*: olim Isaurus. *Argila*: paulò supra Fanum mare subit. *Metro*: olim Metaurus. *Cesano*: Pergulam alluens. *Nigola*, aliter *Misa*, cadens ad Senogalliam.

RESPVBLICA S. MARINI, *la Republique de Sainct Marin*, seu *Republichetta*.	FANVM S. MARINI: *San-Marino*, caput minutæ Reip. vulgò *Republichetta*, vrbs munitissima. Sita est in Monte, quem Acrem vocant. Incolas habet fortissimos & libertatis peramantes: ex Montis huius radice profluit Ariminum Fl. vulgò *Marecchia*.

MARCHIONATVS MONTENSIS, *Marquisat de Montz*.	MONS: *Montz*, vrbecula tenuis medio ferè itinere inter Maceratam & San-Marinum, ad Orientem Fani S. Leonis, à quo non procul abest. Habet & ille Marchio aliquot loca in agro Vrbinate, quæ olim à Duce, nunc à Pontifice pendent, & nobis ignota sunt.

NVM. 10. *De Marchia Anconitana*, olim Piceni magnâ parte.

VRBES & MINORA LOCA MARITIMA MARCHIÆ ANCONITANÆ.

ANCONA: *Ancona*, nobis *Ancone*, olim portu celeberrimo instructa, vnde prouerbium, *vnicus Petrus Romæ, vnica Turris Cremonæ, vnicus Portus Anconæ*, nunc magnâ ex parte oblimatus est, & malè conseruatus. Arcem habet vbi Legatus Pontificius commoratur. Procurrit in mare supra vrbem Promontorium, olim Cymemerium, nunc *Monte Guasco*.

Rupes, seu arx Flumesini: *Rocca di Fiumecino*, munita ab Anconitanis contra Piratarum incursiones.

Sirolus Vicus: *Sirolo*, cuius vina celeberrima, Plinio vina Anconitana, teste Hermolao.

Humanæ Rudera: *Humana Rouinatta*; de hac vrbe multa apud scriptores mediæ ætatis, vt veteres omittam.

Portus Recinetensis: *Porto di Recanati*, olim portus Riciensis ad ostium fluuij Potentiæ.

Portus Montis Sancti: *Porto di Monte Santo.*
Portus Nouæ Ciuitatis: *Porto di Citta Nuoua.*
Portus S. Elpidij: *Porto di Sant-Elpidio.*
Portus Firmanus: *Porto Fermano.*
Sic dicti ab vrbib⁹ Mediterraneis.

Cripta Castellum: *la Grotte*, ad ostium Fl. *Tosino*, olim Cupra Maritima.

S. Benedicti Castrum: *San-Benedetto*, in agro amœnissimo situm, vitibus & arboribus omnis generis consito, sed maximè medicis, & oleis.

PORTVS ASCVLANVS: *Porto di Ascoli*, arx ad oræ huius tutelam.

VRBES

ASCVLVM: *Ascoli*, cognomine Anconitanum ad discrimen alterius in Aprutio, oppidum cultissimum, & elegans.

Arquata: *Arquata*, nobile oppidum ad radices Apennini, vbi mons ille dicitur *Victor*, ob altitudinem.

Castellum S. Mariæ Gallicanæ: *S. Maria in Gallo*, ad radicem Apennini, cui adiacet specus ingens, indigenis *Grotta della Sibylla*, de quo in Admirandis.

Mons

& MI- NO- RA LO- CA ME- DI- TER- RA- NEA MAR-

Mons Brandonius : *Monte Brandone*, vnde ortus Ioannes Marchianus concionator Minorita.

Aqua Viua : *Aqua-viua*, nobile oppidum in Appennino, è quo multi Duces Atrij; & Societatis nostræ Generalis vir prudentiæ exquisitæ.

Ripa Trassonia : *Ripa Transone*, oppidum situ ac arte munitum, populo frequens, & inter præcipua loca huius regionis.

Offidum : *Offida*, nobile quoque oppidum, & naturâ loci permunitum.

Firmvm : *Fermo*, vrbs non eodem loco sita, quo antiqua, sed nonnihil dissita. Malè affecta est dissidiis ciuium, & vicinorum Rusticorum. Erat in eâ quondam arx Gieronis, seu Gieronica, Tyrannorum nidus.

Fanum S. Mariæ Georgianæ : *S. Maria in Georgio*, olim Tignium, vt vulgò creditur.

Fanum S. Elpidij : *Sant-Elpidio*, locus peramœnus.

Mons Vlmus : *Monte dell' Olmo*, de cuius euersione sub Eugenio IV. lege qui vitas Pontificum scripsere.

Ciuitas Noua : *Citta Nuoua*, nobilissimum oppidum & frequens in monte non procul à mari.

Macerata : *Macerata*, frequens ciuitas, & sedes Legati atque Cancellariæ totius Marchiæ : iuxta eam

Recinæ Ruinæ : *Recina Rouinata*, ad Potentiam Fl. Hæc olim Heluia Recina dicebatur, quia reparata erat ab Heluio Pertinace Imp. à Gothis destructa est.

Recinetvm : *Recanati*, oppidum exortum ex ruinis Recinæ; vrbs diues, & sat lauta, nundinis suis illustris, cui pietas in B. Virginem Lauretanam plurimùm profuit, & proderit.

Fanvm D. Mariæ Lavretanæ : *Nostre Dame de Laurete*, oppidum iam permunitum, vbi magnificæ ædes, templum diuitiis refertissimum : hîc seruatur ædicula B. Virginis, eò translata ex Illyrico, & subinde cùm mutasset locum tandem quieuit in monte, non procul à Mussone Fl. De eo vide Tursellinum in Hist. Lauretanâ.

Castellum Ficardum : *Castro Ficardo*, sat munitum.

MARCHIÆ ANCONITANÆ

AVXIMVS, & Oximum: *Osimo*, ad Musonem in colle, vbi diu Gothos obsedit Belissarius. Innocentio VIII. cessit extorta per vim Tyranno. Ei substernitur planities miræ fertilitatis.

ÆSIS: *Iesi*, ad Fl. Æsim, nunc *Fiumecino*.

Castrum Bellinum: *Castro Bellino*.

Fanum S. Angeli: *Sant-Angelo*.

Sanquiricum: *San-Quirico*, excelso in monte, cuius radicem alluit *Fiumecino* Fl.

Rupes Contracta: *Rocca contrada*, locus munitus.

SAXVM FERRATVM: *Sasso Ferrato*, oppidum perhonestum; sic dictum à cauernis ferrariis, quarum hîc visuntur vestigia. Patria fuit Bartoli magni Iurisconsulti.

FABRIANVM: *Fabriano*, vnum ex quatuor oppidis, vnde prouerbium *Fabriano in Anconâ*: Principatus est caput, lautè ædificatum, & diues. Cartæ Fabriani vbique celebrantur.

Matelica: *Matolica*, oppidum perhonestum Leandro.

CAMERINVM: *Camerino*, vrbs antiqua, & potens, Ducatus caput, olim in familiâ Varranorum.

SAN-SEVERINVM: *San-Seuerino*, ex antiquæ Septempedæ ruinis exædificatum, quam Longobardi euertêre.

TOLENTINVM: *Tolentino*, ad Fl. *Chiento*, vbi seruantur reliquiæ S. Nicolai Eremitæ S. Augustini, ad quas multa miracula etiam hac ætate patrantur.

FLVVII ANCONITANÆ

Fluuiolus: *Fiumecino*, olim Æsis.

Aspis: *Aspido*, sic dictus Leandro, quia instar aspidis serpit; cadit in Musonem.

MVSO: *Musone*, Auximum alluens, & aliquot fluuios hauriens.

Potentia: *Potentia*, ad cuius ostium portus Riciensis.

Chientum: *Chiento*.

Tingus, seu Tenna: *Tingo*, seu *Tenna*.

Lætus, aliter Torrens Mortuus Latinè, vulgò *Leto viuo torrente*, ad cuius ostium rudera magnæ vrbis quam

MARCHIÆ.
- indigenæ aiunt vocatam Picenum.
- Aſo : *Aſone.*
- Toſſinus : *Toſino.*
- TRVENTVS : *Tronto*, limes Marchiæ, & Aprutij,

NVM. II. *De Romandiolâ, ſeu Romanulâ* : Romagna, *nobis* la Romagne.

OLIM ampliſſima fuit, & magnam Vrbinatis Ducatus partem obtinuit, vnà cum Bononienſi agro, atque Ferrarienſi; nunc conſideratur à nobis, vt ab iis omnibus diſcreta eſt.

LOCA MARITIMA ROMANDIO-
- RAVENNA : *Rauenna*, nobis *Rauenne*, vrbs inter paludes olim, quæ nunc ſic exſiccatæ ſunt, vt ſint frumenti feraciſſimæ. A Gothis illuſtrata eſt, à Francis ſub Ludouico XII. direpta. Hîc Eccleſia S. Ioan. quam ab ipſo Apoſtolo conſecratam aiunt. De variis eius dominis vide Leandrum.
- Claſſis : *Claſſe*, de quâ plura in Veteri; hîc tantùm Templum D. Apollinaris antiquiſſimum.
- S. Maria Porticaria : *S. Maria in Portico*, vbi quondam Cæſarea, vt plerique omnes autumant.
- CERVIA : *Ceruia*, vrbs noua, ſed infrequens, loco paluſtri, cælóque grauiſſimo. Hîc quotannis æſtate plurimùm ſalis conficitur; Venetis olim vendita, & poſtea etiam per vim occupata.
- Portus Ceſenaticus : *Porto Ceſenatico*, exiguis tantùm lintribus capiendis aptus, quia mare in hac orâ vadoſum.
- ARIMINVM : *Rimini*, celebre Concilio in quo orbis ſe pænè Arianum ingemuit. Vrbs à Gothis fortiter oppugnata, à Vitalliano Iuſtini præfecto fortiùs defenſa eſt: in planitie ſita imminentibus ei à meridie collibus amœnis. Malateſtis diu paruit; creauit hanc Principatus caput Clemens VI. De variis eius dominis vide Leandrum.
- Catholica : *Catolica*, Vicus ex tabernis diuerſoriis conſtans, ſed arce firmatus Piratarum metu.

LÆ.

Concha: vulgò *Conca citta profundata*, cuius mœnia, & cacumina turrium visuntur quieto mari ex pago Catholica; aquis obruta est, atque sepulta.

LOCA ROMANDIOLÆ AFFIXA VIÆ

Ariminum: *Rimini*, de quo suprà.

Fanum S. Iustini: *San-Gustino.*

Sabinianum: *Sauignano*, nobile ac lautum oppidum, cuius ager frumento diues.

Cesena: *Cesena*, ciuitas admodum frequens, olim dicta & Flauia Curua Papia in vitâ S. Mauri huius vrbis antistitis, Antonino Curua Cesena. Arx ei imminet ad austrum condita à Friderico II. Imperatore: pessimè accepta à Britonibus Cardinalis Gebēnensis sub Gregorio XI. Adiacet quoque ab eadem parte S. Maria Montana, *S. Maria del Monte*, cœnobium sumptuosum Cælestinorum, aliter Mons Maurus, à S. Mauro vrbis antistite sic dictus, qui hîc vixit.


Forvm Popilii seu Pompilij: *Forlimpopli*, olim vrbs à Longobardis malè excepta, sed postea peiùs à Cardinale Carilâ Hispano Legato Pontificio euersa, & sale aspersa; reparata, & arx ei addita à Principibus Foroliuiensibus.

Forvm Livii: *Forli*, quod putant aliqui ex duobus locis conflatum, fabulosè. Sui iuris facti sunt aliquandiu ciues, an. 1248. Bononiensibus subditi cum cæteris vrbibus Romandiolæ. De variis eius dominis Leandrum consule.

Faventia: *Faenza*, ciuitas frequens cum arce à Friderico II. condita. Eius lina ob candorem celebrantur; varias experta clades à Gothis, Friderico II. Britonibus, Borgia, &c.

Castrvm Bononiense: *Castro Bolognese*, oppidum perpulchrum, lautum, & opulentum, conditum à Bononiensibus 1388. ob legatos suos hîc spoliatos à latronibus, Imolensibus & Fauentinis tantùm agri sui concedentibus, quantum sagitta arcu emissa posset dimetiri, vt se purgarent à cæde legatorum. Ei Borgia nomen imposuerat villæ Cæsareæ cùm eius mu-

a, &
Ca-
,cu-
dicta
s an-
t ad
ſſimè
Gre-
ſaria
tuo-
auro
rbs à
Car-
a, &
ibus
obus
uan-
cæ-
ninis
tide-
tur;
toni-
dum
à Bo-
à la-
gri ſui
oſſet
Bor-
mu-



ÆMILIÆ.

ros disiecisset, sed patre eius mortuo oppidum instauratum est, expunctúmque nomen. Itaque ditionis est Bononiensis etiam in præsentiâ, licèt à reliquis agris disiuncta, intercurrente toto Imolensi territorio.

IMOLA, olim Forum Cornelij: *Imola*, quod nomen putant ei inditum à Longobardis Blondus, & Leander; apud quem multa de eius Principibus videbis.

LOCA ROMANDIOLÆ TRÃS VIAM ÆMILIAM

D. Alberti Vicus: *Sant-Alberto*, priùs Castellum dictum Marcomana, conditum à Venetis 1271. sed dirutum à Ferrariensibus.

Russum: *Russo*.

Barbiano: *Barbiano*, Comitum olim Cuniatium in agro amœnissimo, deletum.

Solariolum: *Solaruuola*, Sigismundo Cardinali à Leone X. concessum.

Fanum S. Mariæ Portuensis: *S. Maria di Porto*.

Palatiolum Vicus: *Palazzuolo*, locus paramœnus.

S. Maria Pinea, vel Pineta: *S. Maria del Pino*, vel *Pigneda*, ob Pineam syluam pulcherrimam, & magni prouentus ob strobilos *pignons*, qui hîc colliguntur.

Abbatia S. Petri in Vincula: *S. Pietro in Vincola*, olim prædiues.

LOCA ROMANDIOLÆ

Taussignanum: *Tossignano*, quondam Venetæ ditionis postea Imolanis attributum; suspicatur Leander hinc ortum Ioan. XVIII. negat Ioan. X. huius esse ciuem.

Castellum Rium: *Castro Rio*, in colle modico, diu in ditione Alidosiorum Imolæ Principum.

Bresegella Castrum: *Brisighello*, sub Iulio II. desolatum, multorum Ducum origine inclytum.

Aureolus, seu Aureolum Castrum: *Oriolo*, seu *Oriola*, iuxta colles olei viníque feracissimos: ridiculè quidam dictum putant, quòd aurum Pontifici penderet.

BRETINORIVM: *Bertinoro*, quò translata sedes Episcopalis Fori Pompilij. Sita est ciuitas illa in tumulo vitifero, aëris mirâ salubritate gaudet, & habet arcem conditam à Friderico II. De variis eius dominis habet aliqua Leander.

CIS VIAM ÆMILIAM

Meldola: de quâ mox ſeparatim.
Todoranum: *Todorano.*
Polenta: *Polenta*, oppidum celebre origine gentis Polentanæ, quæ olim Rauennæ præfuit.
FORVM SARACENVM: *Mercato Sarracino*, negotiatoribus plenum oppidum, & locuples, & à vicinis admodùm frequentatum ob rerum omnium copiam.
SARSINA: *Sarſina*, quam Farſinam contendit dictam eſſe ex lapidibus Volaterranus, & Farſinatibus Plinij. Diu paruit Malateſtis, nunc Marchioni Meldolæ Aldobrandino qui Comes eſt Sarſinæ. Habet Caſtella viginti, & eius ager Boibus dicitur, quaſi Boius, vbi Boiorum nomen agnoſcit Leander.
Lonzanum: *Longiano*, oppidum nobile, cuius ager inſtar horti eſt, miræ amœnitatis.
Fanum S. Archangeli: *Sant-Archangelo*, oppidum cultiſſimum, in cuius agro omnis generis fructus, ſed maximè laudantur Rapæ.

MARCHIONATVS MELDOLÆ *Marquiſat de Meldola.*

MELDOLA: *Meldola*, oppidum permunitum, vbi Roncus Fl. ponte nectitur. Caſtrum habet lautiſſimum. Vrbs illa à Carolo Borbonio Romam tendente malè accepta eſt. Ager eius frumenti, olei, vini ferax. Paruit Malateſtis, & poſt varios dominos ad Aldobrandinos peruenit.

FLVVII ROMANDIOLÆ.

Senus: *Seno.*
Anemo: *Amone.*
Montonus: *Montone*, aliter Aquæductus à Rauēnatibus: ad hunc commiſſa pugna dicta Rauennas, in quá cecidit Gaſto Fuxius.
Bedeſis: *Bedeſè*, aliter Beſedus, Rauennatibus dictus quoque *Ronco-Gia Fiume Aquedotto.*
Sauius: *Sauio.*
Piſatello, *Rigoſo*, *Pluſa*, de quibus in vetere Rubicone.
Luſus: *Luſo.*
Ariminum: *Marecchia.*
Conca: *Conca.*
Tauolus: *Tauolo*, limes Romandiolæ, & agri Vrbinatis.

NVM. 12. *Ager Bononienſis*, Bologneſe.

VRBES & MINORA LOCA AGRI BONONIENSIS AD VIAM ÆMILIAM.

BONONIA : *Bologna la Graſſa*, nobis *Boulogne la Graſſe*, vrbs amœniſſima, pulcherrima, ditiſſima, patria Alberti Leandri cuius opera in hoc libro multùm vſi ſumus, qui & de hâc vrbe plurima ſcripſit. Sita eſt ad torrentem Apeſam *Apeſa*, ſeu *Aueſa*, inter fluuios Sauenam & Rhenum, qui hinc Bononienſis appellatur. Continuit aliquando Imp. Carolum V. cum Clemente VII. & vtriuſque aulam ampliſſimam.

CASTELLVM FRANCVM : *Caſtro Franco*, non procul ab eo loco, vbi erat olim Forum Gallorum.

Caſtrum Leonis : *Caſtro Leone.*

Portus Samogienſis : *Porto della Samogia.*

Claterna : *Quaderna Rouinata*, ſic intercidit 1385. vt eius ruinæ ægrè reperiantur.

CASTELLVM S. PETRI : *Caſtro San-Pietro*, à Bononienſibus conditum 1200. in cuius agro glaſtum copioſiſſimè prouenit.

LOCA TRĀS VIAM

Poggium Lambertinorum : *Poggio Regnatico.*

Turris Vcellini : *Torre dell' Vcellino*, à Bononienſibus condita 1242. vbi poſtea campi feraciſſimi ſiccatis paludibus. Eò pertinuit diu Paduſa, à Rauennâ incipiens, cùm antea ad Buondenum vſque pertingeret.

Malalbergum : *Malalbergo*, vbi nunc Paduſa dicitur inchoari.

Galera : *Galiera*, nunc vicus, quondam nobile caſtrum & oppidum, vt arguunt hîc effoſſa marmora.

Molinella : *Molinella*, villa nobilis Voltiorum, munita à Bononienſibus 1463.

Medicina : *Medicina*, caſtellum conditum 1386. noua mœnia eius ſtructa ſunt 1523.

Caſtellum Guelphum : *Caſtro Guelpho*, nobilis ditio Malueſtiorum.

BVTRIVM : *Budrio*, opulentum oppidum, & canabis prouentu celeberrimum, cuius magnum Venetiis pretium : cinctum eſt muris à Bononienſibus.

Ben-

ÆMILIA.

Bentiuolium : *Bentiuoglio*, sumptuosissima villa, antè pons Poledranus ; palatium excipiendo Imperatori idoneum : nunc semirutum iacet, nullo curante sarta tecta.

Castellum S. Georgij : *San-Georgio*, à Bononiensibus excitatum castrum.

Corticella : *Corticella*, lintrium & lemborum statio.

Castellum D. Ioannis : *Castro S. Gioanni in Persicetto*, patria magnorum virorum. Dirutum est à Bononiensibus, quòd ab eorum ditione defecisset.

Creualcorium : *Creualcore*, priùs *Alegralcore*, Comitatus caput ; dirutum à Friderico II. restitutum à Bononiensibus.

VRBES & MINORA LOCA AGRI BO-

Crespellanum : *Crespellano*, oppidum sat lautum.

Bacianum : *Bazano*, in colle oppidum conditum à Mathilde Comitissâ, subuersum olim, nunc reparatum cum arce.

Mons Vellius : *Monte Veio*, locus perantiquus, quem tamen aliqui volunt à Mathilde conditum.

Castellum Episcopi : *Monte Pastore*, olim oppidum diues, nunc viculus.

VERGATVS : *Vergato*, præfecti sedes qui vicinis locis ius reddit ; burgus est, sed peramœnus.

Misani rudera : *Piana di Missano*, Latinè Planities Misani. Vrbis rudera ferunt indigenæ, negat Leander ipse doctus indigena.

Saxum Glossinæ : hodie *Santa Maria del Sasso*, cui adiacet via in saxo excauata in miram & terribilem profunditatem, ad cuius tutelam arx, nunc diruta à Bononiensibus.

Villa Rubrij : *Pol di Rossi*, cultissima domus & digna potiùs Imperatore, quàm homine priuato.

Septum, vulgò *Chiusa*, nobis *l'Ecluse*, murus crassissimus in Rheni alueo extructus, & aquas quasi obice sustinens, vt in altam fossam decidant, & hinc Bononiam inducantur ad circumagendas machinas.

Casia : *Casio*, monti affixa.

NONIENSIS CIS VIAM ÆMILIAM.

- Balnea Porretana : *Bagni della Poretta*, oppidum lautissimum ob aquas ægris saluberrimas, inuentas à bubulco, cuius bos macilentus ex iis bibens conualuerat. Propè quoque aquæ Scarpetanæ, de quibus in Miraculis.
- Plana : *Piana*, in limite Florentinæ Tusciæ.
- Loianum : *Loiano*, olim oppidum inter montes, destructum à Bononiensibus ob rebellionem, nunc tantùm diuersotium.
- Scaricalasinum : *Scarica-l'asino*, sic dictum quia propter montis asperitatem asini exonerarentur : olim oppidum, nunc vicus ob rebellionem.
- Bianorum, seu Pianorum : *Pianoro*, fortè à planitie sic dictum oppidum, indigenæ à Bianore Virgiliano. Hîc olim arx munitissima, sed omnia disiecta ob rebellionem anni 1377. relictis tantùm puteo, & stabulo.
- BRITTI Castellum : *Britti Castro*, quod Leander putat esse arcem vrbis Brintis, quæ fuit olim Episcopalis subdita Rauennæ, vnde hîc restat adhuc Abbatia peruetus. Malè ergo à Britonibus eius nomen accersitur, qui postea in Italiam venere.
- Varignana : *Varignana*, patria Petri Varignani maximi Medici.
- Flanianum : *Castro Flagnano*, in montibus situm.
- Casale Fuminesium : *Casàle Fiuminesso*, in regione cultissimâ, & villis elegantissimis distinctâ.

FLVVII AGRI BONONIENSIS.

- Panarus : *Panaro*, seu *Scultenna*.
- RHENVS cognomento Bononiensis : *Reno Bolognese*, de quo in Antiquâ.
- Apesa Torrens : *Apesa*, seu *Auesa*.
- Sauana : *Sauena*.
- Idex : *Idice*.
- Claterna : *Quaderna*.
- Silerus : *Silero*.

NVM. 13. *Ducatus Ferrarienſis*, Ducato di Ferrara.

VALLIS FERRARIENSIS, *Valli del Ferrareſe.*

Caſtrum Nouum : *Caſtro Nuouo.*

Maſſa : *Maſſa.* Trecenta : *Trecenta.* } vici lauti, amœni & nobiles.

FICHARIOLVM : *Ficheruuolo*, vnde ductum incile in Tartarum Fl. oppidum permunitum per Nicolaum Ateſtinum, qui hinc ad Stellatam duxit catenam, quâ Padum claudebat. Ab antiquis dicebatur vicus Aricoli, vt vult Priſcianus.

Pons Lacus Obſcuri : *Ponte di Lago Obſcuro*, ad Padum.

Palacella, aliter Peloſella : *Policella*, vnde Foſſæ nomen ad deriuandas aquas paludum, & Atheſis : celebris eſt locus ille Ateſtini Cardinalis de Venetis victoriâ.

Criſpinum : *Criſpino.*

Papatium : *Papozzo.*

Corbulum : *Corbula.*

POLESINVS FERRARIENSIS, *Poleſino di Ferrara.*

FERRARIA : *Ferrara*, nobis *Ferrare*, de cuius ortu Leandrum vide; nomen traxiſſe putant aliqui à voce *Frattus*, quæ vox *horridum* ſonat, alij à Fabro Ferrario qui hîc commorabatur, ad quem indigenæ recurrebant, vt haberent arma, ita Cælius Calcagninus; alij apud Leandrum, quòd incolæ penderent ferrum Eccleſiæ Ro. Alij denique ab vrbe Ferrariolâ vltra Padum, cuius ciues in hanc immigrarunt. Arx duobus auri millionibus ſtetit Clementi VIII. vrbſque olim pulcherrima nunc ſenſim deficit.

Fanum S. Blaſij : *San-Biagio.*

FRANCOLINVM : *Francolino*, munitum olim propugnaculum ab Ateſtinis Marchionibus excitatum; nunc in vicum locus redactus eſt.

Pompoſæ Monaſterium, ſeu Pompoſia : *Pompoſa*, celebre ob S. Guidonem Cardinalem, virum nobilem, qui hîc Archimandritam egit.

Codicorum, ſeu caput Gori : *Capo di Goro*, initium olim Foſſæ quæ Gaurus appellabatur, Leandro.

Incilia : vulgò *Bonificatione*, vt ager ille vliginoſus, & paluſtris fertilis fieret; ſed Padus huic admodũ exitioſus eſt.

POLESINVS ARIANI *Polesino di Ariano.*

- ARIANVM: *Ariano*, vnde huic tractui nomen.
- Portus Codicorum: *Porto di Goro.*
- Palatum: *Palato.*
- Fanum S. Basilij: *San-Basilio.*
- Mesola: *Mezola.*

POLESINVS S. GEORGII, *Polesino San-Georgio.*

- Fanum S. Georgij: *San-Georgio*, ad quod pons Ferrariæ pertinet, vnde huic ditioni nomen.
- Berigardum: *Belriguardo*, splendidum olim palatium, excitatum à Nicolao Atestino.
- Coderea: nunc *Quadrea*, olim Caput Eridani, seu Caput Rhedis, vt vult Priscianus Peregrinus lib. 1.
- Cosandoli: *Consandolo*, ornatissima villa à Ferrariæ Ducibus excitata, iuxta quam visuntur veteris Padi vestigia. Dicta est quasi Caput Sandoli, quia hîc Padus nomen Sandoli assumebat, ait Leander.
- Buccaleo: *Bocca-leone*, Palatium Ducum sumptuosissimum, Atestinorum opus: de quo Deucalionem quidam inepti fabulantur.
- Argenta: *Argenta* castrum, antea trans Padum. Nugantur qui sic dictum volunt ab Argento quod Ro. Ecclesiæ penderet. Varias est expertum vices, nunc sat lautum est.
- Longastrinum: *Longastrino*, vicus peramœnus sic dictus ab amnis directissimo cursu.
- Humana: *Humana.*
- COMACLVM: *Comachio*, in stagno cognomine duodecim millium ambitus: quidam apud Leandrum quasi Cymaclum dictum volunt ἀπὸ τῶν κυμάτων *à fluctibus*, vt legitur in Annalibus Ecclesiæ Rauennatis. Vrbs olim potentissima, & quæ nobilem educebat classem, sed euersa à Venetis anno 932. ex quo vix surgere potuit. Celebrantur eius pisces, & Salinæ.
- MANIA VACCA: *Magna-Vacca*, portus in quem se exonerat stagnum Comaclenum, seu Comaclium, nunc *Valli di Comachli*: locus ille iam munitissimus est, & inter præcipua propugnacula Status Pontificij.

DITIO

- CENTVM: *Cento* frequentissimum, & opulentissimum oppidum, sic dictum à centum casis piscatorum, qui

FERRARIENSIS EXTRA PADVM, seu IN PADVSA aut IN PADVSÆ PA-

hîc cancros piscabantur: vnde nobilis hîc familia Gambarinorum nomen habet linguâ vernacula à Cancro. Huius ager est canabis fertilissimus, quam magni faciunt Veneti.

Plebis: *Pieue*, honestum oppidum concessum olim suo Episcopo à Bononiensibus.

Stellata: *Stellata*, ex quâ olim catena ducta ad iungendum Padum, ad Fichariolum oppositum.

Bondenum, & Buondenum: *Buondeno*, quò olim Padusa ab vrbe Rauennâ pertinuit.

Bastia: *Bastia*, ad Fl. *Santerno*, antè Turris Rotunda dicta, bellis Iulij II. clara.

Consilice: *Conselice*, sic dicta quasi Caput Silicis, quòd hîc via inciperet strata silice.

Massa Longobardorum: *Massi di Lombardi*, condita anno 1232. à 150. familiis Longobardorum fugientibus ex agris Brixiano, & Mantuano ob acerbitatem vectigalium & angariarum Friderici II. Hunc agrum à Bononiensibus obtinuerunt, & hîc simul habitarunt: vnde vrbi nomen Massa.

Lucus: *Lugo*, seu *Luco*, à Luco Dianæ, castellum perhonestum, & omnibus rebus affluens, sed mœnibus caret. Hoc ciuitatem facere voluit Iulius II.

Fanum S. Agathæ: *Sant-Angatha*.

Cotignola: *Cottiguuola*, exiguum & pernobile oppidum, mœnibus firmissimis, & altâ fossâ præcinctum; conditum circa an. 1276. Malè ergo vocatur Vetus Castrum Flaminiæ viæ. Hinc oriundi Sfortiæ, nobilis in Italiâ olim poténsque familia.

Baniacauallum: *Bagnacauallo*, olim Tiberiacum, Ad Caballos, & Gabeum Leandro, oppidum perelegans, & in agro feraci situm.

Cunij ruinæ duobus mil. pass. à Luco, aliter castellum Cunium, patria Alberti Cuniatis, cuius ope grassatores Britones in Italiâ exterminati sunt. Hic excogitauit artem hominis muniendi ferro, ait Leander; perperam, quia eius artis meminit Claudianus, vt alios taceam: dirutum est à Bononiensibus, & vix

LVDIBVS.	eius rudera extant. Fusinianum : *Fusignano*, Calcagninorum Comitum, ex Ferrariâ, castellum.

FLVVII FERRARIENSES.	PADVS, *le Pó*, cuius hîc 5. ostia	Primarium : *Primaro*, quasi Primum. Volanæ : *di Volana*, à quo portus dicitur. Abbatis : *dell' Abbate*, ductum manu ostium. Gaurus : *di Goro*. Quintum Ostium : *le Fornacé*, dirimit hunc agrum à Ducatu Veneto, *le Dogado*.
	Tartarus : *Tartaro*, diuidens hunc agrum à Veronensi ex parte.	
	Vaternus : *Santerno*, alluens Bastiam oppidum.	
	Senus : *Seno*, irrigans Baniacauallum.	

CAPVT VII.

De Regno Neapolitano.

OLIM Regnum Neapolitanum in quatuor duntaxat prouincias distributum erat, Campaniam Felicem, Aprutium, Apuliam & Calabriam, ad quas postea excogitatæ referebantur: nunc ita se habet eius diuisio.

I	CAMPANIA FELIX, seu ITALICA, vulgò *Terra di Lauoro*		Neapolis : *Napoli*, nobis *Naples*.
II	PRINCIPATVS *Principato*.	CITERIOR.	Salernum : *Salerne*.
III		VLTERIOR.	Beneuentum : *Beneuent*.
IV	Apulia, quod nomen defecit, *la Poüille*.	CAPITANIATA *la Capitanate*.	Manfredonia.
V		TERRIT. BARIENSE.	Barium : *Bari*.
VI		TERR. HYDRVNTINVM seu TARENTINVM.	Hydrũtum : *Otranto*. Tarentum : *Tarento*.
VII	APRVTIVM *l'Abruzzo*.	CITERIVS.	Lancianum : *Lanciano*.
VIII		VLTERIVS.	Aquila : *Aquila*.
IX	COMITATVS MOLISSINVS *de Molisse*.		Boianum : *Boiano*. Molissa : *Molisse*.

X { Basilicata / la Basilicate. } Acherontia: *Cirenza.*

XI { Calabria / la Calabre. } { Citerior. Cosentia: *Consenza.*
XII Vlterior. *San-Seuerina.*

XIII { In-svlæ } { Boreales. Tremitanæ: *de Tremitti.* / Avstra-les { Ænaria: *Ischia.* / Capreæ: *Capri.* &c. }

§. 1. *Descriptio historica Regni Neapolitani.*

Nvm. 1. *Origo huius Regni.*

Pars hæc Meridionalis Italiæ ex quo Imperium Occidentale Ro. intercidit varias est experta vices. Primùm enim paruit Gothis, deinde Longobardis ex parte, deinceps Græcis, Francis, Sarracenis, Normannis, Sueuis; iterum Francis, Arragonensibus & Hispanis, vt ex eius Regni historiâ liquet.

Vt de reliquis taceam nec rem altiùs videar repetiisse, Sarraceni iam ab anno 845. hanc regionem infestabant, & quamquam subinde sæpè deuicti sint, atque concisi, nonnisi tamen ab Othone II. eiecti sunt ex Apuliâ, atque Calabriâ quas fortiter tuebantur. Sub annum 1000. Græci vtrâque hac prouinciâ potiebantur, quæ tamen expositæ erant deprædationibus Sarracenorum Siculorum. Normanni itaque ex eorum prosapiâ qui sub annum 900. Italiam ingressi erant, & in Romandiolâ aliquid agri obtinuerant, egregiam rei Christianæ nauarunt operam; Guilelmus qui à Brachio Ferreo nomen traxit filius Tancredi, expulsis ex Apuliâ Græcis perfidis dictus est Apuliæ Comes, cuius frater Robertus Guiscardus Apuliæ Calabriam adiunxit, & vtriusque Dux creatus est à Nicolao II. Eius quoque frater alius Rogerius quicum expulit Sarracenos ex Siciliâ, factus est eiusdem Siciliæ Comes. Ex Roberto Guiscardo nati sunt Rogerius II. & Bohemundus qui in Syriam profectus creatus est Princeps Antiochiæ; ex Rogerio II. natus est Guilelmus, cui dum pergeret Constantinopolim, vt duceret filiam Imperatoris, Rogerius II. filius Rogerij I. Comitis Siciliæ, Apuliam rapuit, atque Calabriam. Is Rogerius iam potentissimus se Regem Italiæ dixit, sed statim reliquit nomen ex

quo sibi plus inuidiæ, quàm honoris conflauerat. Verùm paulò pòst dictus est Rex vtriusque Siciliæ ab Anacleto Pseudopontifice. NORMANNORVM porrò posteritas defecit in Tancredo notho, quo mortuo transiit ad SVEVOS per Henricum VI. filium Friderici Ænobarbi, qui à Cælestino III. productus est, quia hoc regnum rediisse putabatur ad sanctam Sedem extinctis legitimis hæredibus. Henrico successit Fridericus, huic Conradus, huic Manfredus qui regnum & vitam perdidit anno 1265. quando transiit regnum ad FRANCOS, & *Domum Andegauensem* per Carolum Comitem Prouinciæ S. Ludouici Gallorum Regis fratrem. Is ab Vrbano IV. Rex vtriusque Siciliæ creatus est eâ lege, vt nullus Rex Siciliæ Imperium ambiret, neque se negotiis Hetruriæ, & Longobardiæ immisceret. Hæsitque hoc regnum in familiâ Andegauensi vsque ad annum 1383. quando Vrbanus VI. Ioannam Reginam exauctorauit, quòd fauisset Clementi VII. Antipapæ, eique substituit Carolum III. Dyrrachinum qui vtrique regno præfuit, habuitque successores Ladislaum filium, & filiam Ioannam II. qui inter seditionem & bella tantùm regnauere in regno Neapolitano. Anno 1382. Ludouicus Valesius adoptatus à Ioanna I. rerum potitus est in regno Neapolitano, eiúsque posteri, quibus successere Reges nostri Ludouici XI. Carolus VIII. Ludouicus XII. Franciscus I. Henricus II. Sed cùm Ioanna II. adoptasset sibi Alphonsum Aragoniæ Regem tum agentem in Sardiniâ, is anno 1434. in vtriusque Siciliæ regnum irrupit, & crebris fraudibus (vt nostri loquuntur Annales,) vt scribũt Hispani virtute Consalui quem suum Scipionem dicunt, in Aragoniam domum, amplissimam hanc ditionem traduxit. Sic eâ potitus Ferdinandus ex quo ad Carolum V. deuoluta est, & in Hispanicâ familiâ restitit, vsque ad nostram ætatem, quando nihil propiùs factum est quin ab eâ reuelleretur, seditione Neapolitanorum qui se tributis grauari querebantur.

NVM. 2. *Nomina Regni Neapolitani, & Prouinciarum eius.*

PRIMÒ dictum est Regnum Siciliæ cis Pharum, de quo nomine iterum agemus in Siciliâ, vbi originem huius vocis inuestigabimus. Inde dictum est regnum Neapolitanum à præcipuâ, & maximâ eius vrbe. Appellatur etiam aliquando Regnum, vnde

equi

equi Neapolitani, aliquando vocantur *Cheuaux*, *ou Coursiers de Regne*.

CAMPANIA olim ἁπλῶς dicta, postea Felix à fertilitate, tandem vocata est *Terra di Lauoro*, vel quia commodissimè aretur, vel quòd nonnisi magno labore subacta sit, & conseruata à Romanis, vt vult Leander, vel certè vt Blondus & omnes eruditi, à Campis Leborinis, quorum Plinius meminit.

PRINCIPATVS nomen accepit, quòd magna eius pars Principi Salernitano pareret.

BASILICATA vnde sit dicta negat reperisse vsquam Leander, ait tamen ita dici posse, quòd regio hæc sit asperrima, & ad instar Basilisci execranda sit; frigidè. Probabiliùs nomen habere videtur à cæli grauitate, & quòd incolas suos solo aëris ductu enecaret.

CALABRIA si ineptis quibusdam Grammaticis creditur, nomen habet à vocibus καλῶς βρύω, *benè pullulo*, seu *pubesco*, propter soli fertilitatem; meliùs ita dicitur à populis Calabris, de quibus egimus in Antiquâ, qui ex Apuliâ in hanc partem videntur immigrasse. Aliquando & *Calauria* nominatur.

APRVTIVM, vulgò *l'Abruzzo*, cur sic appellata sit Regio Samnitium, non consentiunt scriptores. Leander quatuor rationes huius vocis proponit. 1. quasi *non Brutia*, seu *fugitiua*, quòd indigenæ hac notâ infamiæ carerent. 2. ab Aprorum frequentiâ, quoniam hîc pleræque syluæ in quibus delitescunt. 3. ab asperitate montium, quasi Asperutium. 4. denique communior Blondi, Volaterrani, ipsiúsque Leandri, vult Aprutium corruptè pro *Præcutio* dictum esse, à *Præcutinis* populis exiguâ Samnitum parte.

CAPITANATA nomen accepisse dicitur à quodam Duce (Capitaneum Itali vocant) huc misso à Basilio Imperatore, qui inter reliquas vrbes condidit hîc Troiam; hæc Leander ait se legisse in antiquissimis Bononiensium Chronicis: quare Manfredoniæ locus, antea dicebatur Portus Capitaniatæ. Quæ verò Capitaniata dicebatur, cœpta est corruptè efferri Capitanata circa ann. 1018. Ita Leander.

NVM. 3. *Quantitas Regni Neapolitani.*

Longitudo eius desumitur ab ostio Truenti Fl. *Tronto* ad Prom.

Spartiuento, quæ distantia complectitur totos sex gradus maioris circuli, ac proinde 360. mil. paſ. leucas Francicas 180 Germanicas 90. Milliaria Italica quidam ei tribuunt 450. ſed flexuoſum curſum ſequuntur.

Latitudo maxima, deſumitur à Caietâ, ad oſtium Truenti Fl. 110. aliis 112. mill. paſſ. leucarum Francicarum 55. Germanicarum 27. cum dimidia. *Minima latitudo*, à ſinu S. Euphemiæ 18. aut 20. mil. paſſ. leucarum noſtrarum 9. aut 10. Germanicarum 5. circiter.

Ambitus eius dicitur nunc eſſe 1460. milliarium omnibus rectè ſubductis, Collenucius autem ei tribuit 1568. quod deflectere videtur à vero.

NVM. 4. *De qualitate totius Regni Neapolitani.*

REGNVM NEAPOLITANVM in genere caloribus obnoxium eſt, maximè cis Apenninum, non ita trans montem illum æſtus deſæuiunt niſi in Apuliâ: tum quia mons ille calorem repercutit, tum quia idem ventos Boreales & frigidos refringit. Vbique rigua eſt, quia Apenninus ex vtroque pede ſuo innumeros fluuios, & fontes emittit. Vbique oleum, vbique vinum prouenit, vbique paſcua læta ex quibus equi Neapolitani, qui 14. annos laborem ferre poſſunt, immo & annis 20. ſi bene curentur. Nutriuntur hi æſtate, in vallibus opacis, aut in iugis algidis Apennini; hyeme in planitiem deducuntur, maribus, fœminíſque diſcretis ne venere diſſoluantur, & ſub ilices proceras tempeſtate ſæuiente diffugiunt. Nulla hîc venenata animalia præter Tarentulam & Cherſydros. Tarentulæ morſus muſicâ ſanatur: Cherſydri ita dicti ſunt ſerpentes qui in terrâ, & aquis viuunt. Locuſtæ hîc quoque magnam agris perniciem inferunt. In eo metalla omnis generis, & fodinæ auri & argenti deſertæ ſunt, quia labori non reſpondebat pretium. Item hîc omnis generis marmora, lapides Lydij exquiſitiſſimi quos *Parangonas* vocant. Bubali hîc quoque vegeti, & grandes, & omnis generis animalia. Sed iam ſingulas huius regni prouincias inuiſamus.

CAMPANIA FELIX, ſeu TERRA LEBORINA molliſſimi, & temperatiſſimi aëris eſt. Aquis item abundat ad depellendos morbos. Ager hîc fertiliſſimus, atque cultiſſimus, & ferè vbique bis in anno flores emittit. Bis quoque lina proueniunt, ſemel frumen-

tum, quo exciſo *Zea*, quæ ideo *Campana*, & Italica nominatur, nobis *de l'Epeante*, ex quâ exquiſitiſſimæ pultes. Laudantur hîc vina Surrentina *de Sorrento*, Maſſicana *Maſsicano*, Nolanum *Nolano*, Græcum *di Sommâ* ex monte Veſuuio. Sulphur eruitur optimum ad Veſuuium, Gypſum ad Caietam.

Principatvs Citerior. Regio temperatiſſima eſt, quare omnes hîc longæui. Aquæ quoque hîc calidæ non paucæ, plerisque in locis frumenti ferax, maximè in agris Salernitano, Amalphitano, Dianienſi, Ebulenſi. Abundat quoque croco & moris vbique, vnde multùm hinc ſerici. In plerisque locis oleum, vinum, zea, legumina affatim naſcuntur.

Principatvs Vlterior eſt paulò frigidior Citeriore, ſed aëris ſaluberrimi eſt, armentis diues, fructibus abundans; frumento, oleo, vino circumpoſitis regionibus decedens. Ferina hîc viliſſimi pretij eſt; nuces & caſtaneæ innumerabiles. Metallicæ fodinæ auri & argenti deſertæ, quia parùm metalli reddebant.

Basilicata aſperrimum ſolum habet, ſed tamen frumenti, vini, & olei diues; hîc quoque commodiſſimè creſcunt crocus, & goſſipium: melis & ceræ copioſus prouentus, quia hîc apes plurimæ. Ad oram leguntur aliquando vniones, ſed minuti, & fuſci.

Calabria egregiè rigua eſt, cerâ, melle, paſcuis, frumento læta. Sed ſuper cæteras merces commendatur Manna Calabricum, triplicis generis, vnum dicitur *di Fronde*, quia ex foliis legitur, exquiſitiſſimum prorſus: aliud *di Rami*, quia colligitur ex ramis, aliter dictum *di Pietra*, & *di Terreno*, quia rupibus & terræ adhæreſcit: tertium denique vile dicitur *di Corpa*, elicitúrque inſtar gummi ex pinis perterebratis, & lacrymas emittentibus. Olim primogenitus Regis Neapolitani dicebatur Dux Calabriæ.

Calabria Citerior frugum copia diues eſt, oleúmque optimum emittit, & magni in Italiâ pretij. Mori hîc quoque plurimæ, quare ſerici magna copia. Sal quoque candidiſſimum ex rupibus effoditur. Metalla item omnis generis, ſed ferrum & calybs aliis anteferuntur: ferinæ quoque ingens copia ex Apennino, & ſyluis ampliſſimis.

Calabria Vlterior, montibus tumet, balneis abundat, dat fructus optimi ſaporis. Bolus Armeniacus hîc ante aliquot annos detectus eſt. Equi quoque hinc vegeti, armenta innumera, mellis ſuprà quàm credi poſſit copia, accerſuntur.

APVLIA, vt olim nunc etiam calores acerbissimos experitur, & muscas tam importunas vt locum parœmiæ dederint, qui pœnas inferni hîc prægustare velit, huic æstatem in Apuliâ, hyemem ad Aquilam transigendas esse. Certè calor hîc plerumque tantus, vt etiam vina in vasis corrumpantur. Et tamen quod mirabere, pascuis lætissima est, vt mox ex eius partibus edisces.

Capitanata solum habet siccius, & arenosum, pabulum tenue, sed exquisitum, & quod paruâ copiâ pecori armentóque sufficiat: ideóque Regis nomine pascua leui pretio à possessoribus redẽpta, locantur, vnde aliquando Rex subductis impensis ducenta quinquaginta & ampliùs ducatorum millia conficit; nam ex Aprutio, & vicinis agris huc armenta & pecora deducuntur; ferúntque hîc aliquando 5. milliones pecudum numeratas esse, supra mille capita boum, mille equorum; sed arboribus ferè tota caret.

Barensis ager temperatissimus est, frumenti, & leguminum ferax, item & croci, atque omnis generis fructuum. Phalangia quoque, seu Tarentulæ hîc plus nocent, quàm in aliis Italiæ locis. Serpentes hîc quoque plurimi, sed Ciconiæ egregiam operam locant iis exterminandis.

Hydruntinus ager grandini obnoxius est, atque fulminibus; siccior est, & tamen pascuis lætus. Oleum eius toti Italiæ sufficeret. Chersydri hîc plurimi visuntur; item & locustæ quas *Caualettas* vocant, earum examina sæpe agros desolarent, nisi Gauij (volucrum genus est) ea dissiparant. Ex plebe hîc plurimi leprosi, quia suillâ carne, & ficubus siccis plebeij victitant.

COMITATVS MOLISSENSIS fertilis est, & frumento abundat, croco, vino, gossipio, serico. Hîc tam multæ feræ, vt earum caro domesticis viliùs veneat.

APRVTIVM CITERIVS riguum est, collibus tumet, syluis distinguitur, ideóque frigidius cæteris reliquis huius regni partibus. Dat frumenti, vini, olei, croci plurimum. Pix quoque hîc è terrâ eruitur. Niues hyeme hîc tantæ, vt ex montibus deuolutæ plerumque viatores obruant, maximè ad montem Maiellam.

APRVTIVM VLTERIVS quoque frigidum, vnde prouerbium cuius suprà meminimus in Apuliâ. Ad Aquilam crocus ita crescit, vt toti Europæ sufficere videatur. Abundat quoque frumento, lino, fructibus, & ferinâ.

NVM. 5. *De Moribus incolarum Regni Neapolitani.*

INCOLÆ huius Regni pessimè audiunt apud reliquos Italos, vnde prouerbium, Regnum Neapolitanum *Paradisum* esse, sed incolas *Dæmonas.* Generosi sunt omnes, & fortes, atque luculentam Hispanorum Regi nauant operam in omnibus bellis, & si hi deficerent equestris militia Hispanorum planè iaceret. Nobiles hîc ferè otiosi viuunt. Omnes eleganter vestiti incedunt. Nusquam plures meretrices quàm Neapoli. Mulieres tam splendidè vestitæ, vt nobiles à plebeiis vix distinguantur. Frugales sunt Neapolitani, & parci, sed cùm res exigit splendidi supra vires atque fortunas. In seditiones propendent, quibus ætate nostrâ iugum Hispanicum tantùm non excusserunt. Lingua Neapolitana inquinatior; sed longè magis Calabra; turpissima, & ridicula Apula.

CALABRI astuti creduntur omnes, malitiosi, pertinaces, quæ vitia auxere quoque Albani, qui ex Græciâ inter hos sparsi sunt. Ingenio sunt peracri, corpore compacti, & expeditissimi ad longum iter peruolandum.

APVLI robusti omnes, atque proceri, ad bella nati, & satis fideles, sed ingenij obtusioris.

SAMNITES denique, seu incolæ *Aprutij*, generosi, candidi, fortes, liberales, fideles, & multùm de Gallorum moribus referunt.

Cætera quæ de iis circumferuntur satyræ potiùs videntur, quàm morum obseruationes.

NVM. 6. *Politia huius Regni.*

STATVS HVIVS REGNI. Nobilitatis hîc infinitus propemodum numerus est; recentior libellus editus Amstelodami numerat 19. Principes, Duces 25. Marchiones 37. Comites 54. Barones supra mille. Alij minorem numerum suggerunt, alij maiorem. Certè qui Gallicè editus est de Principibus Italiæ tractatus, 60. Principes suggerit, ferè centum Duces, plures Marchiones, pauciores Comites, de Baronibus cum Amstelodamensi concinit. His defunctis, nisi consanguinei sint adeò propinqui, vt iure Pragmaticæ Sanctionis succedere queant, ad Regem Hispaniæ eorum di-

tiones deuoluuntur. Eæ postea venduntur ditioribus mercatoribus, aut nepotibus Cardinalium, vnde discordiæ aluntur inter illos, & antiquam Nobilitatem, quâ non insipienter vtuntur Hispani. Oppida nullis Baronibus, aut Dominis subiecta à Rege venire possunt, & sæpè veneunt.

Administratio. Regni huius caput est Prorex, qui etiam oræ Tuscæ prouidet, vt præmonuimus: & is ferè tantùm triennio præest. Emittit à se delectos, Proreges etiam appellatos in Aprutium Citerius, Capitanatam, regionem Hydruntinam, Barianam, vtramque Calabriam, & Principatum vlteriorem. Prorex consilium habet Collaterale dictum, quia Proregi assidet, eúmque adiuuat ad Regnum administrandum. De aliis magistratibus, dignitatibus, foris, lege tractatum de Principibus Italiæ, & Dauitium. Neapolis autem ciuitas regitur à consilio sex virorum, quorum quinque ex Nobilitate de singulis vicis, & vnus ex plebe. Sed de illis vicis postea agemus in Geographicâ descriptione.

Militia. Peditum hîc quatuor aluntur millia sub diuersis Tribunis, & vno Præfecto quem vocãt *Maëstro di Campo*, & vno iudice quem appellant Auditorem: vocantur hæ copiæ *Terzo di Napoli.* Præterea in arcibus, castellis, turribus mille sexcenti Hispani pedites numerantur. Equitatus ex mille Cataphractis constat in sedecim turmas distributus, singulæ turmæ 60. continent, Proregis tamen turma 100. numerat, præterea quadringenti velites in quinque turmas diuisi sunt. Quot autem possint exigi milites rebus exigentibus, exinde edisces quòd in hoc regno quingenta quinquaginta focorum millia numerentur, quinquies centies mille capita supra duos milliones. Triremium quinquaginta classis, quia regnum ferè mari inuadi potest.

Divitiæ. Annuus reditus est vicies quinquies millium ducatorum, seu duorum millionum cum dimidio, præter alia vectigalia, quæ primùm donatiui nomine extorta, in tributum ordinarium transierunt. Item & aliquid frumenti in singulos focos pro hospitiis præsidiariorum, & nobilium qui Proregem comitantur, pro custodibus turrium maritimarum, pro reparatione viarum militarium, denique pro circitoribus campestribus. Certè omnes Proreges, & præfecti ex eo regno diuites redeunt, vnde grauissimæ seditiones ortæ, quas hactenus satis feliciter Hispanus sopierat, sed quæ concitata est 1647. pænè eos ex hoc regno exterminauit.

VRBES MVNITÆ, & præsidiis instrui solitæ, sunt *Piscaria* & *Ciuitella* in Aprutio, *Bestricia* & *Manfredonia* in Basilicatâ: *Barleta, Trani, Biseglia, Monopoli* in tractu Barriensi: *Taranium*, *Cortona*, *Rheggio* in Calabriâ: *Neapoli* & *Caieta* in Campaniâ. De arcibus suis locis dicetur in vrbibus quibus adiacent.

PORTVS sunt Neapolitanus, Baianus, Caietanus, Brundusinus: Tranius in Barriensi agro si reficeretur centum naues & ampliùs caperet. Tarentinus amplissimus est, sed in dies obducitur, metu vt aiunt ne eo Turca vtatur ad inuadendum hoc regnum.

TVRRES LITORIÆ in toto regno sic numerantur: in *Campaniâ* 32. in *Principatu citeriore* 69. in *Basilicata* 7. in *Calabriâ Citeriore* 27. in *Calabriâ Vlteriore* 50. in *Agro Hydruntino* 65. in *Bariano* 16. in *Aprutio Citeriore* 7. in *Aprutio Vlteriore* 6. in *Capitanatâ* 22. omnino vna cum trecentis.

VIÆ quibus exercitus terrestres traduci possunt ex ditione Pontificiâ in hoc regnum, quatuor numerantur. *Prima* per Fanum S. Germani, Frusinonem, Anagniam, satis infeliciter à Gallis tentata tempore Gonsalui. *Secunda* per Fucini dextram ripam, & Valerij vicum, admodum difficilis ob asperitatem montium. *Tertia* per ciuitatem Reate. *Quarta* denique expeditissima per Firmum, Asculum, Ciuitellam, Iuliam Nouam, quæ planior, & tutior, & ducit in Apuliam omni rerum copiâ abundantem.

FAMILIÆ ILLVSTRISSIMÆ; *Caraffæ, San-Seuerini, Colomnæ*, *Bisiniani*, *Picolominei*, *Aquauiuæ*, *Spinelli*, *Castriotæ*, & alij quos hîc recensere prolixum esset.

§. 2. *Descriptio Geographica Regni Neapolitani.*

NVM. I. *Campania Felix*, Terra di Lauoro.

CIVITATES MA-

NEAPOLIS: *Napoli*, nobis *Naples*, de quâ Paragrapho proximè sequenti.

PVTEOLI: *Pozzuoli*, nobis *Pouzzol*, portum habet commodissimum, sed oblimatur sensim: vrbs quoque multis terræ motibus deformata est. Circa hanc plurima balnea, & aquæ salutares, de quibus in Admirandis.

ISCHIA: *Ischia Citta*, de quâ in Insulis.

RITI- | MÆ | CAM- | PA- | NIÆ.

Castellvm Almarinvm, cognomine Boturnensium ait Leander: *Castello à Mar di Volturno*, aliter *Castel di Volturno*, ad ostium prædicti fluuij.

Vicvs, seu Viciaqua: *Vico*, exigua ciuitas, sed lauta satis & in agro peramœno: à quibusdam Principatui Citeriori attributa in quam incurrit: Equensis cognominatur.

Svrrentvm: *Sorrento*, perantiqua ciuitas monti insidens, sed longè augustior quàm olim fuit, vt vicina rudera arguunt.

Massa: *Massa di Sorrento*, à quibusdam Principatui quoque inseritur, recèns ædificata est, & ab eâ dictum vinum Massanum, olim Surrentinum.

Caieta: *Gaëta*, nobis *Caiete*, ciuitas munitissima cum arce duplici, & magno præsidio Hispanorum, qui eam clauim huius regni nominant. Datus est ei Episcopus post Formias à Sarracenis excisas, & ossa D. Erasmi Martyris in eam translata. Patria fuit Thomæ à Veio Caietani Cardinalis.

OPPIDA & MINORA LOCA MARITIMA CAMPA-

Spelunca: *Sperlonga*, aliter Castellum Spelunca versus Campaniam Romanam.

Mola: *Mole*, sic dictus à multitudine Molarum vicus longissimus, non procul ab eo loco, vbi olim Formiæ à Sarracenis destructæ.

Patria: *Patria*, turris in ruinis Literni, ad lacum cognominem.

Cuma: *Cuma*, rudera antiquæ vrbis, sed ex veteri loco translatæ.

Baianum Castrum: *il Castel di Baia*, iuxta quod Balneum Ciceronianum, de quo in Admirandis.

Mergelinæ, aliter Mergulinum: *Mergolino*, domus cultissima Sanazarij viri doctissimi, vbi versabatur cum viris eruditis, eámque post mortem Seruitis Religiosis donauit.

Turris Græca: *Torre del Græco*, sic dicta à vino Græco, vel à conditore, origine Græco. Alij dictam volunt Turrim Octauam, quòd octauo lapide à Neapoli distet:

941



PARTIE DE L'A BRUSSO CITERIEURE
PART IE DE
LA CHAM PAIGNE D'ITALIE ou la TERRE DE LABEUR.
LA TERRE DE LA BEUR
CHAM PAI GNE DE ROME
Terra Cina
Fondi
Enola
Traietto
Gaieta
Mola
Sperlonga
M. Dracone
S. Vittore
Tiano
Calvi
Capua
S.M. de Capoue
Averza
Nola
Acerra
Poggio Reale
Somma
T. Greco
Naples
Sarno
Sorrento
Massa
Salerne
Vico
Caiazzo
Telese
Sabato R.
Benevent
Molisse
Volturno R.
Aliffe
Venafro
Arce
M. Cassino
S. Germano
Aquino
Bobmonte
Arpino
Fibreno R.
Sora
Liris
M. Apennin
LA PRIN CIPAUTE CITE
LA PRIN CIPAUTE CA
LA MER DE TOSCANE
Ponza
Palmarvola
S. Maria
Sanone
La Botta
Ventene
Ischia
Procida
Cuma
Patria
Baia
Il Castello
Pozzuol
Marcegliano
Durgozaro
Madalone
Morone
Zerta
Golphe de Pouzzo
M. Castello
Averno lac
Bagni
Pouzzol
Lac de Agnano
Lac de Colluzia
Capo Miseno
Mare Morto
Baia
Cuma
LA BELLE VEUE DU MONT PAUSILIPPE
C. S. Elmo
M. di Somma
Naples
Somma
C. Nuovo
C. del Ouo
Le Golphe de Naples
Pausilippe
NAPLES
le grand Mole

NIÆ.	ſtet: olim dicebatur Herculanium. Turris Nunciata: *Torre del Annunciata*, Caſtellum elegans non procul à Sarni Fl. oſtio.
CIVITATES MEDITERRANEÆ CAM-	CAPVA Noua, *Capua*, nobis *Capouë*, ad Fl. Vulturnum, quando excitata fuerit diximus in Antiquâ. Direpta eſt à Conrado Friderici II. Imp. filio, & iterum ab exercitu Lud. XII. Gall. Regis deformata; ciuitas nunc tenuis & multum ab antiquâ diuerſa, & loco & diuitiis. NOLA: *Nola*, nobis *Nole*, nunc anguſta ciuitas, olim ampliſſima, de quâ librum ſcripſit Ambroſius Leo. ANVERSA: *Auerſa*, veteris Atellæ ruinis inædificata, & oppoſita Capuæ & Neapoli à Roberto Guiſcardo Normanorum Duce, vnde & dicta eſt quaſi *Aduerſa*; alij aliter eius conditorem vocant. Deleta eſt à Carolo I. Rege Neapolitanorum. SVESSA: *Seſſa*, Ducatus titulo inſignita; in eâ nobiles pleræque familiæ: patria fuit Auguſtini Niphi. FVNDI: *Fondi*, dono data Proſpero Colonnæ à Ferdinando Arag. & Neapol. Rege. Capta à Caradino Ænobarbo 1534. & omnes ciues abducti in ſeruitutem. ACERRA: *Serra*, ſeu *Acerra*, ad Fl. Patriam. TRAIECTVM: *Traietto*, in quam tranſlatus Epiſcopatus Minturnenſis. ALIFÆ: *Aliſi*, in montanâ regione non procul à Vulturno fluuio. AQVINVM: *Aquino*, vnde dictus S. Thomas; & antea viri aliquot magni inde oriundi fuerunt. MONS CASSINVS: *Monte Caſſino*, in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ memorabilis, incunabula ordinis D. Benedicti; varias expertus vices, ſæpe incenſus, ſæpe reparatus locus. SORA: *Sora*, Ducatus caput: incenſa eſt à Friderico Imp. quis eam reſtituerit neſcitur: nunc ſatis lauta eſt & frequens. TEANVM: *Tiano*, olim cognomine Sidicinum ad diſcrimen Apuli, ditio Principis Stiliani *Stigliano*.

PA- NIÆ.

CALATIA : *Gaiazzo*, ſeu *Caiazzo*, octo millibus paſſuum à Capuâ diſiuncta.

CALVI olim Cales : *Calui*, de quâ multa fabuloſa circumferuntur.

TELESIA : *Teleſe*, quam aliqui perperam in Aprutio collocant, quia Samnitium olim fuit.

VENAFRVM : *Venafro*, cuius ager vt olim, ſic nunc ab oleis celebratur.

CARINVLA : *Carinola*, non procul diſſita à veteris Caleni ruinis, cuius vina etiamnum laudantur, vt olim Calena.

CASERTA : *Cazerta*, ad radicem Tifatæ montis.

LARINVM : *Larino*, quam ciuitatem volunt decerptam, poſtremâ diuiſione, à Comitatu Moliſſenſi, quod minùs probabile; nimis enim à Campaniâ hæc diſiuncta eſt.

OPPIDA & MINORA LOCA MEDITERRANEA

Itrum : *Itri*, in loco peramœno ſitum oppidulum.

Caſtrum Nouum : *Caſtro Nuouo.*

Arx : *Arce*, de quâ in Veteri.

Arpinum : *Arpino*, locus olim quàm nunc celebrior.

Fanum S. Germani : *San-Germano*, in ditione Abbatis Caſſinenſis : laudantur eius acus.

Gallutium : *Gallutio*, non procul à Venafro, in quo Rogerius filius Rogerij Siciliæ Comitis obſeſſus eſt ab Innocentio II. vbi & Pontifex cum Cardinalibus captus eſt, & perhumaniter habitus.

S. Maria Oliuetina : *Santa Maria di Aluito*, corruptè pro *Olineto.*

Turris Francoliſena : *Torre Francoliſi.*

S. Maria Gratiarum, ſeu Capua vetus : *S. Maria del Gracia*, aliter *la vieille Capouë*, duobus millibus à Capuâ Nouâ in Meridiem, vbi multa veſtigia antiquitatis.

Marlianum, ſeu Marianum, & Merelianum : *Marciglia-no.*

Poggium Regale : *Poggio Reale*, palatium nobile ædificatum à Ferdinando I. Aragonio in ruinis Palæopolis, vbi aquæ limpidiſſimæ : nunc deficit, quia ſar-

CAMPANIÆ.	ta tecta non curantur. Matalonis, aliter Mataleonis, & Magdalonium: *Matalone*, Comitatus nobilis Caraffarum. Moronida: *Morone*. Duratianum: *Durazzaro*, Ratanorum patrimonium. Somma: *Somma*, burgus elegantissimus ad radicem Vesuuij, à quo nomen nouum mons accepit.
FLVMINA CAMPANIÆ.	Liris: *Carigliano*, in historiâ nostrâ celeberrimum, ad quod res Gallicæ olim afflictæ sunt: recipit fluuiolos Fibrinum *Fibreno*, Melum *Melle*, seu *Melfa*, & aliquot alios. Sauo: *Saone*, aliter *Liuigliano*, in paludes extensum. Vvltvrnvs: *Volturno*, olim Casilinus dictus Agathiæ, qui ad eum refert victoriam Gallorum. Recipit Caluum *Calui*, Sabbatum *Sabbato*, & alios. Clanis: *Clanio*, aliter *Patria*. Sarnus: *Sarno*, aliter *Scafati*.
LACVS CAMPANIÆ.	Mortuum Mare: *Mare Morto*, sinus veriùs appellandus. Avernvs: *Auerno*, seu *di Tripergole*: ab antiquis eius fundus explorari non poterat, nunc deprehensus est vlnarum CCCLX. teste Leandro; de eo iterum in Admirandis. Acherusius: *Lago di Collucia*. Anianus, seu Thermæ Anianæ: *Lago d'Agugno*, de quo in Mirabilibus plura dicemus. Balnea hìc quoque innumera, quæ eleganter, & accuratè descripta leges apud Leandrum.
MONTES PRÆCIPVI	Vesvvivs aliter Somma à vicino pago: *le Vesuue*, aliter, *le Mont de Somma, ou de Somme*, vitibus magnâ ex parte consitus, & peramœnus, nisi ab eâ parte per quam eructauit incendia. Ætate nostra sic æstuauit, vt calamitatem vltimam Neapolis expectaret. Pavsilipvs: *Posilipo*, excurrens in mare, & Promontorium cognomine emittens, amœnissimus quoque, cuius imago etiam oculos ineruditos distinet, quam tibi in appendice Tabulæ exhibemus.

CAM- PA- NIÆ.

CISTELLVS: *Monte Cistello*, corruptè in Tabulis *Ristello*, cui fixa erat antiqua Cuma.

ASTRVNVS: *Astrugno*, editissimus cuius in medio lacuna ingens, & in huius fundo Aquula iugis cum exiguo luco, nam in morem amphitheatri mons ille excauatus est, quod terræ motu factum esse putat Leander.

MONS CHRISTI, *Monte Christo*, efformatus in clade Tripergolanâ, quando vicus Tripergulanus Balneis suis celeberrimus obrutus est anno 1536. tunc autem terra mugitum horribilem edens, flammámque & lapides eructans montem hunc concinnauit.

MONS DRACONIS: *Monte Dragone*, nunc quoque vt olim vitifer, Massicus antiquis dictus.

CRYPTÆ CAM- PA- NIÆ.

BAIANA, seu CVMANA angustiore aditu, vulgò *la Grotte de la Sibylle*, de quâ multa fabulosè à Poëtis conficta sunt. Carebat olim exitu, sed Agrippa gener Augusti luco Auerni succiso, ductâque fossâ Cumas vsque fabulas illas dissipauit, quæ erant de Cimmeriis tenebris confictæ.

NEAPOLITANA: *la Grotte de Naples*, ad mille passus geometricos circiter porrigitur excisa in radice montis Pausilipi 15. pedum circiter latitudinis, ad totidem altitudinis. Alphonsus Rex Aragonum eam dilatauit, & spiraculis iam obturatis, duo noua in montis latere aperuit. Petrus autem Toletanus Prorex Neapol. pro Carolo V. ad perpendiculum sic eam deduxit, vt vtrumque ostium pro lumine esse possit per eam gradientibus.

NVM. 2. *De vrbe Neapolitana*, Napoli, *nobis* Naples.

QVANTITAS. Olim ambitus eius erat trium millium, nũc ad sex millia extensus est, seclusis suburbiis quorum aliqua ad duo millia passuum videntur procurrere.

CVRIÆ seu VICI,

1. CAPVANVS: *di Capua*, ex familiis 42. conflatus.
2. MONTANVS: *di Montagna*, ex familiis 22.
3. NIDENSIS: *del Nido*, ex familiis 57.

vulgò *Seggi.*
4. PORTVENSIS : *del Porto*, ex familiis 25.
5. PORTÆ NOVÆ : *di Porta Nuoua*, ex familiis 17.

ARCES & CASTRA NEAPOLITANA.

NOVVM CASTRVM : *Castro Nuouo*, excitatum à Carolo Andegauensi S. Ludouici fratre, vt vrbi & portui præsidio esset, à Ferdinando Aragonio munitum. Figuræ quadratæ est, & palatium luculentum habet.

CASTELLVM OVI : *Castello del Ouo*, quia in formam Oui efformatum est, in Insulâ Megari excitatum à Guilielmo III. Normanno, ideóque olim dictum Castellum Normannicum, aliter & castrum Luculli.

SANTREMENSE CASTRVM : *Chasteau S. Erme*, aliter *S. Elme*, conditum à Roberto primo filio Caroli II. Sed à Carolo V. Imperatore inexpugnabile redditum, ideóque dictum Frenum Neapolitanum. Addidit etiam aliquid Philippus II. ad munitiones.

CASTRVM CAPVANVM, seu VETVS : *Castro Capuano*, olim sat munitum, sed curiis tantùm, & consiliis adhibitum.

Turris S. Vincentij : *Torre San-Vincenzo*, prope Castrum Nouum, propugnaculi instar quod Franci aliàs sex mensibus propugnarunt.

Turris S. Mariæ Carmelitanæ : *il Torione della Madona del Carmine*, locus his vltimis turbis, & seditionibus celebris & munitus.

SVBVRBIA. Septem hîc numerantur.
PORTÆ. Decem in eâ perhibentur esse.

NVM. 3. *Principatus Citerior, vulgò* Principato Citra.

CIVITATES MARITIMÆ

SALERNVM : *Salerno*, nobis *Salerne*, à mari mille passibus dissitum, Academia Medicorum percelebris, & caput Principatus, vnde olim primogenitus Regis Neapolitani nomen ducebat. Hîc corpus S. Matthæi seruatur in Templo celeberrimo : celebrantur quoque huius tractus Malogranata.

AMALPHIS : *Amalphi*, vnde oræ nomen *la Coste d'Amalphi*, quæ tam multis vicis & pagis distincta est, vt vna


L'ABRUZZO
CITERIEU=
=RE
M. Negro
TERMOLI
Lesina
LESINA
Lac de Varano
S.M. de Varano
Rhodia
Ischitella
LE
GOLFE
DE
VENISE
VIESTE
Porto Græco
M. S. Angelo
MANFREDONIA
Siponto
Lago Salso
Gaglionisi
Campo Marino
Trigno Fl.
Tiferno Fl.
LARINA
Chiuti
Serra Capriola
Percina
S. Licandro
S. Gioanni di Pitondo
Candelaro Fl.
Fortore Fl.
Tragonara
S. EVIERO
Celenza
FERENTINO
VOLT
VRARA
LVCERIA
Castelluzio di Valle Maggiore
Foggia
Brisolin
Tamara Fl.
Ponte Landolpho
Volturno Fl.
M. Leone
M. Crepacore
TROIA
Cervaro
C. Franco
S. Iori
BOVINO
Fontana del Pisce
SALPE
Cerignola
PARTIE
DE BARRI
Canosa
Sabato Fl.
M. Calue
Decelleto
Carapole Fl.
S. Leonardo
Fontana Fora
M. Tabor
AGATHA
BENEVENT
ARIANO
Ascoia
Lofonto Fl.
Airola
M. Fuscolo
Mirabella
FRICENTO
CEDOGNA
Taurasi
Altauilla
S. Angelo de Lombardi
ANGELO
Bisazza
Nola
M. Virginis
M. MARANO
NVSCO
PARTIE
M. Verde
Marcogliano
AVELLINO
Montella
Bognola
DE
CONZA
NAPLES
Sarno
S. Seuerino
Calabrito
Ruuo
BASI
LA
PRINCI=
=PAUTÉ
ET LA
CAPITA
NATE
Stabia
LETTERE
RAVELLI
Castelluzza
Bartipaglia
CAPAGNA
Cagliano
Coturfi
Vico
SCALA
Eboli
SALERNO
Valuiano
SORENTO
Massa
Minori
AMALPHI
Capreæ
Capo della Minerua
Gallo
S. Pietro
Altauilla
Postiglione
T. di Pesti
Cotrone. M.
Polla
CACIANO
Marsico Nuovo
Capaccio
Agropoli
S. Arsiero
Athene
Diano
Padula
C. del Abat
LI CATE
Casal Nuouo
Buon Habitacolo
Casal Nuono
Saponara
Bostrano
Sanza
Capo della Licosa
POLY CASTRO
S. Seuerino
CA
LABRE
C. della Pisciotta
39
40
41
42

PRINCIPATUS CITERIORIS.

vrbs videatur. Nautæ hîc excellentes, quare ab iis inuenta dicitur pixis Nautica, seu Magnetica an. 1300. à Flauio Gioia. Hîc seruatur corpus S. Andreæ, de quo in Admirandis. Olim Ducatus titulo insignita est.

MINORA: *Minori*, & *Minuri*, non procul à littore, cuius Episcopus dicitur Minorensis.

TVRRIS MARINA BRVCCANA: *Castel à Mare della Bruccana* ciuitas, sed sine Episcopo, non procul à littore.

POLYCASTRVM: *Polycastro*, vnde sinus nomen habet, ciuitas Ducatus titulo insignita.

CAPRI: *Capri*, de quâ in Insulis.

LOCA MINORA MARITIMA HVIVS TRACTVS.

Castellum Almarinum cognomine Stabiense: *Castel à mare di Stabia*, in agro peramœno, & frugifero, olim Stabiæ.

Acropolis: *Agropoli*, vnde ait appellari sinum vicinum Leander.

Castellum Abbatis: *Castello dell' Abbate*, nouum oppidum, at sat lautum.

Molphæ: *Molpa* turris, olim vrbs in colle, à piratis destructa est.

Pisciota: *Pisciota*, ad quam vrbeculam magna Buxi copia nascitur, vt ait Leander.

PROMONTORIA.

Mineruinum: *Capo del Minerua*, Capreas Insulam respiciens; à Mineruæ templo nomen retinet.

Vrsinum: *Capo dell' Orso*, nautis horribile, quia hîc marini æstus atrociores quàm in reliquâ orâ.

Pisciotanum: *Capo di Pisciota*.

Palinuri: *Capo di Palenudo*, leuiter voce detortâ.

CIVITATES MEDITER-

SARNVM: *Sarno*, ad fontem fluuij cognominis.

CAVA: *la Caua*, à loci situ sic dicta, nunc pænè deserta, eius incolis ruri degentibus, & tantùm hostium metu in eam refugientibus; ad hanc Abbatia celeberrima cognominis.

NVCERIA cognomento Paganica, seu Paganorum: *Nocera delli Pagani*, ita dicta vel quia Sarraceni victi ad Lirim Fl. à Ioanne X. Pontifice hac se continuerunt, vt

RANEÆ PRINCIPATUS CITERIORIS.

vt ait Volaterranus, vel vt credit Raſſanus, à ruſticis circum in pagis degentibus.

CAMPANIA: *Campagna*, Marchionatus titulo illuſtris, data antea Principi Monachienſi *de Monaco*; Epiſcopatus eius vnitus eſt Satrianenſi.

CANGIANVM: *Cangiano*.

CAPVT AQVEVM, ſeu Cappacia: *Cappacio Nuouo*, nam vetus ſenſim deficit; dicitur facta eſſe hæc ciuitas ex Pæſti ruinis.

ACERNVM: *Acerno*.

RIVELLVM: *Rauello*, noua ciuitas in monte condita, & nulli iam huius regni decedens, in quâ aliquot palatia.

LETTERANVM: *Lettere*, ciuitas exigua ad partem Borealem montis.

SCALA: *Scala*, ciuitas varias experta vices.

MINORA LOCA MEDITERRANEA

San-Seuerinum: *San-Seuerino*, vnde familia Sanſeuerinatum, qui origine Galli ſunt, inquit Volaterranus, quorum vnus cæteris fugientibus interulâ cruentâ hoſti detractâ vſus eſt pro vexillo.

Angrium: *Angri*.

Bracilianum: *Bracigliano*.

Vicus Veterum: *Vietri*, vbi villæ plurimæ, eæque peramœnæ.

Caſtellucium: *Caſtelluzzo*.

EBOLVM: *Euoli* perhoneſtum, & opulentum oppidum, vnde dicta Sylua Ebolana latrociniis infamis, *Selua d'Eboli*.

Fluſcianum, ſeu Bartipalia: *Fluſciano*, ſeu *Bartipaglia*, olim nobilis vrbecula, & ſedes iuridica regis ad torrentem *Telegro*.

Toranum: *Torano*.

Calabritum: *Calabrito*.

Calianum: *Cagliano*.

Valuanum: *Valuano*.

AVLETA: *Auletta*, à quâ non procul ſpecus, in cuius medio Ara Sancto Michaëli Archangelo ſacra, vbi ple-

PRINCIPATVS CITERIORIS.	rumque celebrantur sacra mysteria.
	Pæstanæ Ruinæ : *Pesti Rouinata.*
	Altavilla : *Altauilla.*
	Contronium : *Controne.*
	DIANVM : *Diano*, vnde Diania vallis fertilissima quam efficit Fl. Niger, oppidum opulentum, & nobile.
	Pola : *Pola*, Salernitani Principis Patrimonium.
	Sant-Arsenium : *Sant-Arsiero*, aliter *Sant-Arsuro.*
	Atenum : *Athene.*
	Marsicum Nouum : *Marsico Nuouo*, ad radices Apennini.
	Saponaria : *Saponara.*
	Cicinianum : *Sisignano.*
	Bon-habitaculum : *Bona-habitacolo*, Marchionis Padulani castellum.
	PADVLA : *Padula*, nobile oppidum in familiâ Marchionis Cardonæ; cui adiacet nobile Cœnobium Carthusianorum ad pedem collis.
	Casale Nouum : *Casal Nuouo*, cuius ager fertilissimus frumenti, & vicini colles vestiti vitibus.
	Contursium : *Contursi*, aliter *Contorzzo*, vrbecula Principum Venusinorum.
	Satianum : *Sanza.*
	Rofranum : *Rofrano.*
	Rupes Gloriosa : *Rocca Gloriosa.*
	Camariota : *Camerotta.*
	San-Seuerinum : *San-Seuerino*, vino suo celebratissimum, in ditione Principis Abellini.

FLVVII HVIVS REGIONIS.	Silarus, seu Siler : *Sello*, malè apud Nigrum *Sily*, de quo in Admirandis : cum eo iungitur
	NIGER : *Negro*, qui hauritur cuniculo, de quo egimus in Antiquâ, olim Tanager.
	Salus : *Salo*, aliter *Busanola*, ab indigenis, Salernum alluens, à quo & nomen accepisse putatur.
	Salsum Flumen : *Fiume Salso*, de quo in Veteri.
	Hales : *Halente.*
	Pisciota : *Pisciota*, olim Elea.
	Melpis : *Molpa*, San-Seuerinum alluens, aliter dictus *Melpha*, & *Molpha.*

MONTES

- Postilionis: *Monte di Postiglione*, ab oppido vicino sic dictus, pascuis lætus.
- Cappacius: *Monte di Cappaciò*, ex quo exoritur Fluuius Salsus, olim mons Calamatius, vel Culamarius.

LACVS.

- Ricilianus: *Lago di Ricigliano*, à quo non procul templum Sanctæ Mariæ celeberrimum, vulgò *Santa Maria di Sperlonga*.
- Abetinus: *Acqua di Abeti*, non procul à Calabrito.

NVM. 4. *Principatus Vlterior*, Principato Vltra.

CIVITATES PRINCIPATVS VLTERIORIS

- BENEVENTVM: *Beneuento*, nobis *Beneuent*, ciuitas amplissima, olim diruta à Gothis, restituta à Longobardis, qui eam sedem vnius è Ducibus suis constituerunt. Quomodo cesserit Summo Pontifici non est facile pronunciare, quidam volunt à Guilelmo Normanno datam Hadriano IV. alij ab Henrico I. aliis II. qui eam Leoni IX. obtulit, quare Ecclesia Bambergensis leuata est tributo quod Ecclesiæ Romanæ pensitabat. Nomen indidit regioni quæ dicitur Vallis Beneuentana, seu Fauces. Eius Archiepiscopo plurimi Episcopi subditi sunt.
- COMPSA: *Conza*, antiquissima ciuitas & Archiepiscopalis, sed sensim deficiens ad Fl. Aufidum.
- ALCEDONIA: *Cedogna*, aliter *Lacedogna*, in limite Capitaniatæ.
- AVELLINVM: *Auellino*, cuius Episcopus dicitur Auellinensis, ad discrimen Campani qui Auellinus appellatur, sicque distinguuntur in libro Fisci Pontificij.
- ARIANVM: *Ariano*, ciuitas sita in colle difficili, & aspero, veteribus dicta Iani ara, ait Volaterranus, Comitatus titulo clara.
- BISACIVM: *Bizaccia*, aliter *Bizazza*.
- MONS VIRIDIS: *Monte Verde*, in limite Basilicatæ, cuius Episcopatus iam vnitus est Nazareno Archiepiscopatui, cuius sedes Baruli *Barletta*.
- MONS MARANVS: *Monte Marano*, ad Fl. Calorem.
- NOSCVM: *Nusco*, in asperâ regione sita ciuitas.

RIS.

- Sant-Agatha cognomine Gothorum: *Sant-Agatha di Gothi*, in limite Campaniæ.
- Fanvm S. Angeli: *Sant-Angelo*, in montuosâ regione.
- Vicvs Baroniæ cognominatus: *Vico della Baronia.*
- Frigentvm: *Fricento*, non procul à Tripalto fluuio, iuxta quam ciuitatem Ampsancti, de quibus in Miraculis.

OPPIDA & MINORA LOCA PRINCIPATVS VLTERIO-

- Mons Fvscvlvs: *Monte Fuscolo*, vbi sedes iuridica regia huius regionis, vrbs lepida cum primis.
- Pons Landulphi: *Ponte Landolfo.*
- Castellum Francum: *Castro Franco*, ad radices Apennini.
- Mons Leonis: *Monte Leone*, locus naturâ munitus.
- Molinaria D. Georgij: *San-Iorio della Molinara.*
- Mons Caluus: *Monte Caluo.*
- Airola: *Airola*, in monte nobilissimum oppidum, non procul à Furcis Caudinis.
- Alta-villa: *Alta-villa.*
- Penna Sturnina: *Petra Strumia.*
- Fanum S. Angeli Scalaris: *Sant-Angelo della Scala.*
- Mons Virginis: *Monte Virgine*, cuius templum miraculis celeberrimum, vbi olim Deorum mater colebatur, quare in Itinerario Antonini dicitur Magna Mater. Nunc monasterium est Fratrum Montis Virginis, conditum à viro piissimo Guilelmo, de quo iterum in Admirandis.
- Mercuriale: *Mercogliano*, antiquum oppidum subditum Fratribus Montis Virginis.
- Tripaltvm: *Tripalto*, sic dictum à fluuio cognomine, qui hîc in Calorem cadit, oppidum ferrariis officinis notum, & Marchionatus titulo cohonestatum, vbi seruatur corpus Sancti Hippolyti Martyris, ex cuius sepulchro manna exsudat. Tripaltina Sylua grassatoribus infamis est.
- Apicium: *Apice*, vbi quondam pons Appiam viam nectens ad Fl. Calorem.
- Mirabella: *Mirabella.*
- Taurasum: *Taurasi.*

RIS.	Montella: *Montella*, Comitatus titulo oppidum insignitum. Balneolum: *Bagnolo*, ad initia fluuij Caloris, & ad radices Apennini.
MONTES HVIVS REGIONIS.	CREPACORIVS: *Crepacorio*, olim mons Grumus, ex quo Fl. Tripaltus existit. TABORIVS: *Tabor*, olim Taburnus, ad quem Furcæ Caudinæ, de quibus in Veteri, inter Airolam & Fanum S. Agathæ.
FLVVII HVIVS REGIONIS.	SABATVS: *Sabato*, infra Beneuentum Calorem hauriens. CALOR: *Calore*, Beneuentum alluens. Tamarus: *Tamaro*, in Calorem cadens. Tripaltus: *Tripalto*, ad oppidum cognomine in Calorem præcipitans. Miscanus: *Miscano*, Tripalto permixtus. Isclerus: *Isclero*, Furcas Caudinas decurrens, & Vulturno postea iunctus.

NVM. 5. *Capitanata*, la Capitanate.

CIVITATES MARITIMÆ CAPITANATÆ.	TERMVLÆ, seu Terminus: *Termoli*, aliter *Termini*, sic dicta ciuitas quòd esset Apuliæ terminus; Ducatus titulo illustrata est, naturâ loci munitissima, vtpote peninsulæ affixa. LESINA: *Lesino*, condita ab incolis Lesinæ Insulæ in Illyrico vt putant Rassanus, & Leander, destructa à Sarracenis, longè angustior refecta est. VIESTA, dicta & Bestia, & Vesta: *Vieste*, à Templo Vestæ hîc stante, vt ait Rassanus. MANFREDONIA: *Manfredonia*, in sinu quem efficit flexus Montis Gargani, condita à Manfredo Friderici II. Imp. filio ad an. 1200. cum priùs hic locus diceretur Portus Capitaniatæ; ex Sipõtinis ruinis creuit, cõque translata sedes Archiepiscopalis. Arcem habet munitissimam in littore frustra olim à Lautrechio tentatam. Moles in mare iacta portum luculentum effecit. Nostra ætate terræ motibus grauiter afflicta fuit.

OPPIDA MARITIMA CAPITANATÆ.

Ciuitas Maritima: *Ciuita à Mare*, luculentum oppidum, diues & munitum.

Rhode: *Rhodia*, olium Vrium; quidam existimant vocem *Rhode*, corruptam esse pro *Rore*, quia hîc summa roris copia agros fœcundat. Ex eâ soluit Alexander III. Pontif. vt iret Venetias pacis ineundæ causâ cum Friderico Ænobarbo.

Portus Græcus: *Porto Græco*, statio non incommoda ad radices Gargani montes.

CIVITATES MEDITERRANEÆ

Asculum: *Ascoli*, ab antiquis dictum Asculum Satrianum, ad discrimen alterius in Marchiâ Anconitanâ. Diruta est hæc ciuitas à Rogerio Guiscardi filio quia rebellionem moliebatur, postea instaurata, sed angustiore spatio. Ducatus titulo splendet.

Luceria cognomento Paganica: *Lucera delli Pagani*, sic dicta quia concessa est Sarracenis, qui ex Africa eò deuenerant, à Friderico Imp. Christianis omnibus demigrare iussis præter Episcopum, & viros 12. Eiectis Sarracenis vocata est D. Mariæ ciuitas, sed hoc nomen numquam potuit in vsum induci. Quingentis ab vrbe passibus erat olim arx permunita excitata à Friderico Imperatore in ruinis veteris Luceriæ.

Fanum S. Severi: *San-Seniero*, seu *San-Seuero*, opulentissimum oppidum, nobile, frequens, nullíque huius tractus opibus impar, ait Leander.

Siponti Rudera: *Siponte Rouinata*, vbi nunc templum integrum, & rudera magnæ vrbis, & fons egregius. A Sarracenis ciuitas euersa est, ciues omnes occisi, præda in Africam abducta; quidam tamen hunc casum terræ motibus adscribunt, vtrumque verum putat esse Leander.

Mons S. Angeli: *Monte Sant-Angelo*, ciuitas frequens, & munita naturâ loci, sedes diuturna Sarracenorum, ad quam & visuntur eorum sepulchra. Hîc specus cum Templo S. Michaëlis celeberrimus, indicatus ab Archangelo 8. Idus Maij Gelasio Pontif. Zeno-

ne Imp. Hanc Cryptam descriptam leges apud Leandrum.

CAPITANIATÆ.

Bovinvm: *Bouino*, ad radices Apennini non procul à Fl. *Ceruaro.*

Salpe: *Salpe*, nunc vicus, olim ciuitas Episcopalis, cuius sedes vnita est Archiepiscopatui Tranensi. Extructa fuerat loco antiquæ Salapiæ, quòd hæc loco parum salubri sita esset.

Vvltvrara, & Vulturata: *Volturata.*

Tragonara: *Dragonara.*

Farentinvm, seu Farentiuolium Blondo: *Farensuola*, & *Fiorenzuola*, & *Ferrentino*, incolis infrequens, ac pænè collapsa ciuitas, vbi Fridericus II. Imp. hostis Ecclesię obiit, suffocatus à Manfredo notho, vt quidã credunt.

Troia: *Troia*, Comitatus titulo clara ciuitas, opulenta & lauta Leandro; quando condita sit, & à quo apud Leandrum edisces. Hîc habitum Cõcilium sub Vrbano II. visique tres soles tempore meridiano an. 1532.

OPPIDA & MINORA LOCA MEDI-

Mons Niger: *Monte-Negro.*

Campus Martini: *Campo Martino.*

Guilliniacum: *Guglionisi*, nobile castrum.

Petra Catella: *Pietra-Catella*, montis præcelsi vertici imposita.

Celentia: *Celenza.*

Theani Rudera: *Chieti Rouinata.*

Serra Capreola: *Serra Capriola*, in vertice altissimi montis, celeberrima quòd hac transeant greges & armenta in Apuliam hyemandi gratiâ, & in singula capita vectigal penditur, quod iam Leandri tempore erat centum millium aureorum.

Santalicandrum: *Santo Licandro.*

Precina, seu Pricena: hodie *Porcina*, pro Apricæna, oppidum honestũ, & frequens conditum à Friderico II. Imp. quòd hîc post magnos labores Aprum cecidisset, & suis in cœnam iussisset apparari.

Turris Maior: *Torre Maggiore.*

Vulturnum: *Volturno.*

TERRANEA CAPITANIATÆ.

Alberotium : *Alberona*.
Castellutium vallis Maioris : *Castelluzzo di valle Maggiore*.
Castellutium alterum: *Castelluzzo di Chiani*.
Vrsaria : *Orsara*, castellum satis munitum.
Delicetum : *Dellecito*.
Fanum S. Leonardi : *Sant-Leonardo*, à Friderico II. Imp. conditum cum nobili cœnobio, quod concessit equitibus Teutonicis S. Mariæ Pruthenicæ. Sed iis extinctis templum hoc defecit, & iam tempore Leandri ruinam minabatur.
Cidiniola : *Cerignola*, in planitie sine arboribus, vnde hæc regio *Apulia Plana* dicta est. Ad hanc Galli sub Lud. XII. grandi clade affecti sunt à Gonsaluo Ferrando Regis Aragoniæ Legato.
Foggia : *Foggia*, sic dictum oppidum, vt putat Collenucius, à multitudine fouearum quas indigenæ effodiunt ad frumenta seruanda: sita est in regione feraci, tritici, hordei, leguminum, licèt ficciore.
Fanum S. Ioannis Rotundi : *San Gioanni Rotundo*, inter Gargani montis conualles.
Ischitella : *Ischitella*, lautum oppidum non procul à lacu *Varano*.

MONS

Garganvs, hodie *Monte di Sant Angelo*, & *Monte Gargano*, sic dictus ab apparitione S. Michaëlis, de quâ agit Ecclesia 8. Maij : quod enim quidam volunt Bubulcum, qui sagittam in Taurum immisit dictum fuisse Garganum, vt fabulam meritò irridet Leãder. Hic mons admodũ abruptus, aliqua tamen sui parte frugifer, describitur à Leandro pluribus.

LACVS CA-

Lesinensis : *Lago di Lesina*, fortè vt putat Leander à Plinio Pontanus dictus : abundat piscibus, sed anguillis maximè præcipuæ magnitudinis, quas indigenæ vocant Capitones : ab vrbe Lesinâ nomen habet.
Varanvs : *Lago Varano*, amplissimus, vtpote triginta millium ambitus, ad quem aliquot adiacent oppidula.
Andvrianvs, aliter Salsvs : *Lago Salso*, ab antiquo oppido

PITANIATÆ.

pido Andurio, vt putat Leander, ei adiacente, olim Salapina, vt antè diximus.
Brisetinus: *Brisetino lago*, in quem cadit fluuius *Ceruaro.*
S. ANTONII: *Canal S. Antonio*, inter fluuios Carapellam & Aufidum, secundùm oram maritimam extensus.
Et aliquot alij minores.

FLVVII CAPITANIATÆ.

AVFIDVS: *l'Offanto*, oritur non procul ab oppidulo *Mosco*, tam exiguus vt æstate vix eius alueus agnoscatur, sed hyeme admodum tumet; solus Italiæ fluuiorum secat Apenninum, ex eo tamen oritur, contra fluuium Calorem.
Carapella: *Carapelle*, planitiem latissimam irrigans.
Cerbalus: *Ceruaro*, cadit in paludem Brisetinam, & ex eâ occultis cuniculis in *Candelare* fluuium.
Candelarus: *Candelare*, multis auctus fluuiolis cadit in sinum Manfredoniæ inter Lacum Salsum, & Salinas.
Frento: *Fortore*, qui in Nouis Tabulis malè cum Tiferno confunditur, & nomine caret.
Tifernus: *Biferno*, aliter *Tiferna.*

NVM. 6. *Comitatus Molissinus*, Contado di Molisse.

CIVITATES COMITATVS MOLISSINI.

BOIANVM: *Boiano*, malè Leandro Bouianum in radicibus Apennini, sub initia fluuij *Fortore.* Loco satis riguo ob crebros fluuiolos quos hîc Apenninus euomit.
ÆSERNIA: *Isernia*, perantiqua ciuitas citra Apenninum, sensim deficiens.
TRIVENTVM: *Triuento*, ciuitas Comitatus titulo insignita.
GVARDA ALFENIA, aliter Guarda Alfetia: *Guardia Alferés.*
LARINVM: *Larina*, quod liber de Principibus Italiæ, ait hodie tribui Campaniæ, manifesto errore, ob vrbes interiectas.

MINO-

MOLISSA: *Molisse*, burgus tenuis, & castrum vix 36. domos capiens, vnde tamen huic regioni nomen inditum est.


L'ABRVZZO ET LE CONTÉ DE MOLISSE
PARTIE DV GOLPHE DE VENISE
PARTIE DE LA MARCHE D'ANCONE
PARTIE DE L'VMBRIE
PARTIE DE LA CHAMPAIGNE DE ROME
PARTIE DE LA CAPITANATE
PARTIE DE LA TERRE DE LABEVR
ASCOLI
TERAMO
AQVILA
CITTA DVCALE
RIETI
BOIANO
43
42
39
38
37

LOCA COMITATVS MOLISSINI.	Furnellum: *Fornello*, frequens & opulentum oppidum, in agro vitium feracissimo. Miranda: *Miranda.* Freselo: *Fresclone.* Ciuitas Noua: *Citta Nuoua.* Guarda Gerardi: *Guardia Gerardo.* Salicetum: *Salicito.* Barauilla: *Barauilla.* Mons Falconis: *Monte Falcone.* Campus Bassus: *Campo Basso.* Supinum: *Supino.* Marconium: *Marcone*, in limite Principatus Vlterioris.
FLVVII HVIUS TRACTVS.	FRENTO: *Fortore.* Trinius: *Trigno.* — In Hadriaticum mare ambo defluunt. Tamarus: *Tamaro*, in Calorem Fl. cadit, per quem defertur in Vulturnum.

NVM. 7. *De Aprutio Vlteriore*, l'Abruzzo Oltra.

CIVITATES APRVTII VLTERIORIS.	AQVILA: *Aquila*, ex ruinis Amiterni & Forconij à Longobardis excitata, mœnibus cincta à Friderico II. De causa huius nominis Leandrum consule. Colitur in ea corpus S. Bernardini Minoritæ. Ager tam ferax croci, vt tempore Leandri iam redderet quotannis 40. aureorum millia. ADRIA, seu Hadria: *Atri* arduo, perdifficilique iugo imposita. PINNA: *Ciuita di Pinna*, nobilissima & antiquissima ciuitas, sed quæ in dies de splendore aliquid perdit. INTERAMNIA, seu Theramum, & Teranum: *Teramo*, dicta Interamnia, quòd sita sit inter fluuios Turdinum & Viciolam, titulo Ducatus illustris. CIVITAS CALIENSIS, seu Ducalis: *Ciuita di Cali*, aliter *Ciuita Ducale*, in limite Vmbriæ non procul à Velino fluuio. CAMPOLIVM, & CAMPLVM: *Campli*, aliter *Campoli*, ad fluuiolum qui mox cadit in Tordinum.

OPPIDA & MINORA LOCA APRVTII

Portus Asculanus: *Porto d'Ascoli*, ad ostium Truenti Fl.

Ivlia Nova: *Giulia Nuoua*, sic dicta à Iulio Hadriano eximio Duce, qui hanc excitauit & transtulit ciues D. Floriani, (alij legunt Fabiani perperam) cuius rudera nunc ostenduntur; eorum autem vrbem subuertit ob aëris inclementiam.

Ciuitatula: *Ciuitella*, munitissimum oppidum, tum loci naturâ, tum mœnium firmitate ad Fl. *Salinello*.

Montorium: *Montorio*, nobilissimum oppidum titulo Comitatus inclitum ad Fl. Vomanum, non Salinum, vt vult Leander.

Acumulum: *Acumoli*, amplum & frequens oppidum.

Amantricæ: *Amantrice*, paulò infra Truenti fontes, vbi iuga asperrima surgunt Apennini.

Ciuitas Regalis, seu Mons Regalis, *Ciuita Reale*, ad fontes fluuiorum Velini, Aterni, & Truenti; pulcherrima vrbs huius tractus.

Ciuitatula Truentina: *Ciuitella di Tronto*, ad discrimen alterius de quâ suprà, oppidum frequens cum castro.

Interdocium: *Interdoco*, ad Fl. Velinum, vbi reflectitur in Occidentem.

Leonessa: *Leonessa*, vrbs populosa & potens in limite Pontificio.

Amiterni Ruinæ: *Amiterno Rouinata*, supra Aquilam Boream versus, locus amplus, & magnæ vrbis cadauer, ex quâ Aquila enata est.

Foreonij rudera: *Forcone destrutta*, ex cuius ruinis Aquila creuit, desolata est à Longobardis.

Collaltum: *Collalto*, Baronia illustris.

Taliacotivm, seu Taliequitium: nunc *Tagliacozzo*, castrum multis vrbibus non decedens in ditione Columnarum.

Scutula: *Scurcula*, lepidum castrum.

Alba: *Albi*, vrbs tota in ruinis iacet, tamen ex ruderibus satis etiamnum colligitur antiqua eius magnitudo.

Cesæ: *Cese*, Petri Marsi viri doctissimi patria.

Malianvm: *Magliano*, ad quam Carolus Rex Siciliæ, nobilem retulit victoriam de Contradino, hîcque tem-

VLTERIORIS.

plum Virginis Victricis constituit: hodie hoc templum iacet, terræ motibus euersum.

CÆLANVM: *Celano*, oppidum frequens in nobili familiâ Ciborum Genuensium, ab eo lacus Fucinus nunc habet nomen.

Aiellum: *Aiello*, Ducatus titulo insignitum in ditione Principis Massæ.

Galianum: *Gagliano*, municipium elegans.

Capistranum: *Capistrano*, vnde oriundus Antonius ille Minorita, vir piissimus, & magnus Ecclesiastes. Principatus est Ducis Hetruriæ, ex quo 24. millia aureorum annui reditus percipit.

Rosanum: *Rosciano*, non procul ab Aterno fluuio.

Casa Noua: *Casa Nuoua*, Cœnobium Cisterciensium pulcherrimũ, & ditissimum ad fontes Nuriæ fluuij, *la Nora*.

CIVITAS S. ANGELI: *Ciuita Sant-Angelo*, olim Angulus, quæ vox in Angelum detorta est; Marchionatus Pinellorum.

Spoltorium: *Spoltore*, in colle conditum oppidulum, non incultum.

LACVS HVIVS REGIONIS.

CÆLANVS olim Fucinus: nunc *Lago di Celano*, de quo satis multa in Antiquâ.

Bariscianus: *Barisciano*, in medio huius regionis.

Paternus: *Paterno*, ab oppidulo vicino nomen habet.

FLVVII APRVTII VLTERIORIS.

VELINVS: *Velino*, de quo aliàs.

Turanus: *Turano*, olim Telonius.

Liris: *Carigliano*, de quo in Campaniâ.

Truentum: *Tronto*, oritur ex Apennini iugis asperrimis, quæ tamen cum fluuio excurrentia videntur mitescere, & culturam admittunt ad fluuij huius ostium.

Vibratus: *Vibrato*.

Salinus: *Salinello*.

Turdinus: *Tordino*: recipiens Viciolam, *Viciola*.

Vomanus: *Vomano*, aliter & *Vmano* dictus.

Plumbinus: *la Piomba*.

Nuria: *la Nora*, cadens in Aternum *Pescara*.

ATERNVS: *Pescara*, omnium fluuiorum Italiæ rapidissimus, & gelidissimus, vt ait Leander.

Nvm. 8. *Aprutium Citerius*, l'Abruzzo Citra.

CIVITATES APRVTII CITERIORIS.	Teate: *Chieti*, edito in colle 7. millibus paſſ. à mari; olim dirutum à Pipino Caroli Magni patre, quod diutiùs ſtetiſſet à Longobardis, poſtea reſtauratum, & à Normannis ſelectum, vt hîc ſedem ditionis ſuæ figerent. Nunc hîc degit vtriuſque Aprutij Prorex cum iuridico conuentu Regio. Lanceanvm: *Lanciano*, ædificatum ex ruinis Anxani. Emporium celebre, & nundinis ſuis celebre menſibus Maio, & Auguſto, ad quas confluunt Itali, Dalmatæ, Epirotæ, Græci mercatores. Svlmo: *Sulmona*, *Solmona*, & *Sermona*, egregiè rigua, & populo frequens ciuitas. Eius vrbis Epiſcopus dicitur Valuenſis, quia ager Sulmonenſis appellatur Valuanus, & Valua, quam vocem ait ei inditam Blondus, cùm vox Pelignorum intercidit; eius rationem reddit Leander ab anguſtiis per quas in eum aditus patet. Ortona, ſeu Ortonium: *Ortona à Mari*, portus ad quem appellunt naues ex Epiro ſoluentes ad nundinas Lanceani. Hîc ædes D. Thomæ, vbi ſeruari huius Sancti reliquias indigenæ perhibent. Bvcellvm: *Ciuita Burella*, vel *Borella*, corruptè pro *Bucella*, inter ciuitates recenſetur, licèt Epiſcopo careat; certè inter Epiſcopales regni huius non numeratur.
OPPIDA &	Aternvm: *Peſcara*, ad oſtium fluuij cognominis oppidum, nunc cultum, & diues. Francauilla: *Francauilla*, minutum oppidum, vbi aliqui Frentanum vrbem antiquam malè collocant. Caramanicum: *Caramanero*, & *Caramanico*, nobile oppidum, & populo frequens. Buchianicum: *Bocchianico*, Marchionatus nobiliſſimi caput. Arca: *Archi*. Turricula: *Toricella*. Mons Doriſius: *Monte Doriſo*, caput Comitatus.

MINORA LOCA APRVTII CITERIORIS.

Palietum : *Paglieta*, ita dictum quòd hîc olim aratores cumulos paleæ relinquerent.

Fanum S. Boni : *San-Buono*, Principatus titulo insigne, Caracciolorum.

Gvastvm Amonivm : *Guasto di Amone*, caput Marchionatus; vbi ædes magnificæ, in quarum atrio os ex capite piscis instar trunci arboris : piscis ille ad hoc littus eiectus est, ait Leander.

Penna : *Penna*, non procul ab Asinella Fl.

Colmessium : *Colle-Messo.*

Ad D. Angelum Pescolanum : *Bascolico.*

Agnonivm : *Agnone*, in intimâ valle prope M. Maiellam, oppidum cultum, & huius tractus princeps.

Palenvm : *Palena*, in quâ voce Leander agnoscit reliquias nominis Pelignorum.

Furca Palena : *Forca Palena*, vnde ortus Nicolaus Furcanus Eremita, qui Romæ mortuus miraculis claruit.

Ciuitas Luparella : *Ciuita Lupareilla*, oppidum frequens, munitum naturâ, & elegans.

D. Maria quinque millium : *Rocca quinque Miglia.*

Arx Rafini : *Rocca del Raffi*, castrum munitum.

Scontronium : *Scontrone.*

Castrum Sãguineum : *Castro di Sangro*, locus sat munitus.

Aufidena : *Alfidena*, vrbs antiqua, nunc pænè deserta.

Villa vallis Regiæ : *la Villeta*, locus peramœnus.

Campus D. Pentini, aliter Pentinia : *Pentinia*, seu *Pentini*, vbi vestigia antiqui Corfinij. Hîc templum D. Pentino sacrum, & maximæ vrbis rudera, vt ait Leander.

Anuersa : *Anuersa*, Comitatus caput.

Popvlivm : *Popolo*, lautum oppidum vbi Aternus ponte iungitur. Sat munitum est, & creuisse videtur ex Corfinio destructo, vt Cluuerius arbitratur. Insignitum est Ducatus titulo, olim Cantelmorum.

Moronium : *Il Morone*, viculus vnde dictus S. Cælestinus vulgò *S. Pierre de Moron.*

Cœnobium S. Spiritus : *San-Spirito*, tribus à Sulmone millibus, vbi solitariam vitam egit S. Cælestinus.

Pratula : *Pratola* , vrbecula lauta in ditione cœnobij S. Spiritus.

MONTES HVIVS REGIONIS.

CABALLVS: *Monte Cauallo*, videtur esse pars montis Maiellæ.

MAIELLA: *Monte Maiella*, Apennino adiacet, & multùm excurrit, scilicet ab Apennini radice ad Fl. Aternum, syluis obductus, vbi feræ quamplurimæ, & maximi vrsi. Rupem huius montis incoluit S. Petrus Moronensis , dictus Cælestinus V. vnde Cælestini dicti sunt Moronenses, & Maiellani.

FLVVII HVIVS TRACTVS.

Aternus : *Pescara* , de quo suprà.
Lentus : *Lenta.*
Forus : *Foro.*
Morus : *Moro.*
Feltrinus : *Feltrino.*
Sarus, seu Sanguineus : *Sangro*, aliter *Sanguine.*
Asinellus : *Asinella.*
Trinius : *Trigno.*

NVM. 9. *Territorium Barianum*, Terra di Bari.

CIVITATES MARITIMÆ

BARVLVM : *Barleta*, olim tantùm castrum vnum ex quatuor præcipuis Italiæ, à Friderico II. Imp. conditum anno 1242. vt quidam volunt , alij auctum duntaxat ex Canusij ruinis. Littus hoc infidum est, & nonnisi iactis molibus portus conseruatur. De variis eius Dominis vide Leandrum.

TRANVM : *Trani*, olim Traianum quia reparatum à Traiano, vnde vox recens contracta est. Eius arcem excitauit Frid. II. ager eius fertilissimus , portus fermè oblimatus, ipsa vrbs sensim deficit.

VIGILIA : *Bisceglia*, ciuitas in præcelsis rupibus sita, cuius ager perferax: celebrantur Vuæ Vigilianæ saccaro conditæ. Item & Manna quod fluit semper ex ossibus SS. Mauri, Sergij , & Pantaleonis.

MARFETTA , aliter Morfita , & Melfata : nunc *Molfetta*, ciuitas minuta , sed elegans & diues.

Iv-

L'APOVILLE
Comprenant a present
BARRI
OTRANTO
et la
BASILICATE

GOLFE DE VENISE

PARTIE DE LA CAPITANATE

PRINCIPATO CITRA

TERRA DI BARRI

BASILICATE

TERRA D'OTRANTO

PARTIE DE LA CALABRE CITERIEURE

GOLFE DE POLICASTRO

LE GOLPHE DE TARENTE

TARENTE

MARI GRANDE

MARI PICCOLO

TARENTE

LA MER IONIENNE

GALLIPOLI

BARLETTA

TRANI

BARI

BITONTO

CONVERSANO

GRAVINA

MATERA

VENOSA

POTENZA

TRICARICO

CIRENZA

MOTOLA

OSTVNI

BRINDES

ORIA

LECCE

NARDO

ALESSANO

IVVENATIVM: *Giouenazzo*, in agro fertilissimo posita ciuitas.

AGRI BA-RIA-NI.

BARIVM: *Bari*, vnde regioni nomen, vrbs Archiepiscopalis, frequens, & lauta: in eâ olim coronabantur vtriusque Siciliæ Reges, quare hactenus ibidem seruantur omnes regiæ vestes. Templum hîc celeberrimum S. Nicolai Myrensis Episcopi, ex cuius corpore Manna profluit, liquórque mirabilis, de quo postea in Admirandis.

POLINIANVM: *Polignano*, saxosâ in rupe ciuitas lauta, & frequens, cuius ager oleo, & amygdalis diues. Seruantur hîc corpora SS. Viti, Modesti, & Crescentiæ.

MONOPOLIS: *Monopoli*, vrbs noua, sed pulcherrima. Putat Volaterranus conditam ex veteris Egnatiæ ruinis. Ager eius olei tam ferax vt quotannis supra vicena millia amphorarum reddat.

MINORA LOCA MARITIMA AGRI BARIANI.

Nihil hîc agimus de Turribus, quibus hoc littus prætexitur.

Cœnobium D. Marthæ Columnanæ: *la Colonna*, locus pulcherrimus, vbi Minoritæ degunt.

Ædes S. Mariæ Martyrum: *S. Maria della Rosa*, locus magnæ venerationis hoc tractu, dissitus mille passibus à mari, & vrbe *Molfetta*.

MOLA: *Mola*, cognomento Bariana, ad discrimen Caietanæ; olim tantùm castrum in littore, nunc arx inexpugnabilis, à Marchione Poliniano excitata ad tutelam oræ maritimæ.

Fanum S. Viti: *San-Vito*, ædes perantiqua in littore, & summæ venerationis.

Arx S. Stephani: *San-Stephano*, sita in scopulo maris, in ditione Equitum Melitensium.

CIVITATES MEDITER-

ANDRIVM: *Andria*, ciuitas titulo Ducatus illustrata, cuius vasa fictilia vbique celebrantur.

RIVVS, seu RVBVS: *Ruuo*, apud Antoninum Rubi.

BITONTVM, seu BOTVNTVM: *Bitonto*, ciuitas nobilis, & frequens, quasi *Bonum totum*, inquit Rassanus, Marchionatus caput in familia Aquauiuarum, vnde maximus ille concionator Minorita.

RANEÆ AGRI BARIANI.

CANVSIVM : *Cannosa*, ciuitas olim, nunc Episcopatus eius vnitus Bariensi. Sita est in colle, non procul à veteris loco, cùm hæc sit in edito loco, antiqua in planitie collocata fuerit.

CONVERSANVM : *Conuersano*, caput Comitatus, in ditione Ducis Atrini; affixum est dorso montis.

MINERVINVM : *Moneruino*, luculenta ciuitas in limite Basilicatæ.

BITETTVM : *Bitetto*, ciuitas non illepida.

ALTAVILLA : *Altamura*, Principatus titulo clara Ducis Traiectini ex familiâ Neapolitana Caietanorum. Ciuitas est, sed sine Episcopo.

GRAVINA : *Grauina*, Episcopalis & caput Ducatus in familiâ Vrsinorum, lepida & culta ciuitas.

OPPIDA & MINORA LOCA MEDITERRANEA AGRI BA-

Cannæ : *Canna destrutta*, rudera tantùm.

Coratum : *Quarata*, oppidum Marchionis Aquinatis, vbi horti cultissimi.

Terlitium : *Terlizzi*, cultissimum oppidulum.

Sauilianum : *Sauigliano*.

Cassanum : *Cazzano*.

Aquauiua : *Aquauiua*, nobile castrum, cuius ager vino, frumento diues, in ditione Comitis Ioïæ.

Castellum Nucis : *la Nuci*, nobis *la Noix*, vbi peramœnum, & diues palatium Ducis Atrini.

Putilianum : *Putignano*, oppidum Equitum S. Ioannis Hierosolymitani.

Thurium : *Thuri*, vetus oppidum nunc perexiguum, & sensim deficiens.

Phasianum : *Fasciano*, Equitum quoque Melitensium castrum.

Cisternium : *Cisternino*. } loca peramœna, & cultissima.
Locus Rotundus : *Loco Rotundo*. }

IOIA : *Ioia*, castellum frumento diues, in cuius agro præclara nemora, & commoda ad venationem, quare hîc arcem Fridericus II. excitarat. In ditione est Ducis Atrini, cuius primogenitus dicitur Comes Ioïæ.

RIA- | Noïa: *Noïa*, in ditione Comitis Ioïæ, & loco feraci Cumini, Anisi, Gossipij.
Rontilianum: *Rutigliano*, in ditione Ecclesiæ Barianæ.
Balsanum: *Balzano*.
NI. | Medonium: *Medugno*, oppidum perhonestum quondam Bonæ Sfortiæ Polonorum Reginæ in agro feracissimo.

NVM. 10. *De Territorio Hydruntino, aliter Tarentino, vulgò nunc tantùm*, Terra di Otranto.

CIVITATES MARITIMÆ AGRI HYDRVNTINI.

Brvndvsivm: *Brindisi*, Gallicè *Brindes*, portus capacissimus, & munitissimus tribus castris, seu arcibus firmatus, quarum vna in mari dicitur *Il forte*. In eius agro nemora visuntur olearum.

Hydrvntvm: *Otranto*, vnde regioni nomen, cum castro munitissimo, quod excitauit Alphonsus Aragonius II. cùm eam recepisset à Turcis, qui vrbem impetu ceperant 1481. quando & ciues nobile martyrium subierunt.

Fanvm S. Mariæ Levcensis: *S. Maria de Leuca*, vbi quondam Mineruæ fanum, vt putat Leander.

Gallipolis: *Gallipoli*, vrbs planè inexpugnabilis, exiguo Isthmo continenti adnexa, & scopulis magnâ ex parte vallata.

Tarentvm: *Taranto*, ciuitas in peninsulâ, nunc constituta, Principatus titulo insignis qui diu hæsit in familiâ Vrsinorum; portus eius ferè corruptus est iactis molibus, sed sinus ita piscibus scatet, vt toti Lucaniæ, & Apuliæ sufficere videantur. Duo adhuc visuntur portus, quos incolæ Maria vocant; extra & è regione Insularum Mare magnum *Mari Grande*, & in recessu sinus Mare paruum *Mari Piccolo*; vbi Tarentum vetus erat sita est arx munitissima cincta marinis aquis, à Ferdinando Aragonio Neapolitano Rege.

MINORA

Turris Villæ Nouæ: *Torre di Villa Nuoua*, portus Ostunensis, quia eò Ostunenses deferunt merces suas.
Turris S. Castaldi: *Torre San-Castaldo*, vicus, Aletino-

LOCA MARITIMA AGRI HYDRVNTINI.

rum ferè portus, quippe eò deferunt Aletini quæ distracta volunt.

Rupes: *Rocca*, aliter *Torre di Roga*, munitissimum castellum in scopulo.

Prom. S. Mariæ: *Torre di S. Maria di Leuca*, olim Iapygium Promontorium.

Turris Morciana: *Torre di Morciano*, aliter *di Maffento*.

Fanum S. Petri: *Torre San-Pietro Bauigna*, non procul à littore, vbi mirus concursus mercatorum 3. Nonas Aprilis.

Fanum S. Viti: *Torre di Capo San-Vito*, nobilissimum cœnobium Monachorum S. Basilij, lapidis iactu à mari dissitum, vbi caput S. Viti seruatur, & ab indigenis colitur religiosè.

CIVITATES MEDITERRANEAE AGRI HYDRV-

MATERA: *Matera*, Archiepiscopalis, diruta à Sarracenis, olim Grauinensis Ducis, nunc Regia, vnita est Archiepiscopatui *Cirenzæ*, & in hac sæpe Præsul Acherontinus degit, vnde occasio errandi Collenucio, qui putauit hanc olim dictam esse Acherontiam.

CASTELLANETA: *Castellaneta*, ad Fl. Taluum exigua ciuitas, sed sat lauta.

MOTVLA: *Motola*, ad radices montium.

OSTVNVM: *Ostuni*, perampla ciuitas & diues, olim in ditione Bonæ Sfortiæ Polonorum Reginæ: cuius ager oleis, & amygdalis abundat.

ORIA: *Oria*, aliis *Oira*, olim Vria, in colle ciuitas perantiqua, cui arx adiacet munitissima Marchionum è nobili genere Balciorum.

ALETIVM: *Lecce*, & *Leccia*, de cuius nomine, vide multas nugas apud Leandrum: Nunc præcipua est huius regionis, & consilium in eâ Regium totius Apuliæ. Patronum sibi elegit P. Realinum, de cuius vitâ mirabili nuper editus liber.

NARDVM: *Nardo*, antiquissima ciuitas, populo nunc frequens, & lauta, olim Neritum.

CASTRVM: *Castro*, frequens ciuitas mercatorum conuentibus olei causâ. Anno 1537. pessimè accepta à

TINI.

Turcis contra datam fidem.

Alexanvm : *Alessano*, nobilis & lauta ciuitas in agro peramœno.

Vxentvm : *Vgento*, olim ampla ciuitas, vt eius arguunt rudera, nunc perexigua, in agro opimo, sub ditione Centani Comitis.

OPPIDA & MINORA LOCA MEDITERRANEA AGRI

Masafra : *Massafro*, exiguum, sed munitissimum castellum.

Genosa : *Ginoso*, exiguum, & minutæ famæ oppidum.

Martina : *Martina*, à quibusdam Bario adiudicatur, in ditione Caraccioli Ducis, opacis nemoribus, & pascuis cincta.

Monticellum : *Monticello*, in limite Bariano.

Celia : *Ceglio*.

Fanum S. Viti : *San-Vito*.

Messania : *Misagna*, condita loco Antiquæ Messapiæ, vt quidam arbitrantur.

Missanium : *Misciano*, in agro opimo & feraci, maximè olei, & croci.

Quinsanum : *Squinzano*.

Crotalia : *Grotaglia*, oppidum Ecclesiæ S. Castaldi Tarenti, in feracissimâ regione sita.

Monacitium : *Monacizzo*, oppidum parum frequens, & relictum aratoribus; arcem tamen habet non immunitam.

Maruccium : *Maruggio*.

Casale Novvm : *Casal Nuouo*, in ditione Marchionis Oriani, cuius ager frumenti vberrimus; indigenæ credunt esse antiquam Manduriam, cuius meminit Liuius.

Turris S. Susannæ : *Torre di Santa Susanna*, vrbecula ampla, frequens, & opulenta.

Leueranum : *Leuerano*.

Castellvm S. Petri Galatini : *San-Pietro Galatino*, in nemore olearum, cuius dynasta Ferrandus, ex illustri familliâ Castriotarum.

Soletum : *Solito*, locus perantiquus eiusdem ditionis.

HYDRVNTINI.

Noia: *Noia*, castrum munitissimum naturâ, & loco.

Corlianvm: *Curigliano*, nobile, ac munitum oppidum in modico colle, vbi arx quoque percelebris & munita; incolæ circumpositi Græci sunt, & ager amœnus.

Francauilla: *Franca-villa*, Marchionis Balzani.

Carpinianum: : *Carpignano*.

FLVVII AGRI HYDRVNTINI.

Bradanvs: *Bradano*, limes Basilicatæ, & huius Territorij, qui hyeme sic intumescit vt vno ponte ligneo, eam ob rem excitato, transmitti queat.

Taluus: *Talue*, Castellanetam alluens, & Salsum fluuiolum recipiens; ad eius ostium Salinæ nobiles.

Tarus: *Taro*, seu *Tara*.

LACVS AGRI HYDRVNTINI.

Liminia: *la Limina*, vox à Græcâ detorta, lacus salsus in quem mare se insinuat.

Mascia: *Mascia Padula*, non procul ab vrbe Tarentinâ, & in eius agro.

Paludes: *la Padula*, lacus plurimi ad radices Apennini, qui niuibus liquatis impleri solent.

Nvm. II. *Basilicata, pars Lucaniæ maxima*, Basilicata.

CIVITATES BA-

Acherontia; *Cirenza*, Archiepiscopalis ciuitas, cui vnita sedes Materensis, vnde hic Episcopus vocatur aliquando Acherontinus, & Materanus, & vtraque ciuitas appellatur Archiepiscopalis. Dicitur apud Paulum Diaconum Agerentia, vnde formata vox *Acirenza*, & *Cirenza*.

Venvsia: *Venosa*, exigua ciuitas ac pænè deserta in agro oleis distincto; caput Principatus.

Melphi: *Melfi*, cuius Episcopus Melfitensis nominatur.

Lavellvm: *Lauiello*, patria Tarteliæ magni Ducis, quo vsus est Sfortia: in ditione Tuffiorum est lepida ciuitas.

Rapolla: *Rapolla*, minuta ciuitas, & nullius ferè nominis.

SILICATÆ.

MONS PELOSVS : *Monte Pelosò*, ciuitas in iugis, in ditione Ducis Traiectini; malè à Leandro affigitur Fl. Bradano.
TRICARICVM : *Tricarico*, Bisiniani Principis, vbi corpus S. Potiti asseruatur; aiunt & indigenæ S. Antonij Abbatis; lauta est in primis ciuitas.
POTENTIA : *Potenza*, ad radices Apennini sensim deficit.
MARSICVM VETVS : *Marsico Vetere*, Episcopalis supra quam Marsicum Nouum in Principatu Citeriore.
TVRCIA : *Tursi*, colli affixa ciuitas lauta, in quam Episcopatus Aglonensis translatus est, quare Episcopus huius loci dicitur Aglonensis, & Turciensis.

MINORA LOCA & OPPIDA BA-

Atella : *Atella*, in montibus oppidum Apulum cognominatum ad discrimen Campani.
Rubus : *Ruuo*, vrbecula ad Apennini radices.
Murus : *Muro*, in limite Principatus.
Mons Albanus : *Mont' Albano*, in Tabulis malè *Albano*.
FERRANDINA : *Ferrandina*, castellum excitatum à Ferrandino Calabriæ Duce Alphonsi II. Neapol. Regis filio, non procul ab eo loco vbi Vegianum subuersum est terræ motibus.
Mons Scagiosus : *Monte Scagliosò*, Principis Bisiniani oppidum.
Bernalda, aliter Camabra : *Beruauda*, & *Bernarda*.
TVRRIS MARINA : *Torre di Mare*, supra ostium Fl. Basentij excitata contra Piratarum excursiones, nunc deserta. In campo peramœno vicino situm erat antiquum Metapontum.
ARX IMPERIALIS : *Torre della Rocca Imperiale*, sic dicta, quia excitata à Friderico Imp. Siciliæ Rege. Arcem muniit egregiè Alphonsus II.
Canna : *Canne*, à quibusdam Calabriæ tributa.
Francauilla : *Francauilla*, vbi splendidissimum Carthusianorum cœnobium.
Claromontium : *Clarimonte*, castrum eximium.
Episcopia : *Piscopia*, cultissimus burgus.

Sti-

SILICATÆ.

Stilianum: *Stigliano*, caput Principatus.
Fanum S. Archangeli: *Sant- Archangelo*.
Niger Lacus: *Lago Negro*, oppidum ad lacum cognominem.
Rotunda: *la Ritonda*, vrbecula in colle orbiculari specie, cuius ædificia in orbem coëunt, vnde & nomen traxit.
Maratia duplex: *Maratia*, superior & inferior, hæc ad mare inferum perampla, illa ad montium radices pertenuis.

FLVVII BASILICATÆ.

BRADANVS: *Bradano*, de quo numero superiore.
BASENTIVS: *Basiento*, qui imbribus sic intumescere solet, vt plerumque ponticulos ligneos omnes auferat, quibus hæc regio stata, non sine periculo naufragij indigenarum.
Salandrus: *Salandrella*, ab oppido cognomine Salandro *Salandra*.
Agrius: *Agri*, rapidissimus.
Sineus: *Sino*, multis fluuiolis auctus, & plerumque imbribus tumens cum magnâ indigenarum clade.

NVM. 12. *Calabria Citerior*, Calabria Citra.

CIVITATES CALABRIÆ.

CONSENTIA: *Cosenza*, amplissima ciuitas, nam 7. colles coërcere dicitur, cremata à Sarracenis sub Ioan. XIII. Pontifice. Calabriæ totius erat caput olim, & nunc prima est post Neapolim totius regni. Castrum habet munitissimum, sed desertum, & duobus fluuiis eluitur, Busento & Cratide: moris & serico circumposita abundat regio.
ROSSANVM: *Rossano*, tribus millibus à mari, à quo tamen dictus sinus Rossanensis, pars antiqui Tarentini. Ciuitas est Archiepiscopalis sita in agro fœcundissimo. Hîc arbusculæ piper gignunt.
BVSINIANVM, & BISINIANVM, & BISIDIANVM: *Bisignano*, in colle quem montes editissimi vndequaque vallant. Arcem habet munitissimam, & Principatus titulo clara est DD. San- Seuerinatium.

974

1.7.236



La Haulte et Basse Calabre
La Mer de Grece ou Ionienne
La Mer de Toscane
Principau: Basilicate
Partie de la Sicile
Cassano
S Marco
Rossano
Cosenza
Umbriaco
Cerenza
Strongoli
S Severina
Cotrone
Amantea
Taverna
Martirano
Nicastro
S Eufemia
Squilace
Tropia
Nicotera
Mileto
Oppido
Girace
Reggio
Messine
Boua
Capo dell Alice
Cabo della Colona
Capo Vaticano
Tor del Faro

CITERIORIS.

CARIATHIS NOVA : *Cariati Nuoua*, in Mediterraneis perhonesta ciuitas Comitatus titulo insignita.

VMBRIATICVM : *Vmbriatico*, ciuitas exigui nominis, in montuosâ regione.

CERENTIVM : *Cerenza*, in eodem quoque tractu inter montes.

STRONGILVS : *Strongoli*, in editâ rupe ciuitas collocata.

MARTORANVM : *Martorano*, perantiqua ciuitas inter colles ex Apennino prominentes.

AMANTIA, aliter Adamantia, & Manthia : *Amantea*, Bisiniani Principis, in cuius agro saccarum copiosè prouenit. Arcem habet insignem, & clara fuit Aragoniorum & Gallorum bellis.

FANVM S. MARCI : *San-Marco*, in agro perferaci sita ciuitas Principis Bisiniani.

MONS ALTVS : *Mont-alto*, ciuitas à situ nomen habet, circumposita regio ferax, & moris consita, incolæ parum vrbani.

CASSANVM : *Cassano*, in regione aspera sub ditione Principis Bisiniani.

MINORA LOCA CALABRIÆ CITERIORIS AD MARE TYRRHENVM.

S. Maria Gratiarum : *S. Maria del Gracia*, magnæ venerationis locus in limite Principatus.

Scalia : *Scaglia*, aliter *Scalea*.

Cirella : *Cirella*.

Citrarium : *Citraro*.

PAVLA : *Paolo*, non procul à littore, in cuius agro vinum generosissimum nascitur; in ditione Ducis Villaris. Hinc natus S. Franciscus Calaber, qui hinc nomen traxit, Minimorum parens, magnúsque Thaumaturgus.

San-Lucidum : *San-Lucido*, illustris familiæ Caraffarum castrum; vino suo celebratur.

Fredus : *Fredo*, oppidum cum fluuio cognomine, cuius ager pulcherrimus, & amœnus abundans malis citreis, in ditione Mendozarum Hispanorum.

Castilio, cognomento maritima ad discrimen Consentinæ : *Castiglione Marino*, in limite Vlterioris Calabriæ:

MI-NO-RA LO-CA CA-LA-BRIÆ CITE-RIO-RIS AD MA-RE IO-NIVM

- ROSETVM: *Rosito*, oppidum, & ei adiacens castrum, vulgò arx Rosetana in scopulo maris *Castro de Rosito*; & à quibusdam eò vsque promouetur Calabria superior.
- Amygdalaria: *Amygdalara*, aliter *Amendolara*, duobus à mari millibus, patria Pomponij Læti; nunc in ditione Marchionis Sarchini è familiâ Caraffarum.
- Albidona: *Aluidona*, ad montes paulò à mari remota.
- Trebisatium: *Trebisazzi*, & *Trebisaccia*.
- Cerciaria: *Cerciara*, seiuncta item à littore inter altissima iuga oppidum Marchionis Montis Sarchij.
- Sybaris Rudera: *Sybari Rouinata*.
- Cariathis Vetus: *Cariati Vecchia*, non procul à Noua, oppidum non incultum olim, sed nunc deficiens.
- Calopitiatum: *Calopizati*, oppidum in agro fœcundissimo.
- Abbatia S. Mariæ Patiranæ: *S. Maria di Putadora*, lautissimè ædificata, quò finitimæ gentes magnâ religione conueniunt. Ab eâ mulieres arcentur, neque vllâ de causâ admittuntur, quia B. Virgo apparens S. Bartholomæo S. Nili discipulo, & ei locum indicans, extra hunc ambitum semper visa est.
- Caput Alicium: *Capo dell' Alice*.
- Melissa: *Melissa*, in Regione peramœnâ.

MI-NO-RA LO-CA ME-DI-

- Campus Temesis: *Campo Temese*, vbi sylua, & planities peramœna, vtrimque vallata celsissimis montibus, angusto vtrimque ostio, quod ægrè & cum periculo hyeme subeas.
- MORANVM: *Morano*, in agro pulcherrimo, ad initia Fl. Sybaris, & ab hoc oppido via nomen habet.
- CASTRVM VILLARE: *Castro Villare*, editissimo loco positum oppidum, in ditione Spinellorum.
- SARACINA: *Saracina*, ad radices Apennini in ditione Principis Bisiniani.
- ALTOMONTIVM: *Alto Monte*, oppidum vallatum vitibus & fructiferis arboribus; celebrantur & eius vicinæ salinæ. Hîc quoque optimum Manna legitur, & è montibus vicinis editissimis Crystallus effoditur.

TERRANEA CALABRIÆ CITERIORIS.

Castilio cognomento Cosentina: *Castiglione*, ad Fl. Cratim, caput huius agri, & tractus.
Lucij, & Lilucium: *Luzzi*, vel *Liluzzi*, cuius ager moris consitus.
Tarsia: *Tarsia*, antiquum oppidum vt putant indigenæ; frequens, & opulentum.
Terra Noua: *Terra Nuoua*, omnibus rebus oppidum affluens.
Fuggianum: *Fuggiano*, in agro fertili situm oppidum, Principis Bisiniani.
Maluetum: *Maluito*, ad Fl. Malosam.
Fanum S. Mauri: *San-Mauro*, pulcherrimis ædificiis nitens, vbi palatium magnificentissimum Principis Bisiniani, in nemoroso tractu situm, & venationibus apto.
Corlianvm, & Curilianum: *Curigliano*, ad quod argenti fodinæ.
Renda: *Rende*, vicus Marchionatus titulo illustris, circa quem Pandosiæ rudera Leander agnoscit.
Castellum Francum: *Castro Franco*, in ditione Principis Bisiniani.
Bellomontivm: *Belmonte*, cuius ager ad instar horti consitus est; Tarsiæ Comitis oppidum est.
Petra mala: *Petra-mala.*
Altilia: *Altelia*, ad Fl. *Sanuto*, populo frequens, & rebus omnibus ad delicias affluens.
Aprulianum: *Aprugliano.*

FLVVII CALABRIÆ

In Mare Tyrrhenvm:
Lavs: *Lao*, aliter *Laïno.*
Solius: *Solio.*
Frigidus: *Rio Freddo*, seu *Fiume Freddo*, oppidum cognomine alluens.
Oliua: *Oliua.*
Sanutus: *Sanuto.*

In Mare:
Saracinus: *Saracino*, seu *Cerchiaro.*
Caldanus: *Caldana*, olim Cyris.
Racanellus: *Racanello*, olim Cilistarnus.
Cochilivs: *Cochile*, olim Sybaris, cui iunguntur { Isaurus: *Isauro.* Senitus: *Senito.* }

CITERIORIS.

- **IONIVM**
  - CRATHIS: *Crate*, in quem cadunt plerique fluuij, quorũ præcipui sunt
    - Turbidus: *Torbido*.
    - Cotylus: *Cotyle*.
    - BVSENTVS: *Busento*, in cuius alueo sepultum cadauer Alarici qui Romam ceperat, deriuato alueo, & operis interemptis. Malè hic confunditur cum eo, qui cadit in sinum Tarentinum, & *Basiento* dicitur.
  - Triuntus: *Trionto*, olim Tracis.
  - Lipudus: *Lipuda*, olim Aretus.
  - Netus: *Neeto*, olim Neæthus.

NVM. 13. *Calabria Vlterior*, Calabria, *seu* Calauria Oltra.

CIVITATES CALABRIÆ

- RHEGIVM: *Reggia*, seu *Rezzo*, vrbs pænè deserta ante aliquod tempus, quòd Caradinus Solimanicæ classis præfectus eam occupasset, atque diripuisset, sed in dies reparatur ob commodum inde in Siciliam transitum.
- SANSEVERINA: *Sanseuerina*, exigua, sed munitissima ciuitas, & culta supra reliquas huius tractus.
- NICASTRVM: *Nicastro*, splendidè ædificata ciuitas, in agro pereleganti, arboribus in horti formam consitis.
- TABERNA: *Tauerna*, nobilis ac frequens ciuitas, & plena hominibus literatis, ait Leander.
- BELLICASTRVM: *Belcastrum*, vbi antiqua Petilia Leandro, seu hæc ex eius ruinâ exædificata est.
- CROTO: *Cortone*, seu *Cotrone*, Marchionatus Columnarum, nunc minuta & parum populosa, iuxta littus arx inchoata est à Carolo V. Imp. ob tutelam littoris, quia Caradinus Turca hunc locum diu speculatus erat.
- INSVLA: *Isola*, minuta ciuitas, sed lepida.
- CANTAZARA: *Cantazaro*, excitata vt creditur à Procuratore Nicephori Imperatoris; olim ditionis Columnarum, nunc Regia.
- SCYLLATIVM, & Scylletium: *Squilace*, Principatus ti-

VL-TE-RIO-RIS.

tulo insignitum, in ditione Borgiarum.

HIERACIVM: *Girace*, titulo Marchionatus nobile, vbi Locrorum ruinæ.

MONS-LEO: *Monte-Leone*, ciuitas in colle Apennini, vbi priùs Vibo Valentia; Comitatus nomine illustris, in campo peramœno.

MILETVM: *Mileto*, aliter *Melito*.

TROPIA: *Tropea*, pulcherrima ciuitas omnibus rebus affluens, populosa, & in agro perferaci. Sic dictam putat Leander à Tropæis illic extantibus.

NICOTERA: *Nicotera*, in littore ciuitas elegans, & diues.

OPPIDVM: *Oppido*, Comitatus titulo clara.

BOVA: *Boue*, seu *Boua*.

MI-NO-RA LO-CA CA-LA-BRIÆ VL-TE-RIO-RIS AD MA-RE TYR-RHE-NVM.

SANT-EVPHEMIA: *Sant-Eufemia*, vnde sinus nomen habet, vrbecula lauta: hinc Paulam vsque Corallium legitur.

Lopitium: *Lopizzo*, aliter *Pizzo*, ad quod infiniti thynni quotannis capiuntur.

Biuona: *Biuona*, olim Hipponij emporium, hodie piscatoribus addicta.

BRIATICVM: *Briatico*, honestum oppidum in agro fœcundo, & splendido situm.

Prom. Baticanum: *Cabo Vaticano*, sic dictum à Sarracenis paganis, quos canes incolæ vocabant, ait Leander.

Ioia: *Gioia*, aliquantum à littore discreta, cuius ager ferax frumenti, & citreorum malorum.

Palma: *Palma*, vicus perlautus, & nobilis.

Baniara: *Bagnara*, oppidum cultissimum.

Scyllæum: *Scyglio*, oppidum olim nobile, nunc sensim deficit.

Catona: *Catona*, diuersorium omnibus rebus egens (inquit Leander) vbi ruinæ turris, quam idem suspicatur esse Columnam Rheginam.

Pro. Armorum: *Capo del Armi*, quod perperam Leander confundit cum *Spartiuento*.

MINORA LOCA CALABRIÆ VLTERIORIS AD MARE IONIVM

Caput Columnæ: *Cabo della Colonna*, olim Lacinium, sic dictum, quòd hîc aliquot columnæ iacent ex ruderibus Templi Iunonis Laciniæ.
Caput Risunum: *Cabo Rizuno*, olim pars Iapygij.
Castellvm: *Castello*, olim castra Annibalis Leandro, sic dictum à multitudine turrium quæ hîc prostant.
Fanum S. Catharinæ: *Santa Catharina*.
Caput Stilum: *Cabo Stilo*, olim Carcinum.
Rocella: *Rocella*, aliis Rocodella.
Caput Bursanum: *Capo Bursano*, olim Zephyrium, vnde locus vicinus Motta Bursani, vbi quidam perperam statuunt rudera vrbis fabulosæ Brutij.
Brancaleonivm: *Brancaleone*, corruptè *Brancalere*, non procul à littore oppidum nitidum.
Cœnobium S. Mariæ Tridentinæ: *S. Maria di Terdeti*, Monachorum S. Basilij, quod sic dictum volunt à Tridente Neptuni, cuius hîc olim Fanum.
Caput Spartiuentum: *Cabo Spartiuento*, olim Herculeum; ita dictum quòd hîc nautæ vela cogantur inflectere, & mutare; Leander malè Leucopetram vocat.

MINORA LOCA MEDITERRANEA CALABRIÆ

Simaris: *Simari*, vbi quidam ineptè Sybarim collocant.
Cvtrvm: *Cutro*, quasi Chitro (inquit Leander ex Rassano) à frigore, quia oppidum impositum monti semper algere videtur.
Policastrum: *Polycastro*, honestum oppidum.
Gemilianum: *Gimigliano*.
Franca-villa: *Franca-villa*, iuxta quam fanum Sanctæ Mariæ à Cruce, *S. Maria della Croce*, locus magnæ venerationis.
Vallis Longa: *Valle-Longa*, oppidum amœnum.
Surianum: *Soriano*.
Sagrianvm: *Sagriano*, nomen habens à fluuio Sagra quo eluitur, oppidum cultissimum.
Stillvm: *Stillo*, in monte perhonestum oppidum, & sat antiquum.
Burellum *Burello*.
Calimera Castellum: *Calimera*, domus peramœna Dynastæ

VL-TE-RIO-RIS.	nastæ Briatici, in quo nihil deest ad voluptatem; hanc describit accuratè Leander.
	ROSARNVM: *Rosarno*, nomen accepisse videtur à Rosis, quibus eius ager consitus est.
	San-Georgium: *San-Georgio*.
	Polistena: *Polistena*, vrbecula tenuis.
	SEMINARIA: *Seminara*, oppidum non infrequens Leandro, ad quam Galli Ferdinandum Aragonem deuicerunt, & tantùm non ceperunt.
	Flumaria Mori *Fiumaria di Moro*, vnde fretum Siculum visitur, cui adiacet conuallis Moris arboribus plena, vnde oppido nomen inditum.
	Fanum S. Agathæ: *Sant-Agatha*.

ELVVII CALABRIÆ VLTERIORIS.	IN MARI TYRRHENO	AMATIVS: *Amato*, latum flumen, & profundum supra reliqua huius tractus.
		ANGITOLA: *Angitola*, circa quem ager Treuius *Treuio* dictus, vbi vinum, & saccarum nobile crescit.
		MEDVNA, seu Metremus: *Mesima*, qui excipit Metremum *Metremo*, ideóque in ostio seruat vtrumque nomen.
		METAVRVM: *Metauro*, & *Marro*, in recentibus tabulis.
		Cenus: *Cenis*.
		Tuccius: *Tuccia*.
		ALEX: *Alece*, de quo in Vetere.
	IN MARI IONIO	TACINVS: *Tacina*, olim Tergines.
		Allius: *Alli*, olim Simirus.
		Corax: *Corace*.
		Alarus: *Alaro*, olim Eleporus.
		Sagra: *Sagriano*, de quo in superiori libro egimus.

NVM. 14. *Insulæ Regni Neapolitani.*

BO-	TRE-	TREMETVM: *Tremiti*, olim Tremerum Taciti, vbi vrbecula egregiè munita cum præsidio. Canonicorum est S. Ioan. Lateranensis,

REA-LES — MI-TA-NÆ, 3. præcipuæ, omnino quinque.

qui hîc degunt Canonici diliguntur ab omnibus vt summæ humanitatis & φιλόξενοι. Ætate nostra terræ motu fœdè vastata est.

San-Domini : *San-Domino*, turre tantùm à Piratis, & Turcis defensa.

Capraria : *Caprara*, parum aut nihil culta.

Reliquæ duæ scopuli sunt potiùs quàm Insulæ : de nominibus non conuenit inter Ortelium, Maginum, & alios Geographos. Leãder tradit equos præstantissimos alere has Insulas. In has relegatus Paulus Diaconus à Carolo Magno.

INSVLÆ AVSTRALES REGNI

Pontia : *Ponza*, in quâ Speluncæ Pilati dictæ vnde nautæ aquas hauriunt : iacet è regione Terracinæ.

Palmaria : *Palmarola*, ad Occidentem Pontiæ decem millibus, à continente 25. dissita.

Sinona : *Sanone*.

Pandataria : *S.Maria*.

Bentitiana : *Ventiene*, aliter *Bitonto*, & *Bitente*.

Dolium : vulgò *la Botta*, quia in modum dolij efformata est.

Ænaria : *Ischia*, viginti millium ambitus, vbi vrbs cognominis munitissima cum castello inexpugnabili; nam gradibus in rupe excisis ad id conscenditur, aditus tam angustus vt à duobus militibus seruari queat; munitum est ab Alphonso I. Rege Neapol. Terræ motibus, & eructationibus igniuomis obnoxia est, vt dicemus in Admirandis. Fontem vnicum habet *Abocceto* in monte. Abundat auibus maximè Phasianis, anaticulis, & minutis volucribus exquisitissimi saporis, vulgò *des Ortolans*.

Prochyta : *Procida*, seu *Procita*, cum vrbe cognomine sat munitâ, in cuius Ecclesiâ seruatur corpus S. Margaritæ. Ex eâ quoque ignes existunt. Balnea habet ad effringendos calculos idonea : ab Ischiâ reuulsa est olim & quodammodo effusa; nunc ab eâ pars est separata quæ aliam Insulam efficit, vulgò *Isola di Viuara*.

NEA-POLI-TA-NI.

NESIS, vel Nessis: *Nisita*, aliter *Nisari*, quæ celebratur Asparagis suis: portum habet, & arcem quam excitauit Dux Amalphitanus; sita est in sinu Puteolano.

CAPREÆ: *Capri*, octo millium ambitus cum ciuitate cognomine, cuius Episcopus Capritanus dicitur: eius reditus ex Coturnicibus desumitur, quæ hîc bis in anno incredibili copiâ capiuntur, seu dum fugiunt hyemem, seu dum ver exquirunt. Hinc quoque olei plurimùm & serici euehitur.

GALLO, & SANPIETRO, olim *Sirenusæ*, quinque millibus à Capreis, vno à continente milliario dissitæ, scopuli veriùs quam Insulæ.

CAPVT VIII.

De Sicilia, & Insulis ei adiacentibus.

§. I. *Historica recentis Siciliæ.*

NVM. I. *Nomen Siciliæ.*

NOMEN antiquum nihil immutatum est, immo Siciliæ nomen in vniuersum Regnum Neapolitanum propagatum est, quod dictum Siciliæ Regnum cis Pharum, cùm Sicilia ipsa dicta sit Regnum Siciliæ trans Pharum. Non inficior tamen has appellationes plerumque mutatas esse, & Siciliam Regnum Siciliæ cis Pharum, Regnum Neapolitanum Regnum Siciliæ trans Pharum nuncupatum esse, prout à scriptoribus Siculis, aut Neapolitanis, hæc vox vsurpata est. PHARVS porrò turris est obiecta Messanæ, quæ excitata est, vbi quondam Carybdis erat vortex, nunc *Faro* à quâ & Promontorium vicinum nomen habet, olim Pelorum, nunc *Cabodi Faro*.

Partes eius Insulæ vallium nomina habent, & duo quidem difficultate carent NETO & MAZARA; dicuntur enim ab vrbibus, vt nemo nescit; tertia autem DEMONA, vel DEMINI nominatur Latinè *Nemorensis*, quare aliquando & dicitur *Valli di Nemori*; videlicet inquit Fazellus lib. decimo prioris Decadis cap. I. vox hæc *Demini* significat *Nemus*, & huic opinioni ipse subscri-

bit lubentiùs. Apud eumdem quidam sic dictam volunt ob montes excelsos, quibus toti Siciliæ videtur *dominari*. Sed eos irridet qui confugiunt ad Dæmonas quorum sedes Æthnæus Crater. Addit idem Fazellus hanc vocem *Demona*, fortè Sarracenicam esse, cuius vim se fatetur ignorare.

NVM. 2. *Quantitas Siciliæ secundùm recentiores.*

RECTE obseruat Cluuerius, in milliaribus recentibus Siciliæ nunc magnam diuersitatem esse, quam ipse dimensus totam hanc Insulam accuratè expertus est: & à Messana per Panormum & Lilybæum ad Agrigentum paulò minora esse iis, quæ ab Agrigento ad Pachynum & Messanam ducuntur; hæc autem Neapolitanis æqualia, illa Latinis & Tuscis; qua de re moneri debuisti.

Mensura Noua Siciliæ.

LATVS BOREALE, *à Capo di Faro, ad Capo di Coco.*	Aretio, *Ducenta sexaginta duo M. P.* Fazello, *Ducenta octoginta & vnum M. P.* Cluuerio, *Ducẽta quinquagintaquinque M. P.*
LATVS AVSTRALE, *à Capo Coco, ad Capo Passaro.*	Aretio, *Ducenta quatuor M. P.* Fazello, *Centum octoginta quatuor M. P.* Cluuerio, *Centum nonaginta M. P.*
LATVS ORIENTALE, *à Capo Passaro, ad Capo di Faro.*	Aretio, *Centum quinquaginta M. P.* Fazello, *Centum sexaginta M. P.* Cluuerio, *Cẽtum quinquaginta quatuor M. P.*
AMBITVS TOTIVS INSVLÆ.	Aretio, *Quingenta sexdecim M. P.* Fazello, *Sexcenta viginti quatuor M. P.* Cluuerio, *Quingenta nonaginta nouem M. P. vel vt ait ipse sexcenta.*

NVM. 3. *Qualitas Siciliæ recentis.*

QVAM sit frumenti ferax in præsentiâ id maximè docet, quod in quibusdam locis grana singula proiecta in terram centum reddant. Fertilissimæ sunt valles *Neto*, & *Mazara*, amœnior & arboribus meliùs consita *Demona*. Quæ sint eius pascua, & quàm læta,

videbimus in Admirandis. Vbique bombyces facilè aluntur, quare hinc ſerici copia ingens effertur.

Sal non tantùm ad littus hîc congelatur, ſed ad Ennam foſſile exſcinditur. Hinc quoque vinum copioſum & multiplex educitur; olei amphoræ propè infinitæ; mel exquiſitiſſimum, quod olim Hyblæum, & magni nominis. Balneis quoque calidis abundat in plerisque locis. Vniuerſa ora piſcibus ſcatet; ſed inter cæteros magni fiunt anguillæ quæ capiuntur ad Pharum. In oram Borealem ſe thynni immittunt, & piſcationem hîc efficiunt luculentam. Capitur hîc quoque piſcis Xiphias dictus, quem nos Imperatorem appellamus, ſaporis exquiſitiſſimi. Metallica habet auri, argenti, ferri, aluminis, ſulphuris, atramenti ſutorij, & nitri, quod hîc acerrimum & optimum.

NVM. 4. *Mores recentes Siculorum.*

DISERTI ſunt omnes Siculi, faceti, callidi, ſed iniuriæ ſupra modum impatientes, & irritati non facilè placari poſſunt, atque ſibi illatum dedecus ſeriùs aut ocyùs vlciſcuntur.

Libertatis peramantes ſunt, neque *priuilegia* ſua, vt vocant facilè tolli, aut imminui ſinunt.

Meſſanæ multi ludi Equeſtres celebrantur, Equites autem, vulgò Stellæ dicti, Epiphaniorum diem magna celebritate, & pompâ tranſigunt.

Olim ſponſus & ſponſa non copulabantur matrimonio, niſi alter illorum morti proximus eſſet, verùm id Eccleſiæ legibus ſeueriſſimis hodie vetitum eſt.

Olim quoque mortuis Regibus omnes atrati procedebant in publicum diebus tribus, mulieres paſſis crinibus, & ſacco amictæ clamoribus inconditis lymphaticæ per vrbes diſcurrebant; ſed hæc quoque conſuetudo euanuit.

NVM. 5. *Merces Siciliæ.*

FRVMENTA hinc plurima efferuntur. *Serici* ex bombycibus, ab vnâ vrbe Meſſanâ quotannis educuntur, ſupra ſeptingentas ſarcinæ, 700. *Balles de ſoye.* Certè nundinæ Meſſanenſes dicuntur afferre Siculis ex ſerico, & arte factis ſolidum auri millionem. Ac-

cerſuntur quoque inde vina, oleum, ſaccarum, herbæ medicæ ad conficienda pharmaca. Tapetes quoque maximè ex corio deaurato hinc allati magni fiunt in Europâ. Sulphur & nitrum diligenter ſeruatur ab Hiſpanis ad puluerem nitratum, ex iis enim confectus puluis tormentarius potentior eſt.

NVM. 6. *Politia recens Siciliæ.*

REX Hiſpaniæ huius Inſulæ ſe Principem vocat, non tantùm *in temporalibus*, vt aiunt, ſed etiam *in ſpiritualibus*; quare ſi hîc Sacerdos ad Pontificem appellaret multaretur: ideóque qui libelli offeruntur ſæculari iudici (vocant hunc Magiſtratum *Monarchiæ Spiritualis Iudicem*, ſeu *Inquiſitorem*) inſcribuntur Beatiſſimo patri, & ab Epiſcopo ad hunc iudicem prouocatur. Videlicet Reges Siciliæ ſe dicunt legatos natos à latere, ideóque ſibi ius arrogant puniendi, abſoluendi, excommunicandi Clericos etiam Cardinales: vno verbo ſibi tribuunt omnia quæ inuaſit Henricus VIII. niſi quod hæc habere ſe à Summo Pontifice profitentur. Impugnauit Cardinalis Baronius Tomo XI. ius iſtud, contendítque Bullam quam ferunt conceſſam ab Vrbano II. Rogerio Regi, extendi tantùm ad hunc Rogerium, & eius filium, & toties reuocatam eſſe, quoties regnum in nouam familiam tranſiit: ideò ſeueriſſimè interdictum ne Tomus ille Baronij in Siciliâ, & regno Neapolitano legatur, aut retineatur.

In temporalibus autem adminiſtratur hoc regnum à Prorege, Admiralio, Comite Stabuli, Cancellario, Seneſchallo, Quæſtore, Conſeruatore, Portuum magiſtro quem *Portulano* vocant, Protonotario, Magiſtro ſecreti, & Magiſtro Iurato, ex quibus, ſi hunc vltimum excipias, conſilium Regium conſtituitur.

Hîc etiam Curia triplex, Magna Curia, Sacra-conſcientia quæ eſt appellationum, & Curia Patrimonij ſeu Dominij.

Meſſana, & Panormus ad inſtar Rerumpublicarum ferè adminiſtrantur; licèt Meſſanæ degat ſecundus à Prorege Magiſtratus vulgò dictus *Stradigo di Meſſina*, qui illuſtriſſimus appellatur, & triginta haſtatos *Hallebardiers* corporis ſui ſtipatores habet.

Commemoratur & in Sicilia ſtatus qui ex tribus corporibus (*Brachia* vocant) conficitur; ex *Eccleſiaſtico* videlicet, Epiſcopis, Archimandritâ Meſſanæ, Abbatibus, &c. *ex Militari*, hoç eſt nobi-

libus qui Insulam tueri debent; *ex Dominio*, id est ex vrbibus Messanâ, Panormo, Catanâ, &c. Et hi omnes deliberant de dono Regi conferendo, seu Donatiuo.

Rex Hispaniæ colligit ex hac Insulâ millionem vnum ducatorum annui reditus, præter Donatiuum. Quidam aiunt conscribere posse octoginta millia Fistulatorum *Arquebuziers*, & triginta Equitum millia. Panormus vna viginti sex peditum millia, decem millia Equitum conficere potest. Vulgò Prorex habet 200. Hispanos Prætorianos, in arcibus & præsidiis 2500. Regio insuper sufficitei peditum decem millia, Equites 1500. qui additi nobilibus Equitibus conficiunt tria millia, & ducentos Equites.

§. 2. *De Melita, & Insulis ei adiacentibus.*

NVM. 1. *Nomen Melitæ.*

ANTIQVVM nomen retinet leuiter inflexum, litterulâ vnâ expunctâ. Consule & quæ diximus in Antiquâ.

NVM. 2. *Amplitudo Melitæ.*

ANTE aliquot annos dicebatur eius *Longitudo*, 20. aut viginti duorum millium; *Latitudo* duodecim, *Ambitus* sexaginta. Sed ante aliquot annos qui eam accuratè dimensus est Geometra tribuit ei 40. passuum millia *longitudinis*, ferè viginti, *latitudinis*: de *ambitu* nihil statuere voluit, ob crebros sinus quibus lancinatur.

NVM. 3. *Qualitas Melitæ.*

LICET hæc regio sit paulò calidior, tamen refrigeratur ventis Zephyro, & Cauro, at neque niuem, neque glaciem videt nisi allatas, & arte seruatas. In tota Insulâ vltra quatuor pedes nihil præter scopulos, & rupem inuenies. Ad Medinam, seu veterem vrbem frumentum satis copiosè prouenit, quod tamen alere vix potest indigenas per tres menses, itaque ex Siciliâ apportatur. Vbique Gossipium *le Coton* feliciter succrescit, magno vbique in pretio, & post demessum hordeum seritur. Quomodo hîc terra & lapides valeant contra serpentes dicemus in Admirandis. Mel ibi tantâ etiamnum copiâ legitur, vt quidam dictam velint à melle. Equi hîc quoque robustissimi, & generosissimi, accipitres no-

biles & falcones magni per totam Europam pretij. Caret Insulâ ligno, quare indigenæ vtuntur fimo boum exsiccato; aut accersunt ex Siciliâ magno pretio olearum ramos. Hinc quoque Cuminum pretiosum eductum per Italiam distrahitur.

Nvm. 4. *Mores Noui Melitensium.*

Indigenæ fortissimi sunt, sed zelotypi; fœminæ in libidinem proniores, ipsæ quoque fortissimæ, & quæ aliquando cum Ianizaris Turcicis depugnarunt. Parcissimè viuunt, & fermè oleribus, ac herbis. Linguam retinent veterem Punicam, quare verba Plauti Punica intelligunt, & *Epheta* sacrorum codicum apud eos significat *adaperire*. Præficas mulieres adhibent funeribus suis quæ lacrymas suas vendunt.

De Equitibus pauca dicam. Nouitij per annum in Insulâ retinentur, atque exercentur in operibus pietatis, atque militiæ. Equites in Hospitiis viuunt, (*Auberges* vocant) aut si licentiam obtinuerunt in domibus suis, aut cum Commendatariis *les Commandeurs*; Sacerdotes, & Fratres Seruitæ *les Freres Seruans*, semper in hospitiis degunt.

De Magistro, & aliis ad Ordinem spectantibus, non est huius libri opus. Equites ferè sexcenti Valetæ numerantur, reliqui in alia loca per Insulam distributi sunt. Diuiduntur in octo *linguas*, vt vocant, Prouinciæ, Aluerniæ, Franciæ, Italiæ, Aragoniæ, Angliæ, Germaniæ, Castiliæ ex quâ Lusitanica pendet. Equites Magnâ Cruce ornantur. qui decem annis hæsere Melitæ, & quatuor expeditionibus interfuere, *Carauanas* vocant. Cætera repete ex Historiâ Melitensi.

Nvm. 5. *Politia recens Melitæ.*

Eqvites Melitenses primùm dicti sunt Nosocomij, seu Hospitij S. Ioannis Hierosolymitani, & post captam Hierosolymam restitere in Syriâ in arce suâ, seu Castro Margatio *Margat*. Deinde Ptolemaïdem *Acre* se receperunt; exinde in Insulam Cyprum, vnde occupauêre Cyprum sub Magistro Villareto, atque inde dicti Equites Rhodij. Ex Rhodo eiecti sunt à Solimano anno 1522. vnde se contulere in Insulam Cretam, Messanam, Centumcellas

Ciuita Vecchia, Viterbium, Niceam, Villamfrancam, Augustam in Siciliâ, ac demum concedente Carolo V. anno 1530. in hanc Insulam Melitam, eâ lege vt se clientes eius profiterentur, oblato quotannis Falcone Siciliæ Proregi. Concesserat eis quoque Tripolim Barbariæ, sed hanc perdidere anno 1551.

Reditus ordinis est tercenties mille aurei extra prædas, & spolia Turcarum; Magister sexaginta millia aureorum sibi seponit. Quinque triremes *des Galeres*, semper armatas habent, in singulis 100. milites, & 20. Equites, sed in Prætoriana 30. Equites numerantur. Insula diligenter seruatur, & ab eâ fædè semel repulsus Ottomanus, non facilè eius inuadendæ consilium capiet.

NVM. 6. *De Insula Gaulo*, Gozo.

HVIVS Insulæ *longitudo* est 20. millium, *latitudo* vndecim, ex recenti mensurâ; nam antea ei *longitudinis* tribuebantur octo millia passuum, *latitudinis* quinque. *Ambitus* 30. de Ambitu noluit pronunciare qui hanc dimensus est.

Aëris purissimi est, iugibus aquis abundat, & culta multos fructus, & suauissimos reddit. In eâ Falcones optimi capiuntur in editâ rupe.

Capta est à Turcis Melitam obsidentibus, qui ex eâ septem millia captiuorum abduxerunt: nunc in ea quinque millia capitum numerantur. Huius Insulæ Principem se Magister appellat, & ad hanc regendam tertio quoque anno præfectum mittit. Indigenæ omnes loquuntur Arabicè, omnes Christi religionem profitentur, & Equitibus addictissimi sunt.

§. 3. *Descriptio Geographica Siciliæ iuxta recentem diuisionem.*

DIVIDITVR nunc Sicilia in tres valles, siue ditiones, *Demona*, *Neto*, & *Mazara*, de quarum nominibus suprà egimus. Earum autem hi termini sunt. Demonam, vbi Messana, distinguunt Fl. Himera Borealis, vulgò *Termini*, & *Iaretta*, olim Simethus aut Terias, vt præmonuimus in Vetere. Vallis Nectina *di Neto*, aut *Noto*, iacet inter prædictum *Iaretta*, & Himeram Australem, seu Gelam, hodie *Salso*. Quod superest, Mazaranæ valli, *di Mazara* contribuitur.

NVM. I. *De Valle Nemorensi, seu Demonæ*, Valli di Demona, *aut* di Demini.

VRBES VALLIS DEMONÆ AD MARE TYRRHENVM.

Thermæ: *Terme*, vbi Balneorum vestigia.

Rocella: *Rocchiella*, statio non incommoda, & arx.

CEPHALÆDA, & Ciphalædium: *Cifalu*, ciuitas Episcopalis vbi Ecclesia ditissima, quam Rex Rogerius condidit & ditauit: eius ager pulcherrimus esset, nisi aquis marinis sæpe tegeretur.

Tusa: *Tosa*, oppidum non procul à mari, ad littus autem arx cognominis, frumenti nobile emporium est.

Cardonia: *Cardonia*, condita in ruinis antiquæ Halesæ.

Rosa Marina: *Rosa Marina*, castrum ad Fl. cognominem.

PACTÆ: *Patti*, ciuitas Episcopalis, vnde sinus nomen traxit; hîc clauditur territorium Mamertinum, seu Messanense.

Tyndarida: *Tyndaro*, rudera tantùm vrbis, vbi nundinæ quotannis mense Septembri celebrantur.

MILATIVM: *Milazzo*, olim Mylæ, oppidum peruetustum, in regione feraci quæ vulgò dicitur Nutrix Messanæ.

VRBES VALLIS DEMONÆ

PHARVS: *Faro*, seu *Capo del Faro*, Promontorium olim Pelorum, vbi minima freti distantia, è regione Scyllei *Schiglio*.

MESSANA *Messina*, nobis *Messine*, cum portu commodissimo, & capacissimo in freto Siculo figuræ oblongioris ob montes quibus premitur; suburbia sic producit pagorum in morem, vt vna platea ad 12. millia passuum porrigatur, vnde accersuntur milites ad subitas Turcarum irruptiones, & exscensiones: omnes illos pagos vocant *de la Furias*, & aliquando ad decem armatorum millia ex iis Messanam accurrunt. Summus vrbis magistratus Stratigos dicitur, qui ex legibus non potest esse indigena; de eo suprà egimus in Historicis. In huius agro Mori plurimæ, quare hinc multùm serici effertur. Ciuitas munita est 4. castel-



LE ROYAUME DE SICILE
LA MER DE TOSCANE
LA MER D'AFRIQUE
LA MER IONIENNE
Destroit de Messine
VAL DE MAZARA
VAL DI NOTO
VAL DEMONA
Palerme
Trapani
Marzala
Mazara
Messine
Milazzo
Taormina
Catana
Syracosa
Cap Passaro
Golfo di S Thecla
Ciphalu
Termini
Randazzo
Nicosia
Enna
Calta Girone
Terra noua
Ragusa
Noto
Augusta
Leontini
Æthna M
PALERME
La Mer de Toscane
Le Grand Mole
Chasteau du Mole
le Grand Port
Porto Saluo
M.Pelegrino
le Palais

AD MARE IONIVM	lis, 14. aggeribus. Visitur hîc Bibliotheca librorum M S S. Cóstantini Lascaris, quam moriens vrbi legauit. Iactant & Mamertini Epistolam B. V. ad se missam. Hinc quoque Antonellus Mamertinus pictor colores oleo primus diluere docuit. TAVROMINIVM: *Taormia*, celso in colle collocatum oppidum. Schixon: *Schiso*, arx in Promontorio, vbi olim sita erat vrbs Naxus. Caltabianum: *Caltabiano*, non procul à littore conditum à Sarracenis oppidulum. Sinus S. Theclæ: *Golfo di Santa Tecla*, tegendis nauibus opportunus in Ionio mari tempestate iactatis. CATANA: *Catano*, nobis *Catane*, ab vnâ parte mari alluitur, ab alterâ vergit ad radices Æthnæ. Euersa est à Friderico II. restituta est ab Aragoniis, à Carolo V. mœnibus, & propugnaculis cincta. Academiam illustrem habet vbi vigent iura Pontificium, & Cæsareum. Portus eius plenus aspicitur grandibus lapidibus. Ager eius mirè ferax, quia cineribus Æthnæ montis dicitur fœcundari. Obnoxia est ciuitas eructationibus Æthnæ, sed remedium habet potentissimum velum S. Agathæ, quod obiectum ignis furoribus sæpe eos reddidit innoxios.
OPPIDA- & LO-	Rupes Camastris: *Motta Camastri*, in editis collibus situm oppidulum. Crassa lingua: *Lingua Grossa*, sub radicibus Æthnæ oppidulum, sic dictum ob duram, & rusticam Siculi sermonis pronunciationem. Castrum Leonis: *Castiglion*, vbi arx vetusta ex quadratis lapidibus non inconcinna. Franca Villa: *Franca-Villa*, cuius fit mentio Guilelmi primi Siciliæ Regis temporibus, Vicecomitatus titulo insignita superiori sæculo. Auricella: *Rocella*, oppidulum Mediterraneum ad discrimen alterius in littore.

CA ME- DI- TER- RA- NEA

RANDATIVM: *Randazzo*, nouum oppidum, ſed ingens, nobile, locuples, & muris eximiis cinctum.

Cœnobium S. Mariæ cognomento Maniacis: *S. Mariæ Abbatia*, conditum anno 1182. à Margaritâ Siciliæ Reginâ prioris Guilelmi vxore, & poſterioris matre, permittente Pontifice Clemente, in eo loco qui dicebatur Maniacis.

MANIACIVM: *Maniaci*, conditum oppidum à Georgio Maniacio Siciliæ Præfecto anno 932. cùm hîc grandi clade Sarracenos attriuiſſet; nunc iacet in ruinis, ſed eius rudera Caſilinus *Caſilino* dicuntur, ait Fazellus.

Brontes: *Bronti*, recens oppidulum ad radices Æthnæ.

Adranum: *Aderno*, malè in Tabulis *Aterno*, oppidum peruetuſtum; eius amplitudinem rudera ſat eloquuntur.

Paternium, ſeu Paternio: *Paterno*, oppidum conditum ſub Æthnâ monte à Rogerio Siciliæ Comite.

CENTVRIPE: *Centorue*, ſub Sarracenis, & Normannis etiam floruit: ſed à Friderico II. exciſa eſt 1233. & ex eius ruina Auguſta ſurrexit.

Maſcaris: *Maſcari*, item ad radices Æthnæ montis, vbi vrbem Æthnam olim fuiſſe volunt.

Rupes S. Anaſtaſiæ: *la Motta*, olim arx permunita in rupe præcelsâ, vnde proſpectus datur iucundiſſimus in agros Catanenſes, & Leontinos.

TROYNA: *Traina*, in colle edito ſita, quam Fazellus putat olim dictam Traianopolim: fuit Regum olim ſedes, & ſedes Epiſcopalis Cephalædium tranſlata, aut Meſſanam. Hîc ſacellum exiguum, quod non licet ſubire mulieribus, quòd Vrbanus IV. Pontifex in eo ſacrum fecerit.

Eubuli: *Eubuli*, cœnobium à Rogerio conditum, quia hîc conſilium cepiſſet Troynæ obſidendæ, quam & cepit.

Gaglianum: *Gagliano*, munitiſſimum oppidum in rupe, Vicecomitatus caput.

Rupes, ſeu Rocca Serlonis: *Sarno*, ſic dicta à Serlone

nepote Rogerij, quem Sarraceni hîc occidêre.

VALLIS DEMONÆ seu NEMORENSIS

Ciramis: *Cirami*, quondam pagus Capitij, nunc oppidum.

Capitium: *Capizzi*, perantiquum oppidum, à Tullio Capitina dicitur.

Nicosinum: *Nicosia*, populosum, & ingens oppidum, vbi habitarunt promiscuè Galli, & Longobardi; quare etiamnum in linguâ indigenarum reperiuntur vestigia Longobardici, Gallíque sermonis. Adiacet ab Occidente nobilis Salina cognominis.

Spirlinga: *Spirlinga*, arx munitissima in rupe, quæ sola in Vesperas Siculas non consensit.

Rayhalionis oppidum: *Castro Reioanne*, à Sarracenis conditum, destructum à Friderico II. ob Francisci Vintemilij rebellionem.

Gangis: *Gangi*, oppidum nouum: & infrà Gangis Vetus, dirutum in rebellione Francisci Vintemilij. In huius ruinis conditum cœnobium S. Benedicti.

Giracis: *Gerace*, oppidum Sarracenorum: Marchionatus caput.

Petralia, duplex: superior, olim Petra, & inferior recens oppidum.

Politium: *Polizzi*, oppidum nouum, sed ingens & locuples reliquiis S. Gandulphi illustratum, atque miraculis; conditum à Rogerio Comite Siciliæ. Situm est in monte Madonia, de quo mox.

Isnellus: *Asinello*.

Bonuicinus: *Bonuicino*, arx.

Colisanus, Sarracenis Yholisanus: *Colisano*, Comitatus, vbi lapicidina iaspidis, & porphyretica. Indigenæ ostendunt cadauer antiquæ vrbis quam appellare non possunt. Regio Bayharina dicitur.

Graterium: *Grateri*, oppidum Beryllo lapide celebre.

Castellum bonum: *Castro Buono*, oppidum nobile.

Cœnobium S. Anastasiæ: *Sant-Anastasia*, à Rogerio Rege fundatum.

S. Maurus: *S. Mauro*.

de la Vallée de Demona.

Castellucium: *Castelluzzo.*
Misistratum: *Mistreta*, vbi ædes D. Catharinæ, ad quam multa antiquitatis monimenta, olim Amestrata.
Millitellus: *Millitello*, recens oppidum.
Turturitium: *Turturizzo*, in valle profundâ, clarum variis opificibus, sed maximè ferrariis & campanariis.
Castania: *Castagna*, oppidum ab annis trecentis ex multis pagis conflatum.
Sanctus Angelus: *Sant-Angelo*, oppidum ex duobus pagis Sarracenis coactum, vt gratiam haberet Rex S. Michaëli, cuius ope hîc vicerat Sarracenos.
Castrum Regale: nunc *lo Castro*, & *Castro-real*, ingens castrum in rupe prærupta, à Friderico II. ex multis pagis confectum.
Mons fortis: *Monforte*, in colle à prædicto Friderico conditus.
Rametta: *Rametta*, oppidum in editâ rupe naturâ munitissimum.

MONTES SICILIÆ IN VALLE DEMONA.

ÆTHNA: *Monte Gibello*, nobis *le Mont Gibel*, altissimus, & in vertice semper obductus niuibus. Eius ambitus est 70. mil. pas. In eo multùm croci gignitur, item & Rhabarbarum austerissimum: pars eius Australis vitibus consita est, Borealis nemoribus obducta, in eo nihil incultum, nisi aliquot riui, incendiorum tristissima argumenta. De recentibus eructationibus legatur Fazellus.
HERÆI MONTES, cuius pars editissima dicitur *Artesino*: de his in Antiquâ: promouentur autem in vallem Neetinam.
Namarinus: *Monti di Namari*, olim Neptunius, & Pelorus.
STVDERIVS: *Monti di Studeri*, pars Neptunij.
MADONIA: *Madoni*, maximam anni partem niuibus obductus, altissimus montium Siciliæ, atque latissimus post Æthnam. Herbæ eius in primis salutares & pecori, & hominibus.

FLVVII VALLIS DEMONÆ CADENTES

In Mare Tyrrhenum.

- TERMINVS: *Termini*, limes Occidentalis vallis Nemorensis, olim Himera Borealis.
- Pollinus: *Pollina*, olim Monalus.
- Furianus: *Furiano.*
- Ros-Marinus: *Rosmarino*, olim Chidas, qui Troynam *Traina* recipit.
- Oliuerius: *Oliuero*, olim Helicon.
- Fluuius Castri Regalis: *Fiume de Castro Reale*, olim Longanus.
- Nucetus: *Nuciti*, olim Facelinus, seu Melas.

In Mare Ionium.

- IARETTA: *Iaretta*, de quo in Antiqua, nunc separat vallē Demonam à Neetinâ à meridie.
- Iudicellus: *Iudicello*, ex radice Æthnæ profluens.
- CANTERA: *Cantera*, Randatium oppidum alluens, & aliquot fluuiolis tumens, olim Taurominius.
- Muniussus: *Muniussi.*
- Nisis: *Nisi.*

NVM. 2. *De Valle Neetinâ*, Valli di Nèto, *seu* Noto.

LOCA MARITIMA VALLIS NEETINÆ AD MARE

- Pachinus Pro. *Capo Pessaro.*
- Vindicaris: *Vindicari.*
- Falconaria: *Falconara*, ad ostium Fl. cognominis.
- Iasibilis: *Thasibili*, ad fluuij quoque cognominis ostium.
- SYRACVSÆ: *Syracosa*, Hispanis vulgò *Sarragossa*, nomina sua huic indere cupientibus. Nunc tota est compacta in Insulam Ortygiam, ait Fazellus, vndique mari eluta cum duplici portu *Porto Maggiore*, & *Picciolo*, cum vnicâ portâ ad Isthmum, vbi & duo excitata sunt propugnacula. Chersonesus ipsa in mare porrecta Insulæ formam effingit, in vertice habet arcem *Maniacis* dictam, & scopulis vndequaque munitur. Nunc deficientibus colonis vrbs ipsa quoque deficit in dies.
- Manglesia Peninsula: *Isola delli Manglesi.*
- AVGVSTA: *Augusta*, condita à Friderico II. recepit equi-

IONIVM

equites S. Ioan. Hierosolym itani, qui hinc in Melitam transierunt.

Bruca: *Bruca*, in eadem Peninsulâ cum Augustâ.

LOCA MARITIMA VALLIS NEETINÆ AD MARE AFRICVM.

MOTYA: *Motya*, vrbs amplissima condita in Promontorio Pachyno; Fazellus tamen vrbem prostratam vocat, & cadauer vrbis.

Palori Portus: *Porto Paloro*, statio non illepida soluentibus è Melita.

Ficallum: *Ficallo*.

Fanum S Petri: *San-Petro*.

LONGOBARDVM, aliter Inyctum: *Longobardo*, vetusta vrbs, & olim Regia.

CAMERINA: *Camarana*, planè deserta est, & magnæ vrbis vestigia ostentat.

TERRA NOVA: *Terra Noua*, ad ostia Fl. cognominis, vrbs Dipolis superstructa antiquæ vrbis ruderibus, Marchionatus tempore Fazelli, nunc Ducatus.

Falconaria: *Falconara*.

VRBES & MINO-

Iudaïca: *Iudica*, euersa funditus à Rogerio: ad hanc sitam fuisse Hyblam putat Fazellus.

RAYALBVTVM: *Rayalbuto*, seu *Rechalbuto*, oppidum Saracenicum, sic dictum quasi *Casa Butach*, concessum à Rogerio Episcopo Messanensi, incensum à Centuripinis anno 1261. rebellibus, sed reparatum est anno sequenti, núncque lautum oppidum est, & frumenti Mediterraneum emporium.

AGYRE: *Agyrone*, seu *San-Philippo d'Agirode*, sic dictum à metallicis argenti. Colitur hîc S. Philippus Byzantinus, & multos energumenos sanat.

Assorum: *Assoro*, ad Fl. cognominem, qui tamen in Tabulis dicitur *Dictaino*, Comitatus illustris est caput.

Tauis Arx: *Castro Taui*, oppidum Saracenorum, cuius rudera tantùm visuntur, vnde fons effunditur caput fluuiorum Chrysæ & Tiriæ.

Calatasibetha: *Calataxibetha*, Saraceni nominis mons & oppidum, vbi ædes S. Petri: inde Rogerius obsedit Ennam.

RA LOCA MEDITERRANEA

Enna: *Enna*, aliter *Castro Ianni*, in excelso monte, & vndique prærupto; totius Siciliæ vmbilicus. In eâ hæsit diu Fridericus II. Cuius arx etiamnum extat. Ætate Martini Siciliæ Regis multùm creuit, cùm incolæ pagorum ad rebelles pertinentium in eam cõmigrare iussi sunt: ab eâ non procul montes ex sale natiuo, & cùm exscinditur succrescente 10. mil. pas. in Boream ab Ennâ, dicti Salinæ Ennenses.

Petra Scissa: *Petra Tagliata* arx, à quâ non procul celebre Monasterium S. Benedicti à *Fundito* dictum.

Aydunum: *Aiduni*, oppidum Longobardorum, qui tempore Normannorum cum Rogerio transierunt, & deuicerunt Saracenos. Condiderunt hanc vrbem in edito colle, cui tota Catanensis planities subest, & adhuc vestigia antiqui sermonis seruat.

Citatella: *Citatella*, vrbis magnæ ruinæ, vbi & Theatri quadrati reliquiæ: Fazellus dubitat an sit vetus Herbita.

Platia Noua & Vetus: *Plazza*, populi frequentiâ clarum est Nouum oppidum, & scatens fontibus. Conditum Vetus à Longobardis qui appulere cum Normannis: dirutum est ob rebellionem à Guilelmo I. Rege Siciliæ, eiúsque loco Nouum conditum est.

Yhanceria: *Yhanceria*, oppidum Saracenicum.

Calata Yheronis, aliter Caltagion: vulgò *Caltagirone*, amplificatum oppidum à Rogerio ex spoliis Zoticæ vrbis destructæ. Capta fuit à Genuensibus quondam appulsis Camarinam. Terræ motibus admodum obnoxia est.

Aquila: *Ochula*, vbi antiquitatis multa vestigia.

Menæ, aliter Menenon: *Mineo*, vrbs antiqua, & ei adiacens specus *Taphron* dictus, vbi vixisse Veneficam fabulantur indigenæ.

Palica: *Palica*, non procul à lacu *Naphthia*, deserta omnino, & mera rudera.

Paliconia: *Paliconia*, recens oppidulum: dubitat Fazellus, vtrum originem habuerit à Palicâ destructâ.

Franco-Fons: *Francofonte*, recens oppidulum à fontibus

VALLIS NEETINÆ, *la Vallée ou*

nomen habet: Fazellus hîc suspicatur Hydriam Ptolemæi, ab his fontibus sic dictam.

LICODIA: *Licodia*, Saracenicum oppidum, caput Marchionatus factum à Ferdinando Aragonio.

BIZINIS: *Vizini*, amplum oppidum licèt recens; ex eo oritur Dirillus Fl. ex vtrâque montis parte.

Cerratana: *Ceretana*, hodie dicitur.

Buchirium: *Buker*, oppidum Saracenicum in colle modico.

Buxema: *Boxemi*, oppidum recens Comitatus caput.

Palatiolum: *Palazolo*, vbi nobile cœnobium Minorum Nominis Iesu, aliter dictum *Acremons*.

S. Lucia: *S. Lucia*, vbi templum Sanctæ, à Rogerio conditum.

RAGVSA: *Ragusa*, oppidum amplum, & diues in agro Camarinensi.

CLAROMONS: *Chiaro-Monti*, oppidum in arduis collibus conditum à Manfredo Claromontano, olim dictum Gulphis; vrbs satis illustris.

Yhomisum: *Yhomisu*, Saracenicum oppidum celeberrimum ex Dianæ fonte apud veteres decantatissimo.

Biscaris: *Lubiscaris*, oppidulum.

Grassuliatum: *Grassuliato*.

MAZARENVM: *Mazarino*, Comitatus.

Petra Precia: *Petra Preccia*, Marchionatus.

Barra Franca: *Barra Franca*, opus Matthæi Barrensis.

Buterium: *Butera*, vbi multa rudera: dubitat Fazellus an hîc fuerit Hybla Minor.

MOTYCA: *Motyca*, amplissimum oppidum, Comitatus caput, populo frequens, in valle profundâ situm, eius ager tamen est lapidosus.

NEETVM: *Neto*, Nea olim vel Neæ, vnde huic valli nomen inditum est.

Castellutium: *Castelluzzo*, arx olim munitissima.

Fanum S. Ioan. Bidini: *San-Ioan Bidini*.

Renda arx: *Renda*, vbi reliqua S. Ioannis ædes superest.

Cassarus: *Cassaro*, oppidum in valle profundissimâ platanis luxuriante.

Territoire de Noto.

Pantalica: *Pantalica*, vrbs deſerta, vbi ex ſpeluncis Fazellus colligit fuiſſe Erbeſſum; Ερβεσσος enim ſpeluncam ſonat. Fit Pantalicæ mentio in vitâ S. Sophiæ virginis.

Sortinum: *Sortino*, noui nominis oppidum, cuius aquæ mirabili artificio Syracuſas deducebantur aliàs.

Climitis: *Climiti*, arx.

Milillis: *Mililli*, recens oppidulum.

Curcuratium: *Curcuratie*, dirutum oppidum.

LEONTINI: *Lentini*, hodie vrbis rudera in tribus vallibus, totidémque collibus; lacus vicinus eam inſalubrem reddit, quare incolæ tranſlati in locum eminentiorem à Carolo Cæſare dictum Carleontium. In eâ vrbe 7. Kal. Maij celebrantur nundinæ nobiliſſimæ. Ager eius vberrimus, & vitibus egregiè conſitus.

FLVVII VALLIS NEETINÆ.

IN IONIVM MARE.

- IARETTA: *Iaretta*, de quo ſuprà.
- Symethus: *Symetho*, de hoc vide etiam Antiquam.
- S. Leonardi: *S. Leonardo*, ad Leontinos.
- Porcarius: *Porcari*, olim Pantagias.
- S. Iuliani: *San-Iuliano.*
- S. Marcellini: *San-Marcellino.*
- Alpheus: *Alfeo*, olim Anapus.
- Yhaſibilis: *Yhaſibli.*
- Falconarus: *Falconara.*
- Abiſus: *Abiſo*, olim Elorus.

IN AFRICVM MARE.

- Siclius: *Xicli.*
- Manlus: *Manlo.*
- Fraſcularius: *Fraſcularo.*
- Camarina: *Camarano*, olim Hipparis, ſeu Camarina.
- Dirillus: *Dirillo*, ſeu *Drillo*, olim Achates.
- Manumuſa: *Manumuza*, olim Vagedruſa.
- Terræ Nouæ: *di Terra Noua*, olim Gelas.
- Naufrias: *Naufria.*
- Salſus: *Salſo*, olim Himera Auſtralis, recipiens *Petralia.*

LACVS.

- ENNENSIS: *Lago d'Enna*, medium, seu vmbilicus Siciliæ.
- BENTRIVS: *Bentrio*, ad Leontinos vrbem eorum veterem pestifero odore corrumpens.
- Naphtias: *Naphtia*, olim Palicorum lacus.
- Camarinus: *di Camarana*, de quo in Veteri pluribus.

MONTES VALLIS NEETINÆ.

- HÆRÆORVM montium pars editissima: *Artesino*, malè in Tabulis *Artesimo*.
- S. MARCELLINI: *San-Marcellino*, olim Hyblæi montes, dicti ab Hyblâ paruâ.
- CATALFANVS: *Monte Catalfano*, vbi indigenæ ostendunt reliquias magnæ vrbis, quam Trinacriam appellatam fuisse putant, sed ab eruditis irridentur.

NVM. 3. *Regio, vel Vallis Mazarana*, Valli di Mazara.

LOCA MARITIMA VALLIS MAZARANÆ

- TERMINI: *Termini*, olim Himera vrbs luculenta: vtrum autem sit Himera dubitant aliqui, & hanc volunt hodie dici *Sciacca*, sed vulgò reiiciuntur.
- Cephala: *Cefala*, arx Saracenica in rupe sita, ad cuius radices in profundâ valle Balnea sunt Aluminosa.
- PANORMVS: *Palermo*, nunc credita primaria totius Siciliæ, quia in eâ residet Prorex, licèt Messana de dignitate cum eâ disputet. Maxima certè est ciuitas huius Insulæ, & sedes olim Regum; sita est prope Fl. Formosam. Hodie Tetrapolis est, *Prima* dicitur *Superba*, olim Vrbs Vetus. *Secunda* Neapolis, hodie *Albagaria*. *Tertia Papyretana*, à Fl. Papyreto, qui hanc secat, olim Seralcadis, & Transmõtana nominata. *Quarta* denique *Thalcia*. Regitur à sex Iuratis, quibus superminet Prætor ex primariâ Siciliæ nobilitate delectus. Portum habet luculentum mole superbâ, & castro munitum, palatium Regis & hortos amœnos, &c.
- Mondellum: *Mondello*.
- Portus: *Porto*.
- Elymæ rudera: *Elyma Rouinata*.
- CASTELLVM AD MARE GVLPHANVM, cognominatum: *Castel à Mar di Gulfo*, frumenti nobile emporium, vrbs luculenta & diues.

AD MARE TYRRHENVM.

- Scupellum : *Scupello.*
- Fanum S. Viti : *San-Vito.*
- DREPANVM : *Trapani*, vel *Trapano*, ciuitas & portus ad radicem Montis S. Iuliani. Portus hic capacissimus est, & grandiores naues tenere potest. Hodie vrbs munitissima est, & peninsula ei adiacens à Carolo Cæsare in Insulam & munitissimam Siciliæ arcem efformata est.

LOCA MATITIMA MAZARANÆ VALLIS AD MARE AFRICANVM.

- MARSALLA : *Marzalla*, olim Lilybæum, hodie aggeribus, & propugnaculis firmata.
- Boccum Promontorium : *Capo di Bocco*, olim Lilybæum, aliter *Capo di Marzalla*, in mare multùm excurrens. De eo plura in Antiquâ.
- Turris Sibyllina : *Torre Sibyllina.*
- MAZARA : *Mazara*, Episcopalis ciuitas, vnde huic regioni nomen : inclyta sede Principum Saracenorum, mox etiam Rogerij Siciliæ Comitis commoratione.
- Terra Pulicis : *Terra di Pulice*, vel *di Pulici*, olim Selinus, vrbs in littore peruetusta.
- Sacca : *Xacca*, veteribus Thermæ, vt credit Fazellus.
- Heraclea : *Heraclia*, oppidulum & emporium sat lautum & diues.
- Siculiana : *Siculiano*, emporium & oppidum Saracenorum, vbi arcem quondam nobilem excitauit Fridericus Claromontanus.
- AGRIGENTVM : *Gergenti*, egregiè munita & culta ad fluuium *Gergenti*. Distat iam à mari quatuor leucis ; in colle sita est ; Septentrionale eius latus castellum firmat, & ad vrbem tantùm vnicus est aditus. Episcopo 25. oppida subdita sunt.
- Mons Clarus : *Monte Chiaro.*
- Leocata : *Locata*, ad radices montis Gelæ in Insulâ quam efficiunt aluei Salsi fluuij *Salso*, & *Fiuminello*.

VR-

- Calatafimis : *Calatafimi*, vrbs Saracenica.
- Barbara : *Barbara*, olim Segesta omnium iudicio.
- ALCAMVS : *Alcamo*, conditum oppidum ab Alcamath Saracenorum Præfecto, quod postea Fridericus II.

BES & MI- NO- RA LO- CA VAL-

transtulit ad radices montis, cui antea affixum erat. Arcem eius disiecit Martinus Rex: nunc ditissimum est.

Mons Regalis: *Monreale*, ad montium radices vbi templum opere Musiuo pulcherrimum; ciuitas est Archiepiscopalis, à quâ duobus passuum millibus in Occidentem Hibernum est Abbatia S. Mariæ ab Alto fonte, seu *Parco* Ordinis Cisterciensis, quam Fridericus II. condidit & ditauit.

Græcorum oppidum: *Græcopoli*, à Græcis condita 1488. cùm fugiunt Turcarum tyrannidem.

Misilimenis: *Misilumeni*, vbi olim arx erecta à Manfredo Claromontano, postea ibidem vrbecula condita 1540. à Francisco Bosco.

Risalaïmis: *Risalaïmi*, arx Saracenica, vbi fons maximus, & origo fluuij Bahyariæ.

Marinæus: *Marineo*, ante 200. annos conditum oppidum à Francisco Bononiâ Panormitano; ex ea oriundus Marinæus ille qui Hispanicam illustrauit historiã.

Ciminna: *Cimina*, noui nominis oppidum, sed vino suo celebratissimum.

Biccarum: *Bicari*, Comitatus titulo insigne, vbi arx excitata à Manfredo Claromontano.

Margana: *Mergana*, arx à Teutonicis militibus, qui Monasterium Mansionis S. Trinitatis Panormi incolebant, inconsulto Rege excitata, sed à Ludouico Rege postea, acceptâ ab iis fide, confirmata.

Castrum Nouum: *Castro Nouo*, inter rupes situm honestum oppidum.

Camarata: *Camaranta*, ingens oppidum ad radices montis, Comitatus titulo clarum.

Musumellis: *Musumelli*, hoc est mons Mellis, à monte cui insidet, aliter Manfreda dicta à Manfredo Claromontano conditore, vt docet inscriptio ad portam.

Sutera: *Sutera*, malè in tabulis *Gutera*, ad radices prædicti montis.

Grutis: *Gruti*, oppidulum sic dictum à speluncis quas Siculi *Grutas* vocant, vnde putat Fazellus esse Herbesum Polybij.

Rayal-mutum: *Rechalmuto*, oppidum Saracenicum vbi arcem excitauit Fridericus Claromontanus.

Narvs: *Naro*, hodie nobile oppidum conditum olim à Saracenis.

LIS Calatanixeta: *Calatanixeta*, corruptè in tabulis *Calatanixata*, Saracenicum opus.

Fauara: *Fauara*, oppidulum & arx à Friderico Claromontano.

Raphadalis: *Raphadali*, olim Casa Saracenica, facta oppidum superiore sæculo.

Bivona: *Biuona*, sub altis rupibus nouum oppidum: in eius agro est auri fodina diues, & fons oleo scatens; MA- adiacet Monti Rosarum.

Palatium Hadriani: *Palazzuolo*, Græcorum oppidum.

Prizis: *Prinzis*, Saracenicum oppidum in colle.

Corilionis: *Corilione*, honestum oppidum & diues, Longobardorum Colonia tempore Friderici II. Cæsaris & Siciliæ Regis: quare indigenæ etiamnum vtuntur Longobardico sermone. Venerant ex Lon- ZA- gobardiâ attriti calamitatibus bellorum. Anno 1536. terræ motu ex parte concidit.

Catalabuzamara: *Catalabuzamar*, olim Saracenorum oppidum, cuius tantùm rudera visuntur in monte *Buzamar*.

Iatvm: *Iato*; Ietum olim, in editissimo monte, & vndique prærupto situm, ad quem vnus aditus; hîc diu restitere Friderico II. Saraceni, & capti ab eo Nu- RA- ceriam in Regnum Neapolitanum relegati sunt.

Calatrasis: *Calatrasi*, arx & oppidum Saracenicum. Ad hoc inuentum est cadauer gigantis anno 1550. de quo vide Fazellum.

Entella: *Entella*, vrbs vetustissima in monte cognomine, vrbs iam frumento diues; eius incolæ parem cum NÆ Iatentibus sub Frid. II. experti sunt conditionem.

Clausa: *Clusa*, an. 1320. condita vrbecula, & sic dicta, quòd hic ager clausus, quo equi continebantur in pascuis.

Iuliana: *Iuliana*, oppidum in sublimi rupe, quod nobilius

lius reddidit Fridericus II. in eius agro fodinæ ferri, argenti, & porphyretici lapidis.

Villa Franca: *Villa-Franca*, oppidum vino celebratum, conditum an. 1499.

de la Vallée de Mazara.

Caltabellota: *Caltabellota*, malè in tabulis *Calatabellota*, Saracenicum oppidum Comitatus caput.

TRIOCALA: hodie *S. Maria di Monte Virgine*, vbi quoque ædes magnifica S. Georgio sacra à Rogerio Normanno Siciliæ Comite ædificata, qui hîc Saracenos ingenti prælio cecîdit: vrbis tantùm visuntur vestigia.

Sambuca: *Sambuca*, oppidum Saracenorum, olim dictum *Casale-Zabuth*.

Gibellina: *Gibellina*, vbi arx à Manfredo Claromontano excitata superest.

Castrum Veteranum: *Castro Veterano*, titulo Comitatus illustratum.

SALEMIS: *Salemi*, oppidum honestum, irriguum, & domesticarum arborum copiâ celebre: quare à Saracenis dictus est *locus deliciarum*, id enim eorum linguâ *Salem* sonat: nisi recurrere malis ad Semelitanos populos, quorum Plinius meminit in eo tractu.

MONTES VALLIS MAZARANÆ.

S. IVLIANI: *San-Iuliano*, olim Eryx, quibusdam malè *Trapani*, ob vrbem ei impositam *Trapani del monte*. Fertilissimus est, & amœnissimus.

PEREGRINVS: *Monte Pelegrino*, ad Panormum olim Ercta, de quo in Antiquâ pluribus.

MVSVMELLIS, & MONS MELLIS: *Musumelli*, cui insidet vrbs cognominis.

MONS ROSARVM: *Monti di Rosi*, prope Biuonam vrbem, herbis medicis consitus, quas magni faciunt Pharmacopolæ.

BVZAMARVS: *Buzamar*, altissimus & famosissimus, cui olim impositum oppidum, de quo suprà.

BONIFATVS: *Bonifati*, in cuius vertice olim Alcamum oppidum, nunc ad eius radices translatum.

ENTELLA: *Entello*, cui insidet vrbs cognominis.

GELAS: *Gela*, inter duo ostia Fl. Salsi in Insulâ situs.

FLVVII VALLIS MAZARANÆ.

In Mare Tyrrhenum.

- Himera Borealis : *Termini*, de quo suprà.
- Baiarius : *Bahyaria*, seu *Baiaria*, olim Eleutherus.
- Formosus : *Formoso*, aliter *Lamiraglio*. } Panormum vrbem primariam alluentes.
- Papyretus : *Papyreto*. } Panormum vrbem primariam alluentes.
- Iatus : *Iati*, cadens sicut & subsequens in sinum Segestanum, *Golfo di Castel a Mar*.
- Frigidus, aliter S. Bartholomæi : *San-Bartholomæo*.

In Mare Africanum.

- Marsalus : *Marsalla*.
- Maxara : *Mazara*, olim etiam Maxara.
- Bellicus sinister : *Bellici*, aliter *Arene*, recipiens *Salemi*, olim Ipsa.
- Bellicus dexter : *Bellici*, amplissimus, & aliquot aliis auctus, olim Crimisus dictus.
- Carabis : *Carabi*.
- Caltabellotæ Fl. *Fiume di Caltabellota*, olim Isburrus.
- Mayasolus : *Mayhasolo*.
- Platanis : *Platani*, sat amplus, & aliquot alios minutos recipiens, olim Halicus.
- Cannarus : *Cannaro*, olim Camicus.
- S. Blasij : *di S. Biagio*.
- Agrigentinus : *di Gergenti*, aliter *di Bari*.
- Salsvs : *Salso*, olim Himera Australis multos alios recipiens, & in exitu in duo ostia diuisus, quorum Orientale maius nomen retinet, Occidentale minus *Fiumicello* nuncupatur.

§. 4. *De Minoribus Insulis Siciliam obuallantibus.*

Eæ sunt vel Boreales, vel Occidentales, vel Meridionales.

INSVLÆ

- Lipari : *Isola di Lipari*, sedecim mil. ambitus, cum vrbe cognomine munitissimâ. Hanc exsciderat Ottomanus Ænobarbus an. 1544. abductis 7. Christianorum millibus, sed nunc reparata est: stationem habet dun-

L'ISLE DE MALTE AVEC SES VOISINES

LES ISLES OCCIDENTALES DE SICILE

Les Pourcelles
LEVENZO
Trapani
Formiche
Marsala
MARE TAMO
FAVAGNANA

LES ISLES DE LIPARI AU DESUS DE SICILE

MER DE TOSCANE
L'Isola Bianca
Vstica
Felicur
Alicur
Salini
Parnari
Stromboli
LIPARI
Volcano
Volcanello

LA VALETE FORTE PLACE DE MALTE

Pointe de Dragut
Isle Marzamouchet
CAL MARZAMOUCHET
Chasteau St. Elme
GRAND CAL
Pointe de la Fourche
S. Michel
le Bourg

LE TRAIECT DE MALTE EN SICILE

GOZO
La Ville et Fort de Gozo
CVMINE
Zalanione Isle
Le Cal St. Paul
Salines
Cal delle Miar
Le Cal de Benhorad
Cal de Bachar
Le Cal de Marc
Cal de Marzamouchet
Pointe de Dragut
C. S. Elme
Pointe de la Fourche
Le Bourg S. Michel
Grand Cal
LA VALETE
Le Cal de Ceredona
MALTE
MEDINA
L'Eglise de St. Pol de la Grotte
La Maison de Plaisance du grand Maistre
L'Isle de Forfola
LA MER D'AFRIQUE

BOREALES AD SICILIAM quibusdam LIPAREÆ, *Isles de Lipari.*

taxat, nullum portum. Hîc sal conficitur ex aquâ marinâ. Reddit quoque sulphur & alumen; habétque plurima balnea.

VVLCANI: *Isola di Volcano*, seu *Bolcano*, ex quâ fumus semper erumpit: olim Hiera dicebatur, & ei adiacet Vulcanella *Vulcanello*, de quâ in Antiquâ.

STRONGYLE: *Stromboli Isola*, ex quâ fumi quoque assiduè assurgunt, & plerumque ignes; Gossipio suo diues est.

SALINÆ: *Salini Isola*, olim Didyme, seu Gemella; in eâ flammæ omnino quieuerunt; multum aluminis sufficit, & vinum generosissimum.

PANARIA: *Panari*, olim Hicesia. Habebat arcem non immunitam, sed ea disiecta est.

ALICVDIA: *Alicur*, olim Ericusa; vt aliàs ita & nunc Myricis plena, vnde Ericusa dicta fuit.

FELICVDIA: *Felicur*, aliter *Felicudi*, olim Phœnicusa. Lætissima est pascuis & frumento, & id sufficit vicinis Insulis.

VSTICA: *Vstica*, vbi aliàs vrbs cognominis, sed euersa est: nunc indigenis caret, & piratarum statio est.

Insula Candida, vulgò *l'Isola Bianca*, corruptè *Lisca Bianca*, olim Euonymos, de quâ consule quæ diximus in Antiquâ lib. superiore.

OCCIDENTALES INSVLÆ AD SICILIAM

LEVENTIA: *Leuenzo*, à nautis *Leuanto*, è regione *Trapani*, ambitu 12. Mil. editior, & scopulis vallata; olim Phorbantia.

MARITIMA: *Maritimo*, seu *Maretamo*, 20. Mil. ambitu; adiri nauibus non potest. Tota thymo obducitur, quare hinc mella exquisitissima.

FAVANIANA: *Fauagnana*, seu vt nautæ loquuntur *Fauegliana*, 20. mil. ambitus, paulò humilior cæteris, & crebris sinubus lancinata, vnde portus aliquot capacissimos habet; olim dicebatur Ægusa. Adiacent ei ad Boream scopuli, aut minutæ Insulæ Formiculæ dictæ, *Formicoli*, seu *Formiché*.

INSVLÆ AD IACENTES SICILIÆ AD [continues]

- **MELITA INSVLA,** *l'Isle de Malte.*
  - **VRBES INSVLÆ MELITÆ.**
    - VALETA: *la Valete*, aliter *Villa Noua*, sed prius nomen præualuit; ei inditum est à Magistro Ordinis, qui Insulam cōtra Solimani furores fortiter tutatus est, qui dicebatur aliter *Parisot*; is hanc cōdidit an. 1566. Munitissima creditur totius Europæ, & duplici portu instructa est, seu sinu ampliori. Castrum habet munitissimum S. Elmi insidens rupi, quæ *Serberas* appellatur.
    - BVRGVS: *Burgo*, aliter CIVITAS VICTRIX, *Ciuitta Vittoriosa*, ex quo fortiter Turcas repulit an. 1565 condita est à Philippo Villierio. In eâ vrbe portū claudit, & munit arx S. Angeli, *Fort S. Ange.*
    - Vrbs S. Michaëlis: *S. Michel*, aliter *l'Isle de la Sangle*, sic dicta à Magistro Claudio *de la Sangle*, qui Valetam Parisotum præcessit, eámque Insulam fecit fossâ manuductâ. Duæ illæ vrbes ætate nostrâ communi munitione inclusæ sunt.
    - MEDINA, aliter ciuitas Vetus, seu Nobilis, in medio Insulæ colli affixa, Episcopi sedes. Ei adiacet villa satis lauta Magni Magistri, vulgò *Bosquetto*, & ab eâ non procul visitur cauerna S. Pauli, vulgò *la Grotte de S. Paul.*
  - **PORTVS, seu CA-** [continues]
    - *La Ceredeua*, ab Oriente.
    - MARZA GRANDE, hoc est magnus portus ad Burgum & Insulam S. Michaëlis influens.
    - MARZA MVSSETI, vbi Insula cognominis *Marza-Mouchet*, in quâ peste infecti, aut suspecti hærere coguntur.
    - Marza Marci: *la Cale de Mare.*
    - Marza S. Pauli: *la Cale S. Paul*, quia indi-

MELITÆ ... genæ credunt ad eam S. Paulum appulisse.

SALINÆ: *les Salines*, versus Insulam *Cuminot*.

MERIDIEM:

- GAVLOS: *Gozo*, ab indigenis *Gaudisch*, ab Arabibus *Gaudosch*, vbi arx in monte edito, cui adiacet Burgus amplus, & amœnus. Portus habet aliquot non incommodos, vnde pateret excursionibus piratarum, nisi obsisteret Equitum fortitudo, & vigilantia.
- CVMINVM: *Cominot*, seu *Cuminot*, vbi arx excitata à Magistro Vignacurtio: iacet inter Gaulum & Melitam.
- FORFORA: *Forfola*, ad Meridiem Melitæ, cuius Principes vocantur à sociis per iocum inepti Equites.
- ZALANCONA: *Zalancone*, ad Boream Melitæ veriùs scopulus, quàm Insula.
- MVSSETI Insula: *Isle de Marzamouchet*, locus addictus peste infectis, aut iis qui ex suspecto loco veniunt; in sinu cognomine iacet.

CAPVT IX.

De Sardiniâ & Corsicâ secundùm recentiores.

§. I. *Historica Sardiniæ.*

NVM. I. *Nomen Sardiniæ recens.*

VETVS retinuit immutatum nomen, quod Gallicè exprimimus *la Sardeigne*; Italicè *Sardegna*, vel *Sardigna*; Hispanicè denique *Cerdena*, vel *Serdena*.

NVM. 2. *Quantitas Sardiniæ.*

Longitudinem Geographicam Sardiniæ secundùm recentem & accuratam dimensionem desumo à *Capo della Cacca* in Occidentem, ad *Capo Conano* in Orientem, quæ est eius latitudo Geometrica. Latitudinem autem Geographicam duco à Pro. *Tauolaro* ad *Capo*

della Testa, seu *di Santa Reparata*, quæ est longitudo Geometrica. Triplicem autem reperio de quantitate Sardiniæ sententiam.

EXTENSIO GEOMETRICA SARDINIÆ	LONGITVDO	LATITVDO	AMBITVS	DISTANTIA FRETI
Secundum Gerardum Mercatorem	180. M. Paſ.	70. M. Paſ.	470. M. Paſſ.	v. Mill. Paſſ.
Secundum Philippum Cluuerium	170. M. Paſ.	90. M. Paſ.	560. M. Paſſ.	60 M. Paſſ. mendosè.
Secundum nouā verámque dimēſionem	166. M. Paſ.	92. M. Paſ.	480. M. Paſſ.	vi. Mill. Paſſuum.

NVM. 3. *Qualitas Sardiniæ.*

GRAVITATEM cæli hîc etiamnum queruntur indigenæ maximè in parte Boreali ob paludes, & ventos Auſtrales peſtiferos. Aquis æſtate indiget, quare vbique crebræ ciſternæ effodiuntur. Montes alendo pecori opportuni ſunt, frumento abundant campeſtria potiſſimum circa Caralim, vbi tantùm ſegetis metitur vt campi iſti Siculis non decedant. Caſei quoque Sardiniæ plurimùm laudantur. Hîc viſuntur animalia quædā, antiqui Muſmones appellabant, nunc ab indigenis dicūtur *Muſioni*, nobis *des Mufles*: à ceruo non multùm differunt, niſi quòd arietis habent cornua non inflexa, ſed diuaricata; tanto numero hîc capiuntur, vt dicant quidam vnâ venatione quatuor millia cæſa eſſe.

Equi Sardi exigui ſunt, ſed vegeti, laboris curſúſque patientiſſimi. Hîc lucifugæ animalcula araneorum inſtar in metallicis argenti, quemcumque venenato ſtimulo foderint ſtatim interficiunt. Hinc quoque aliquid argenti, ſulphuris, & aluminis educitur.

NVM. 4. *De Moribus recentibus Sardorum.*

SARDI crudeles ſunt, & vino dediti: capti à Turcis facilè ſedem Chriſtianam eiurant. Magni ſunt venatores, optimi nautæ,

terram satis negligenter colunt. Loquuntur linguâ ex variis dialectis conflatâ, scilicet Sardoâ, Tuscâ, Hispanâ & Africanâ. Qui degunt in vrbibus fere loquuntur Aragonicè: qui in agris linguâ patriâ inquinatissimâ.

NVM. 5. *Politia recens Sardorum.*

HANC Imperio Ro. collabente Saraceni, ex Africâ occuparunt, vnde eiecti sunt armis communibus Genuensium, & Pisanorum, à quibus in duas portiones diuisa est. Aragonum Regi à Summo Pontifice concessa est, inde transiit ad Castellanos duobus regnis in vnum corpus coalescentibus.

Administratur à Prorege, cuius sedes Calaris: hic Assessores habet suos qui consilium conficiunt, vulgò *Audientiam Regalem.* Duo quoque Prætores, seu Gubernatores in duplici parte Insulæ: vrbs tamen Calaris instar Reip. administratur per quinque Consules, *Consegles* vocant, & priuilegiis suis & immunitatibus ad hoc vsque tempus vtitur. Hîc milites Hispani octingenti in vrbibus, & turribus degunt, ex indigenis decem hominum millia, quorum Duces accipiunt stipendium, milites gratis militare perhibentur in patriæ tutelam. Hæc Insula reddit quotannis trecenta millia Ducatorum, quæ tamen omnia in eius tutelam impenduntur; & anno 1560. Hispani coacti sunt mittere 7. armatorum millia, ne Turcæ in hanc Insulam irrumperent, & inde Mediterraneo mari dominarentur.

§. 2. *Historica recentis Corsicæ.*

NVM. 1. *Nomen Corsicæ.*

NOMEN antiquum nihil immutatum est: nobis Gallis *la Corse,* quod & paulò antiquiores leuiter inflectunt *la Corsegue,* indigenæ vbique dicuntur *les Corses.*

NVM. 2. *Quantitas Corsicæ.*

HIC *longitudo Geometrica*, est *latitudo Geographica*, vt & in Sardinia, & ita se habet dimensio huius Insulæ ex variis.

Ex-

Extensio Geometrica Corsicæ	Longitvdo	Latitvdo	Ambitvs
Secundum Gerardum Mercatorem	120. M. Paſ.	70. M. Paſ.	300. M. Paſſ.
Secundum Philippum Cluuerium	120. M. Paſ.	50. M. Paſ.	280. M. Paſſ.
Secundum nouã verámque dimẽſionem	106. M. Paſ.	54. M. Paſ.	300. M. Paſſ.

NVM. 3. *Qualitas Corſicæ.*

Regio ſterilior eſt, & niſi ſingularis accedat cultura vix frugum patiens, ſolo arenoſo, & lapidoſo. Quibuſdam in locis paſcua eſt. Vinum Corſicum Romæ in pretio eſt. Ferrum optimum & molle ſufficit Nebienſis tractus. Hinc quoque mellis, & ceræ plurimùm educitur; ſed mel non ita laudatur ob Buxi flores, quo tota hæc regio obducitur. Equos & canes emittit generoſiſſimos. Nec ſalutaribus aquis indiget ſeu calidis, ſeu frigidis. Emittit etiam telas, canabim & pannos. Inter Corſicam & Sardiniam coralia laudatiſſima reperiuntur.

NVM. 4. *Mores recentes Corſorum.*

Inivrias ſuas atrociùs cæteris Italis vlciſcuntur; vnde vulgata parœmia, violato Corſo neque viuo, neque mortuo fidendum eſſe, aut enim ipſe, aut filij, aut nepotes reponent iniuriam. Fortiſſimi milites ſunt, & ad omnia munera militiæ expeditiſſimi. Cuius ſpecimen edidit apud nos Mareſcallus Ornanenſis vir ex æquo fortis & prudens.

NVM. 5. *Politia recens Corſorum.*

Expvlsi ſunt Saraceni ex hac Inſulâ à Pipino Galliæ Rege: exinde in manus Genuenſium deuenit. Hanc tamen Piſani arro-


gabant sibi, vnde grauia bella inter vtramque Remp. enata sunt. Pisanis debellatis, Genuensis iuris omnino facta est. Nunc ab officio S. Georgij administratur per Gubernatorem eò missum cum Vicario, Cancellario, Scribâ, & ordinum ductore. Hic Gubernator duodecim habet assessores indigenas, quibuscum de politicâ administratione statuit. Finito magistratu rationem eius reddit, & eius vita accuratè excutitur vtrum innocens fuerit, an tyrannica. Insulani tamen mittunt Genuam quotannis duos legatos, alium Bastiâ, alterum Aiacio *Adiazzo*, vt prouideant ne quid Insula detrimenti capiat; si adiunguntur iis sex Syndici Cismontani, & duodecim Transmontani. Multis in locis turres excitatæ sunt ad arcendam vim piraticam Turcarum. Ferunt in eâ Insula reperiri 60. hominum millia qui arma tractare possunt; falsum est quod recens relatio de centum millibus refert. Quidquid pecuniæ hîc legitur in tutelam Insulæ impenditur; sed qualis ea sit non est facile definire, negotiis modò eam augentibus, modò querelis indigenarum eam imminuentibus.

§. 3. *Descriptio Geographica recens Sardiniæ.*

DIVIDITVR in duas partes fluuiis *Cedro*, & *Tyrso*.

PARS BOREALIS,

- ALGARA: *Algieri*, seu *Algher*, loco peramœno sita, aëre persalubri, quare Catalani eam magni olim faciebant. Portum habet amplissimum cum Episcopo, qui aliter Bosensis dicitur. Noua ciuitas est, sed satis culta, & frequens.
- Lugudorinum Pro. *Capo di Lugudori*, olim Erebantium.
- SASSARIS: *Sassari*, non procul à ruinis Turritæ vrbis perantiquæ: vrbs amœna quantum Insula patitur, sed parum munita.
- BOSA: *Bosa*, vrbecula lauta, Principis Salernitani Patrimonium, Episcopalis olim: malè à quibusdam affigitur fluuio Tyrso, Termum hi dicere voluerunt.
- TERRA NOVA: *Terra Nuoua*, antea dicta Empurias, & Fausinum, ciuitas quondam Episcopalis, sed sedes translata Castrum Aragonense.
- Sarda: *Sarda*, vel vt ait Niger *Longo-Sarda*, ad sinum nobilissimum, qui & Sardensis dicitur, & Terræ Nouæ.


LA CORSE
LA MER DE GENES
CAPRAIA
Cap de Corse
DESTROIT DE SARDAIGNE
LA SARDAIGNE
MER DE TOSCA
ZAVARA I

seu LVGVDORINA, vulgò *Capo di Lugudori.*

Olbiæ rudera : *Olbia Rouinata.*
Neruium : *Nerui*, municipium pulcherrimum.
S. Reparata : *S. Reparada*, versus Borealem Insulæ partem; locus nunc pæne desertus, olim alicuius nominis.
Portus Turritus : *Porto Torre*, vbi etiamnum vestigia visuntur Aquæductus, qui aliàs ad 12. millia perductus est, 18. palmis tantùm assurgens.
Castrvm Aragonense : *Castello Aragonese*, sic dictum ab Aragonensibus, qui locum hunc optimè munierunt: pulcherrima ciuitas post Calarim, vbi nunc degit Episcopus Fausinensis, seu Terræ Nouæ.
Neapolis : *Napoli*, in sinu amplissimo in quem cadit Fl. Tyrsus; ab ea Neapoli dictus est aliquando sinus Neapolitanus, communiùs Arboreus, *d'Oristagni.*

Oranum : *Orani.*
Possatum : *Possata.*
Serolis : *Seroli.*
Gocianum : *Gociano.*
Carignanum : *Carignano.*
Botila : *Botile.*
Soni : *Soni.*
— Minoris nominis loca, quorum pleraque aut Burgi, aut etiam Pagi.

PARS MERIDIONALIS, seu

Calaris : *Cagliari*, nobis *Caglier*, vrbs tetrapolis, in quâ Prorex, & pæne omnis Insulæ Nobilitas degit: media dicitur *Caglier*; quæ in Orientem vergit *Villa Noua*; quæ in Meridiem *Laglia Pola*, seu *Marina*; quæ in Occidentem *Stampax*; sed hæc tria potiùs sunt suburbia, & vrbis appendices. Hîc palatium luculentum, domus vrbana pulcherrima, fons ἀξιοθέατος ob aquarum copiam, cum tribus munitissimis aggeribus.
Arborea : *Oristagni*, caput Marchionatus, portus commodissimus ferè ad ostia Fl. *Tyrso*, sed vrbs pæne deserta est ob grauitatem cæli ex paludibus.
Susala, seu Suselia : *Suel*, vrbecula supra Calarim iam destructa, cuius Episcopatus vnitus est Calaritano.
Chia : *Chia*, olim portus Herculis ad Orientale Insulæ latus, infra Calarim.

CALARITANA, vulgò *Capo di Cagliari.*	Villa Ecclesiarum : *Villa d'Iglesia* Hispanis, Italis *Villa di Chiesa*, in quam translatus Episcopus Sulcitanus.	
	Mons Sanctus : *Monte Santo.*	
	SVLCI rudera : *Sulchi*, ruinæ vrbis antiquæ & amplæ, cuius Episcopatus translatus Villam Ecclesiarum.	
	MONS REGALIS : *Monte Regale*, olim Læsa, vnde eius Episcopus dicitur hodie Læsitanus : errant ergo qui vrbem Læsam aliam reperire volunt in hac Insulâ.	
	Sancta Barbara : *Santa Barbara.*	Loca parum celebrata, & pleraque, vel Burgi, vel Pagi.
	Domus Noua : *Domos Nouas.*	
	Fanum S. Gauini : *San-Gauino.*	
	Castrum Clarense : *Castro di Chiara.*	
	Do solus : *Dosòlò.*	
	Seruium : *Serui.*	
	Lonellum : *Lonello.*	
	Pariniana : *Parignana.*	
	Alba Turris : *Tor-Alba.*	

FLVVII SARDINIÆ.	Aragonensis Fl. *Fiume Aragonese*, olim Termus.
	Tyrsus : *Tyrso*, nomen antiquum immutatum habet.
	Sacer : *Sacro.*
	Scarabus : *Scarabos*, olim Saporus.
	Cedrus : *Cedro*, olim Cedris.
	Calaritus : *Calarita.*
	Seprus : *Sepro*, Calarito iungitur.

INSVLÆ MINORES AD SARDINIAM	ASINARIA : *Asinara*, seu *Zanara*, olim Herculis Insula; ferinâ imprimis abundat, & 30. ferè passuum millia ambitu cōtinet: locus nobilium venatione celeberrimus.
	S. Petri : *San-Pietro*, olim Hieracum, quia hîc etiamnum Accipitres excellentes, 15. mil. pass.
	S. ANTIOCHI : *Sant-Antioco*, olim Sulcitana; triginta millium passuum ambitu patet.
	Insulæ TAVRI & VACCÆ, nobis *le Taureau & la Vache*, vulgò *Toro* & *Vaca*, pascuis ambæ lætissimæ, vnde nomen accepere.
	TAVOLARA : *Tauolara*, aliter *Tolara*, olim Hermæa, sex millium ambitu, satis amœna.
	Rubra : *Isola Rossa.*

§. 4. *Corsicæ recentis descriptio Geographica.*

DIVIDITVR ab indigenis nunc Corsica aliquando in duas partes medio monte Insulam intercurrente, vulgò *la Sierra* ; & partes has vocant Cis-montanam, *Banda di qua Monti*, & Trans-montanam, *Banda della Monti* : aliàs in partes quatuor dirimitur, quas tibi hoc Paragrapho proponimus.

PARS CIS-MONTANA, seu BOREALIS, vulgò *Banda di quà Monti*, aliter *le Cap de Corse.*	BASTIA : *Bastia*, totius Insulæ caput littori Tusco opposita, in quâ Insulæ prætor degere solet; omnium vrbium huius Insulæ populosissima, muris minùs altis cincta est, sed arcem non temnendam habet: dipolis est; pars eius *Terra Noua* dicitur, vbi castrum & arx, éstque vrbis pars munitior; altera *Terra Vecchia.* FANVM S. FLORENTII : *San-Fiorenzo*, in spatiosâ planitie ad mare situm, à Gallis muniri cœptum an. 1553. quando illud occuparunt. NEBII RVINÆ : *Nebio Rouinata*, Comitatus amplissimi caput, qui ambitu dicitur continere 70. pas. millia, ex cuius ruinâ videtur esse excitatum S. Florentij fanum. Centurinum : *Centuri.* Herba-longa : *Herba-longa.* MARIANÆ Rudera : *Mariana Rouinata.* Minetuium : *Minerbio*, vrbecula perantiqua. Pinus : *Pino*, vrbs angustior, sed satis lepida. Pons Arcensis : *Ponte d'Arco.* CANARIA : *Canari* : ex qua pendent 12. pagi, éstque locus amœnissimus & cultissimus totius Insulæ. Fanum S. Petri : *San-Pietro*, aliter dictum *Poggio di Casta.* OSTRICONIVM : *Ostricone*, ad Fl. cognominem ; vnde valli cultissimæ nomen.
PARS O-RIEN-	ALERIÆ Rudera : *Aleria Rouinata*, sita in eminenti loco, vt Basilica reliqua arguit. Ampuniana : *Ampugnana*, vnde 20. pagis ius dicitur, quorum celeberrimus Alba Domus *Casa Bianca*, vbi primùm factiones Rufforum, & Nigrorum coalue-

TALIS, seu LATVS INTERIVS, vulgò *Banda di d'entro*.

runt, quæ totam Insulam distraxerunt, & ægrè sopitæ sunt.

Curia: *Cortes*, saxo ferè vndique prærupto imposita, in Vmbilico Insulæ, transitus euntibus ex vnâ parte Insulæ in aliam; sed mœnibus caret.

Acciæ ruinæ: *Accia Rouinata.*

Venacum: *Venaco.*

Alisana: *Alesano.*

Petra Polensis: *Pietra-Pola*, vbi balnea totius Insulæ laudatissima: aquæ illæ sulphureæ sunt, & scabiem sanant.

Cobasina: *Couasino*, amplissimus, & cultissimus burgus.

Regnium: *Regno*, burgus amplissimus, & diues, quem fluuius Tauignanus intersecat.

Cursa: *Cursa.*

PARS VLTRAMONTANA, seu MERIDIONALIS, vulgò *Banda dilla Monti*.

FANVM S. BONIFACII: *San-Bonifacio*, quod Thuanus primarium Insulæ vocat oppidum. Certè cùm Pisani, & Aragonij bellum inferrent Insulanis caput erat belli, ideóque à Genuensibus magno studio, & sumptu communitum est. Situm est in Chersoneso, quæ in morem piri excurrit in mare. Portus eius tutissimus, vtpote vndique montibus vallatus. Eius Salinæ magni prouentus sunt.

Portus vetus: *Porto Vecchio*, in amplissimo & capacissimo sinu qui clauditur Promontoriis *di Acque*, & *Erbicara.*

Fanum S. Amantiæ: *Sant-Amança*, aliis S. Mansæ, vnde sinus cognominis.

DOMVS BARBARICA: *Casa Barbarica*, à Saracenis Africanis nomen habet, qui locum hunc munierunt. Hîc multùm Coralij legitur.

SARTENVM: *Sarteno*, olim burgus, nunc vrbecula præcincta muris, quoniam piratarum excursionibus patebat.

Vegianum: *Veggiano.*

Vlnietum: *Olnieto.*

PARS OCCIDENTALIS, seu LATVS EXTERIVS, vulgò *Banda di Fuora*.

- Aiacivm : *Adiazzo*, caput totius Insulæ à quibusdam statuitur : oppidum frequens, & opulentum, vbi plerique mercatores Genuenses commorantur, triplici latere elutum mari, in sinu cognomine. Huius ager vini ferax, quod suauissimum esse dicitur.
- Calvivm : *Calui*, oppidum in mari positum formâ triangulari, vndique inaccessum nisi ab eâ parte quâ surgit cœnobium Franciscanorum : arcem habet permunitam.
- Portus S. Mariæ Caluiensis : *Santa Maria di Calui*, portus commodissimus.
- Sagonæ rudera : *Sagona*, eius Episcopus admodum inops vix sex millia librarum percipit.
- Balagina : *Balagna*, cuius oleum laudatur in primis. Hîc degere solet Vicarius officij S. Georgij, qui toti regioni Cis-montanæ ius dicit.
- Toanium : *Touani*, vnde 7. pagi pendent.
- Arenium : *Aregni*, vnde sedecim pagi ius petunt.
- Niolum : *Niolo*, seu *Nolo*, vnde valli nomen : hîc pascua lætissima, & valles profundissimæ in quibus crystallus nascitur. Burgus olim populosus sensim deficit.
- Girolatvm : *Girolato*, portus non incommodus in quem piratæ tempestate compelluntur, & sæpe prædas occulunt.
- Messana : *Mezzana*.
- Ornanum : *Ornano*, in Aiacensi agro, vnde Marescallus Franciæ notissimus habuit nomen.
- Sarlum : *Sarlo*, vbi vina laudatissima colliguntur.
- Vicus : *Vico*, vbi balnea celeberrima.

STAGNA CORSICÆ

- Dianium : *Stagno di Diano*.
- Vibinum : *Stago di Vibino*.
- Cobasinum : *Stagno di Couasina*.
- Crenus : *Creno*, in medio Insulæ.

FLVVII COR-

- S. Florentij : *San-Fiorenzo*, olim Volerius.
- Ornanus : *Fiuminale d'Ornano*.
- Capitellus : *Capitello*, olim Locra.
- Ficarius : *Ficarius*, nomen antiquum retinuit.

Go-

SICÆ
- Golus Fl. *Golo* maximus Insulæ, olim Tauola.
- Tauinianus: *Tauignano*, ortus ex Creno lacu, olim Rhotanus.

INSVLÆ AD CORSICAM.
- Giralia: *Giraglia*, ad Boream.
- Capraria: *Caprea*, versus Tusciam.
- Gargana: *Gargano*. } In parte Occidentali Corsicæ.
- Spanus: *Spano*. } In parte Occidentali Corsicæ.
- Corsi Insula: *Isola delli Corsi*, ad latus Orientale Insulæ.

CAPVT X.

Italia Christiana, seu Italiæ diuisio per Archiepiscopatus, & Episcopatus.

QVos Episcopatus Asterismo * prænotamus, intelliges à Metropolitani iurisdictione reuulsos esse, atque à solo pendere Pontifice.

§. 1. *In Statu Veneto.*

Olim PATRIARCHA GRADENSIS cui successit-
- Castellanus Venetiarum: *iadis de Venise*.
- Æquilius: *vrbs periit*.
- Caprulanus: *Caorle*.
- Torcellianus: *de Torzello*.
- Clodianus: *de Chioza*.
- Heraclianus: *vrbs periit*.

-PATRIARCHA VENETVS *Patriarch. de Venise*.
- Torcellianus, olim Altinensis: *Torzello*.
- Clodiensis: *Chioza*, in Insulâ Ducatus.

PATRIARCHA AQVILEENSIS
- Taruisinus: *de Teruiso*.
- * Opiterginus, nunc Cenetensis: *d'Oderzo, ou de Ceneda*.
- Feltrensis: *de Feltre, ou Feltri*.
- Bellunensis: *de Belluno*.
- Concordiensis: *de Concorde*.
- Tergestinus: *de Trieste*, in Istriâ, ditionis Austriacæ.

Patriarc. d'Aquilée, nunc commoratur Vtini in Foro Iulio.	Capitis Istriæ, seu Iustinopolitanus: *de Cabo d'Istria.* Polensis: *de Pola.* Parentinus: *de Parenzo.* Petinensis: *de Petin*, in Istriâ. Ciuitatis Nouæ, seu Æmoniensis: *de Citta Nuoua.* Patauinus: *de Padouë.* Vicentinus: *de Vicenze.* Veronensis: *de Verone.* Comensis: *de Come*, in Ducatu Mediolanensi. * Mantuanus: *de Mantouë*, in Longobardia. * Tridentinus: *de Trente*, in Germaniâ. *Bergomensis*, & *Brixiensis*, pendent ab Archiep. Mediolanensi, *Cremensis*, ab Arch. Bononiensi.

§. 2. *Episcopatus in Longobardiâ.*

ARCHIEPISCOPATVS MEDIOLANENSIS, *Archeueſché de Milan.*	Cremonensis: *de Cremone.*	
	Nouariensis: *de Nouarre.*	
	Laudensis: *de Lodi.*	
	Alexandrinus: *d'Alexandrie la Paille.*	
	Dertonensis: *de Tortone.*	
	Vigeuanensis: *de Vigheuano.*	
	* Papiensis, seu Ticinensis: *de Pauie.*	
	Bergomensis: *de Bergamo.* Brixiensis: *de Brescia.*	In Statu Veneto.
	Vercellẽsis: *de Vercelles.* Albensis: *d'Albe.*	Sub ditione Ducis Sabaudiæ.
	Astensis: *d'Asi.*	
	Casalensis: *de Casal S. Vas.* Aquensis: *d'Acqui.*	In Monte-Ferrato Ducis Mantuani.
	Sauonensis: *de Sauone.* Intemeliensis: *de Vintemigle.*	In Ora Genuensi.
	Bobiensis pendet ab Archiep. Genuensi.	

ARCHIEP. TAVRINENSIS *Arch. de Turin.*	Eporediensis: *d'Yurée.* Montis Regalis: *de Mondoui.* Fossanensis: *de Fossano.* * Salutiensis: *de Saluce.*

AR. TARENTASIENSIS, *Ar. de Tarentaise.*	Augustanus: *d'Aôste.* Sedunensis: *de Sion en Valais.*	Extra Italiam hi omnes excurrunt.
Sub ARCHIEPISCOPIS extra ditionem Ducis.	Nicienfis: *Nice.*	Sub Ebrodunensi Archiep.
	Maurianensis: *S. Iean de Maurienne.* Anicienfis: *d'Anicy*, olim *de Geneue.*	Sub Archiepisc. Viennensi in Galliâ.
	Vercellensis: *de Vercelles.* Astensis: *d'Ast.*	Sub Archiepiscopo Mediolanensi.

In ditione Pôtificiâ.	ARCH. BONONIENSIS, *De Bologne la Grasse.*	Parmensis: *de Parme.* Placentinus: *de Plaisince.* Rhegiensis: *de Rheggio.* Mutinensis: *de Modene.* Carpensis: *de Carpi.*	In ditione Ducum Mutinensis, & Parmensis.
		Cremensis: *de Creme*, in ditione Venetâ.	
		Burgi S. Donini: *de Borgo S. Donino.*	

§. 3. *Episcopatus in Statu Genuensi.*

ARCHIEPISCOPATVS GENVENSIS, *Arch. de Gennes.*	Albingaunensis: *d'Albenga.* Naulensis: *de Noli.* Bruniacensis: *de Brugnato.* Bobiensis: *de Bobio*, in Ducatu Mediolanensi.	
	Marianensis: *de Mariana.* Acciensis: *d'Accia.* Nebiensis: *de Nebio.*	In Insulâ Corsicâ, ditionis Genuensis.
	Sauonensis, & *Intemeliensis* subiacent Arch. Mediolanensi, *Aleriensis*, *Sagonensis*, *Adiacensis*, & *Sarsanensis*, subsunt Archiepisc. Pisano.	

§. 4. *Episcopatus in Etruriâ.*

ARCH. FLORENTINVS	Pistoriensis: *de Pistoye.* Fæsulanus: *de Fiesôli*, ou *Fiezol.* Collensis: *de Collè.* Volaterranus: *de Volterra.* Burgi S. Sepulchri: *de Borgo San-Sepolchro.*

Arch. de Florence.
Ciuitatensis : *de Citta di Sòle.*
* Montis Politiani : *de Mont Politian*, seu *Mon-Pulcian.*
* Cortonensis : *de Cortone.*

ARCH. PISANVS *l'Archeuesché de Pise.*
Suanensis : *de Soana.*
Clusinus : *de Chiusi.*
Grossetanus : *de Grossete.*
Populoniensis : *de Piombino.*
Massensis : *de Massa.*
Pientinus olim Corsinianensis : *de Pienza.*
Ilcinensis : *de Mont Alcino.*
Liburnensis : *de Ligourne*, *ou de Liuorno.*
* Sarsanensis : *de Sarzane*, ditionis Genuensis.
Lucensis : *de Lucques*, ditionis Lucensium.
Adiacensis : *d'Aiazzo.*
Caluiensis, seu Sagonensis : *de Calui, ou Sagone.*
Aleriensis : *d'Aleria.*
— In Corsicâ, ditionis Genuensium.

§. 5. *Episcopatus in Statu Pontificio.*

ARCHIEPISCOPVS ROMANVS
OSTIENSIS : *d'Ostia*, cui iunctus Velitrensis.
PORTVENSIS : *de Porto.*
SABINENSIS : *des Sabins.*
PRÆNESTINVS : *de Palestrina.*
TVSCVLANVS : *de Frascati.*
ALBANENSIS : *d'Albano.*
— Episcopatus sex attributi Cardinalibus Episcopis S. Romanæ Ecclesiæ, omnes in Campaniâ Romanâ.

Tiburtinus : *de Tiuoli.*
Anagninus : *d'Anagni.*
Verulanus : *de Veroli.*
Tarracinensis : *de Terracine.*
Setinus : *de Sezza.*
Signinus : *de Segni.*
Alatrinus : *d'Alatro.*
Ferentinus : *de Ferentino.*
Velitrensis : *de Velitri*, vnitus Ostiensi.
— Hi Episcopatus quoque reperiuntur in Campaniâ Romanâ.

PATRIARCHA OCCIDENTIS & TOTIVS ORBIS CHRISTIANI PAPA, seu Sũmus Pontifex.

Sutrinus : *de Sutri.*
Nepesinus : *de Nepi.*
Ciuitatis Castellanæ : *de Citta Castellana.*
Hortanus : *d'Horta.*
Viterbiensis : *de Viterbe.*
Tuscanensis : *de Tuscanella.*
Centumcellensis : *de Ciuita Vecchia.*
Balneoregiensis : *de Bagnarea.*
Vrbeuetanus : *d'Oruieto.*
Perusinus : *de Peruse, ou Perouse.*
Ciuitatis Castellanæ, seu Tifernatensis : *de Citta di Castello.*
Ciuitatis Plebis : *de Citta di Pieue.*
Castrensis : *de Castro.*
Aretinus : *d'Arezzo en Toscane.*

Episcopatus hi omnes sunt in antiquâ Etruriâ, hoc est, Patrimonio S. Petri, agro Vrbeuetano, Perusino, &c.

Spoletinus : *de Spolete.*
Nurciensis : *de Norcia.*
Interamnensis : *de Terni.*
Narniensis : *de Narni.*
Amerinus : *d'Amelia.*
Tudertinus : *de Todi.*
Reatinus : *de Rieti.*
Fulginas : *de Foligni.*
Assisiensis : *d'Assisi.*

Episcopatus hi omnes reperiuntur in Vmbriâ.

Anconitanus : *d'Ancone.*
Humanensis : *de Humana.*

Iuncti.

Lauretanus : *de Lorette.*
Recinensis : *de Recanati.*
Asculanus : *d'Ascoli.*
Æsinus : *de Iesi.*
Auximanus : *d'Osmo.*
Camerinensis : *de Camerin.*
Cornuetensis : *de Corneto.*
Monte-Flasconius : *de Monte Fiascone.*

Episcopatus in Marchiâ Anconitanâ.

ARCH. VRBI-

* Fanensis : *de Fano.*
Senagalliensis : *de Senigaglia.*
Foro-Sempronensis : *de Fossombrone.*

Episcopatus

NAS *l'Arch. d'Vrbin.*	Eugubinus : *d'Eugubio.* Calliensis : *de Cagli.* Pisauriensis : *de Pesaro.* Leopolitanus : *de S. Leon.*	in agro Vrbinate.

ARCH. FIRMANVS *l'Archeu. de Fermo.*	San-Seuerinus, olim Septempedanus : *San-Seuerino.* Tolentinas : *de Tolentin.* Maceratensis : *de Macerate.* Montis Alti : *de Montalte.* Ripa Transonensis : *de Ripa Transoné.*

ARCHIEPISCOPATVS RAVENNENSIS *l'Archeuesché de Rauène.*	Rouigensis : *de Rouigo*, olim *d'Adria.* Comaclensis : *de Comachio.* Fauentinus : *de Faenza.* Britinoriensis : *de Britinoro, iadis Forlimpopoli.* Foroliuiensis : *de Forli.* Cæsenas : *de Cesena.* Sarsinensis : *de Sarsina.* Ariminensis : *de Rimini.* Imolensis, olim Forocorneliensis : *d'Imola.* Ceruiensis olim Ficoclensis : *de Ceruia.* Fanestriensis : *de Fanestria.* * Ferrariensis, olim Vogentianus : *de Ferrare, iadis de Buondeno.*

ARCHIEPISCOPATVS BONONIENSIS *l'Archeuesché de Boulogne.*	*Cuius omnes Episcopi sunt in ditionibus Ducum Parmensis, & Mutinensis; de his egimus in Longobardiâ.*

§. 6. *Episcopatus in Regno Neapolitano.*

ARCH. NEAPOLITANVS *Arch. de Naples.*	Puteolanus : *de Pouzzol, ou Pozzuolo.* Nolanus : *de Nole.* Acerranus : *de Cerra.* Ænariensis, seu Ischianus : *d'Ischia.* * Auersanus : *d'Auersa*, cui iuncti nunc Cumanus, & Atellanus *d'Atella.*

ARCHI-	Teanensis : *de Tiano.* Caluensis : *de Calui.* Casertanus : *de Caserta.*

EPISCOPATVS CAPVANVS *Arch. de Capouë.*	Calatinus : *de Caiazzo.* Calenensis : *de Carinola.* Æserniensis : *d'Isernia.* Suessanus : *de Sessa.* Venafranus : *de Venafro.* Aquinas : *d'Aquin.* Cassinensis : *du Mont Cassin.* Fundanus : *de Fondi.* Caietanus : *de Gaiete ;* cui iuncti Formianus *de Mola*, & Minturnensis *de Traietto.*
ARCH. SALERNITANVS *l'Arch. de Salerne.*	Campaniensis : *de Campagna*, iam vnitus *Satriano.* Caput Aquensis : *de Capaccio.* Policastrensis : *de Policastro.* Nuscensis : *de Nusco.* Sarnensis : *de Sarno.* Marsicensis : *de Marsico Nuouo.* Nucerinus : *de Nocera di Pagani.* Acernensis : *d'Acerno.* * Cauensis : *de Caua.*
ARCHIEP. AMALPHITANVS *Arch. d'Amalfi.*	Letterensis : *de Letteré.* Capritanus, seu Caprearum : *de Capri.* Minorensis : *de Minori.* * Scalensis : *Scala.* } * Rauellensis : *Rauello.* } Nunc vniti faciunt vnum Episcopatum.
ARCH. SVRRENTINVS *Arc. de Sorrento.*	Vicensis, seu Viciaquensis : *de Vico.* Massensis : *de Massa.* Castro Stabiensis : *di Castel à Mare di Stabia.*
ARCH. COMPSANVS *l'Archeu. de Conza.*	Muranus : *de Muro.* Cangianensis : *de Cangiano.* Satrianensis : *de Satriano*, vnitus Campaniensi. Montis Viridis : *de Monte Verde*, vnitus Archiepisc. Nazareno, seu Barulano. Alcedoniensis : *de la Cedogna.* S. Angeli Longobardorum : *de S. Angelo di Lombardi.* } Bisacciensis : *de Bisaccia.* } Iam vniti vnam conflant Diœcesim.

ARCH. ACHERONTINVS

l'Archeu: de Cirenza.

- Materanus vnitus Archiep. *de Materano.*
- Venusinus : *de Venosa.*
- Turciensis : *de Tursi*, olim Anglonensis *d'Anglone.*
- Potentinus : *de Potenza.*
- Grauinensis : *de Grauina.*
- Tricaricensis : *de Tricarico.*
- * Melphitensis : *de Melfi.*
- * Rapollensis : *de Rapolla.*
- * Montis Pilosi : *de Monte Pelozo.*

ARCHIEPISCOPATVS BENEVENTANVS

l'Archeuesché de Beneuent.

- Asculanus : *d'Ascoli.*
- Florentinolius : *de Fiorenzuola.*
- Telesinus : *de Telezé.*
- S. Agathæ Gothorum : *de Sant-Agatha di Gothi.*
- Montis Marani : *de Monte Marano.*
- Auellinensis : *Auellino.* } Iam in vnum coaluerunt.
- Fricentinus : *Fricenti.* } Iam in vnum coaluerunt.
- Vicanus : *de Vico della Baronia.*
- Arianensis : *d'Ariano.*
- Boianensis : *de Boiano.*
- Bouinensis : *de Bouino.*
- Tarbulensis : *de Toribolense.*
- Tragonarensis : *de Dragonara.*
- Vulturarensis : *de Volturata.*
- Larinensis : *de Larina.*
- Termulensis : *de Tremoli.*
- Lesinensis : *de Lesina.*
- Guardi Alferiensis : *de Guardia d'Alfieres.*
- * Triuentinus : *de Triuento.*

ARCH. THEATINVS

l'Arch. de Thieti.

- Ortoniensis : *d'Ortona di Mare.*
- Camplensis : *de Campli.*
- Pinnensis : *Ciuita di Penna.* } Nunc in vnum coaluerunt.
- Adriensis : *d'Atri.* } Nunc in vnum coaluerunt.
- Sulmonensis, aliter Valuensis : *de Sermona.*
- Caliensis : *de Cali*, seu *de Citta Ducale.*
- * Aquilanus : *d'Aquila.*
- * Marsianus : *de Marsico.*
- * Teramensis : *de Teramo.*

LAN-

LANCIANENSIS ARCH. fine vllis fuffraganeis : *l'Archeuefché de Lanciano.*

ARCH. MANFREDONIENSIS, feu Montis S. Angeli, olim SIPONTINVS, & M. Gargani : *Archeuefché de Manfredonia, ou du Mont S. Ange.*
- Troianus : *de Troye, ou Troia.*
- Vieftanus : *de Viefte.*
- S. Seuerinus : *de San-Seuero.*

ARCHIEPISCOPATVS BARENSIS *l'Archeuefché de Bari.*
- Canufinus vnitus : Arch. *de Canofa.*
- Iuuenacenfis : *de Giouenazzo.*
- Bitontinus : *de Bitonte, ou Bitonto.*
- Rubenfis : *de Ruuo.*
- Conuerfanus : *de Conuerfano.*
- Polinianenfis : *de Polignano.*
- Bittetenfis : *de Bitteto.*
- Lauellinenfis : *de Lauiello.*
- Mineruinus : *de Moneruino.*
- Molfittenfis : *de Molfetta.*
- Cum duobus in Dalmatiâ, Catarenfi *de Cataro*, & Budoenfi *de Budoa.*

NAZARENVS ARCH. fine fuffraganeis, aliter BARVLANVS : *de Nazareth, ou de Barlette*, cui adiunctus Epifcopatus Montis Viridis : *de Monte Verde.*

ARCHIEP. TRANENSIS *l'Arch. de Trani.*
- Salpenfis vnitus : *Arch. de Salpi.*
- Andrienfis : *d'Andria.*
- Vigilienfis : *de Bifeglia.*

ARCH. TARENTINVS *l'Archeuefché de Tarente.*
- Motulenfis : *de Motula.*
- Caftellanetenfis : *de Caftellanetta.*

ARCH. BRVNDVSINVS *l'Arch. de Brindes, ou Brindifi.*
- Oftunenfis : *d'Oftuni.*
- Orienfis : *d'Oria.*

ARCH. HYDRVNTINVS *l'Archeu. d'Otranto.*
- Callipolitanus : *de Gallipoli.*
- Aletinus : *de Lecce, ou de Leeche.*
- Vgentinus : *d'Vgento.*
- Caftrenfis : *de Caftro.*
- Nardonenfis, feu Nerotinus : *de Nardo.*
- Alexanenfis : *d'Aleffano.* } Iam coaluerunt.
- Leucenfis : *de S. Maria di Leuca.* } Iam coaluerunt.

ARCH. ROSSANENSIS, sine suffraganeis: *l'Arch. de Rossano.*
* Businianensis: *de Bisignano.*

ARCH. CONSENTINVS *l'Archeuesché de Consenza.*	Montaltensis: *Montalto*, vnitus Archiepisc. Martoranensis: *de Martorano.* * Cassanensis: *de Cassano.* * San-Marcensis: *de San-Marco.*
ARCHIEP. SAN-SEVERINENSIS *l'Archeuesché de San-Seuerina.*	Bellicastrensis: *de Belcastro.* Vmbriaticensis: *d'Vmbriatico.* Strongolensis: *de Strongoli.* Insulanus: *d'Isola.* Cariatensis: *de Cariati.* Cerentinus: *de Cerenza.*
ARCHIEPISCOPATVS RHEGIENSIS *l'Arch. de Reggio.*	Amantinus: *d'Amantea.* Neocastrensis: *de Nicastro.* Tropiensis: *de Tropea.* Crotoniensis: *de Cortone.* Oppidensis: *d'Oppido.* Castellobrucensis: *de Castellamare della Brucca.* Hieracensis, olim Locrensis: *de Gieraci.* Scyllacensis: *de Squillace.* Nicoterensis: *de Nicotera.* Bouensis: *de Boua.* Tabernensis: *de Tauerna.* } Vnam iam diœcesim Cantazarensis: *de Cantazaro.* } conflant. * Monteleonensis: *de Monteleone.* } Iam coniuncti Miletensis: *de Mileto.* } sunt.

§. 7. *Episcopatus Maiorum Insularum ad Italiam.*

In Sici-	ARCH. PANORMITANVS *l'Archeues. de Palerme.*	Mazarensis: *de Mazara.* Agrigentinus: *de Gergenti.* Melitensis: *de Malte.*
	ARCHIEPISC. MESSANENSIS *l'Archeues. de Messine.*	Cephalædensis: *de Cifalu.* Pactensis: *de Patti.* Liparensis: *de Lipari.*

liâ. | ARC. MONTIS REGALIS *l'Archeueſché de Montreal.* | Catanenſis : *de Catane.* Syracuſanus : *de Syracuſe.*

In Sardinia.

ARCH. CALARITANVS *l'Arch. de Caglier.*
- Suſalenſis : *de Suall*, vnitus Archiepiſcop.
- Eccleſienſis, olim Sulcitanus : *de Villa di Gleſia.*
- Montis Regalis, olim Læſitanus : *de Monte Reale.*

ARC. SASSARITANVS, olim Turritanus, *l'Archeu. de Saſſari.*
- Algarenſis : *d'Algieri.* Boſenſis : *de Boſa.* } Vniti.
- Caſtri Aragonenſis : *de Caſtro Aragoneſe*, olim Emporienſis, & Fauſinenſis : *de Terra Noua.*

ARCH. ARBORENSIS *Arch. Oriſtagni.*
- Toralbenſis : *de Toralba.*
- Vſelenſis : *d'Vſéel.*
- San-Iuſtenſis : *de Santa Iuſta.*
- } Cum Archiep. coaluerunt.

In Corſicâ.

Sub ARCHIEP. GENVENSI *Sous l'Arch. de Gennes.*
- Marianenſis : *de Mariana.*
- Nebienſis : *de Nebio.*
- Accienſis : *d'Accia.*

Sub ARCHIEP. PISANO *Sous l'Arch. de Piſe.*
- Alerienſis : *d'Aleria.*
- Sagonenſis : *de Sagona.*
- Adiacenſis : *d'Aiazzo.*

CAPVT XI.

De Admirandis Italiæ recentioris.

§. PRIMVS. *Admiranda Venetæ ditionis.*

AD vicum Phornium non procul à fonte Tiliauempti *Taiamento* fons mirabilis viſitur, in quem deiectum lignum lapideo cortice obducitur, & virgulta foliáque immerſa lapideſcunt. *F. Leander Albertus Bononienſis in Foro Iulio.*

In Aponi fontis aquis calidis, herbæ etiam hac ætate naſcuntur,

vt ætate Plinij, neque quidpiam de viriditate deperdunt hoc calore afflatæ. *Michaël Sauonarola, libro de Balneis.*

Ad Custodiam vicum in agro Vicentino visitur mons excauatus, cuius Latomiæ fulciuntur mille, & ampliùs columnis. In hac cauernâ ingenti, lacus est miræ amplitudinis de quo incolæ multa fabulosè circumferunt. Pisces certè nullos habet, sed squillas iis similes quæ Venetiis distrahuntur. In eâdem cauerna nullum animal reperitur, præter vespertiliones, notas quasdam habentes in fronte, & coloris diuersi ab aliis vespertilionibus. Quibusdam etiam in locis ex camerâ saxum humore stillat ad omnia corrumpenda efficacissimo; quod videre est in stipulis casu illic relictis, & radicibus arborum atque lignis, quæ celerrimè absumuntur. *Leander in Marchiâ Taruisanâ.*

In agro Vicentino Piola lacus quâ de causâ crescat, aut detumescat ignoratur; hoc certissimum eum instar paludum Veneticarum augeri, & imminui. *Scotus in Itinerario suo.*

In Territorio Veronensi visitur fons memorabilis iuxta Megarinum, in valle Policellâ profluens ex mammis, specie muliebrium, ferro excisis in rupe: ex iis cadentes aquæ nitidæ dant lac nutricibus quæ id casu, vel morbo perdiderunt, si iis abluantur. *F. Leander Albertus in Marchiâ Taruisanâ.*

§. 2. *Admiranda Longobardiæ.*

Aqvis in Monteferrato, vulgò *Acqui* balnea quædam reperiuntur aquæ calidæ, in quibus herbæ nihilominus enascuntur, & virent. *Burselius quidam apud Leandrum in Longobardiâ Cispadanâ.*

Eadem balnea fundunt aquas omnibus morbis salutares, quæ tamen mortiferæ sunt iis qui ex nimiâ venere contraxere morbos, aut quibus infectæ meretrices Neapolitanam luem afflauere. *Auctor Rerum publicarum & Imperiorum.*

Dertonam (*Tortone*) dictum volunt à tribus donis; *Primum* quòd saxum in loco Paëna dicto copiosè oleum emitteret: *alterum* quòd fons prope Garbanianum quotannis in festo S. Ioan. Baptistæ copiosiùs flueret: *Tertium* quòd paulò antequam nobiles viri mortem erant oppetituri iuxta Petram Bissariam panis sectus sanguinem stillauerat. *Leander in Longobardiâ Cispadanâ.*

Quinquies mille passibus à Suessulâ in Finianâ solum baculo

percussum tot flammas eiicit quoties percussum est; si autem his flammis superiniiciatur pannus, illicò sopiuntur. *Leander Albertus in Romanulâ.*

Tractus qui est ad vicum *Monte Zebio* 12. millibus passuum à Mutinâ, luxuriat oleis, tamen nonnullis in locis ardet. *Phil. Cluuerius antiquæ Italiæ libro* 1. cap. 28.

Ad montem Zibium, qui mons totus cauernosus est, fluunt aquæ cum bitumine. Hic mons diu arsit, & pumices multos emisit. *Idem Cluuerius, & Andreas Baccius.*

Ad lacum Comensem visitur fons Plinianus dictus, in vico cognomine; ille vt ætate Plinij ter in die crescit, ter decrescit. *Andreas Baccius, Leander, & tot testes quot indigenæ.*

§. 3. *Miranda Tusciæ, seu Hetruriæ.*

ELSA fluuius est, vnde valli nomen, cadit in Arnum inter *Empoli*, & *S. Miniato*; hic postquam recepit Senam fluuiolum, obducit lapideo cortice quidquid lignorum in eum immiseris. *Leander Albertus in Tusciâ.*

In agro Volaterrano aquæ tanto strepitu, tantáque violentiâ ebulliunt, vt altitudine pedum decem exiliant, nec minori cum sonitu rursum cadunt cum horrore spectantium. Præterea tanti sunt feruoris, vt iniecti animalis ossa extemplò carne nudata emergant. Riuulus ex his aquis efficitur quo se exonerant, cuius in ripis gummi ferreo, sulphureo, & atramenti sutorij colore cernitur. Lapides qui circa sunt omnes exusti à pictoribus vmbris ducendis vehementer expetuntur. Miraculum etiam aliud inest iis aquis, quòd pluuiam prænunciant densis vaporibus vsque ad nubes emissis: sereno cælo fumum rarum humilémque, & per vicina sese diffundentem exhalant. *Ita Albertus in suâ Tusciâ.*

Hîc aliæ aquæ cernuntur claritatis præcipuæ, quæ cùm ebullire magnâ vi videantur, tamen ad tactum rigent. Generant hæ gummi candidissimum, aluúmque difficilem emolliunt. *Idem Leander, eodem loco.*

Haud procul Leciâ in agro Volaterrano aquæ limpidissimæ defluunt, quæ salitæ, & affatim potæ, móxque vel vomitu, vel abscessu naturæ redditæ corpora multis morbis sanant. Sterilitatem quoque mulieribus auferunt, redditâ fœcunditate. *Leand. in Tusciâ.*

Haud procul à Senensium Monte Rotundo visitur specus in altitudinem vastissimus, ex quo certis anni temporibus venti tanto cum impetu, ac vi prorumpunt, vt propinquos arborum ramos conuellant, ipsásque arbores frequenter solo eruant. *Paulus Merula Cosmograph. parte 2. lib. 4. cap. 13.*

Item in agro Volaterrano in colle Vlimento prorumpit fons è saxo, cuius aquæ quidquid immergitur intra 15. dies lapidescit. *Volaterranus, Leander, Maginus.*

In Florentinorum, & Senensium finibus visuntur duo lacus interuallo iactus sagittæ discreti, vnus aquas habet clarissimas, at vt aiunt incolæ fundo caret; alter paulò minor aquam nigram instar atramenti, paritérque vado incomperto: in hunc iniectum lignum extemplò ad ima rapitur atque disparet: piscibus ambo carent. Ferunt indigenæ his duos ganeones haustos esse, maiore quidem & lympidiore cauponem sceleratissimum, minore & nigro cinædum turpissimum cuius mores aqua repræsentat. *Leander in Tuscia.*

Aretij mulieri è naso spicæ farris enatæ sunt, eadémque grana enata mulier ipsa vorauit. *Ioan. Gualterus in suo Thesauro Politico.*

Mons Politianus seruat corpus B. Agnetis Ordinis Prædicatorum, quæ ab oppido Politiana dicta est, atque hactenus seruatur integrum. Narrant autem indigenæ hoc corpus prænunciare calamitates imminentes oppido, si sudorem emittat. *Leander citatus, in suâ Tusciâ.*

In agro Montis Politiani fons visitur, cuius aquis gustatis aues mortuæ concidunt; sed si mox in alium locum transferantur sensum vitámque recipiunt. *Idem Leander Albertus.*

Ilua Insula (*Elbe*) sic abundat ferro, vt quantùm exemeris ex vno loco tantumdem succrescat intra vicesimum quintum, aut trigesimum annum; sed quod mirum magis, in hac Insulâ liquescere non potest illud ferrum. *Porcacius & Botterus.*

In medio eiusdem Insulæ Iluæ fons augetur, & deficit quantùm dies crescunt, aut decrescunt: itaque in solstitio æstiuo tantùm aquæ sufficit, vt molendinum agat, in solstitio hyemali ferè deficit. *Porcacius in descriptione Insularum.*

In Romanulâ Florentinâ non procul à ciuitate Solis *Citta di Sole*, mille passibus ab oppido *Portico* locus est quem incolæ vocant Inferum, vbi terra grauis, & fusca, cum specu quatuor ferè

pedum latitudinis; hîc si flammam admoueris accendetur terra, & tantum excitabitur incendium, vt ligna etiam viridantia deflagrent. Extingues facilè si igni pannum superinieceris. *Leander in Romanula.*

Ad vicum Petramalam in eâdem Romanulâ Florentinâ antrum perpetuâ flammâ æstuat. Hîc quoque non procul à viâ quæ Florentiâ ducit Mutinam vicus dictus *Baragazza*, vbi collis, in cuius summâ planitie fumus interdiu, noctu etiam scintillæ emicant. *Leander in Romanula.*

§. 4. *Admiranda ditionis Pontificiæ.*

AQVÆ Tiberinæ infra vrbem haustæ ad aliquot annos purissimæ, & suauissimæ conseruantur. Causam aliqui refundunt in Anienem, qui Sulphuratam fluuiolum ebibit, & secum nitratas aquas defert. *Quot Romani totidem testes.*

Non procul ab Albano aliquot monimenta visuntur magnâ ex parte collapsa. Alexandro autem VII. Pontifice in quodam ex iis sepulchris repertum est cadauer puellæ mirabili liquore cōditum, eíque propemodum innatans, incorruptum, capillo flauo & promisso, capite aureâ coronâ redimito. Ad pedes eius ardebat lucerna quæ aperto monumento repentè defecit. Vt constitit ex litteris incisis, iam ab annis mille trecentis hoc cadauer inclusum erat. Oblatum est Conseruatoribus vrbis; quia integrum, miraculi loco, & aliquot diebus in Capitolio seruatum; sed Pontifex id curauit abiiciendum in Tiberim. Quidam crediderunt fuisse cadauer Tulliolæ filiæ Ciceronis, quam pater impensiùs amauit, sed nullâ ratione coniectura nitebatur. *Volaterranus, & Ioannes Garzus Bononiensis Leandri præceptor.*

In Syluis Antiis fons exiguus inter ingentes ædificiorum ruinas iacet, cuius aquis gustatis illico volucres mortuæ concidunt. *Blondus testis* αὐτόπτης.

Non procul ab Anagniâ fons Tofanus dictus hyeme, lacu Fucino, seu Celano, congelato siccatur, at autumno, vere, & æstate redundat: quare peritiores credunt eum originem ducere à prædicto lacu; ideóque cùm hic congelatus est aut nullas, aut paucas eidem fluuio aquas sufficere. *Blondus & Leander Albertus.*

Ex Tiburtino, & Gabio lapide magna pars olim ædificiorum Romæ constructa est, & nunc conficitur, terrâ subinde nouam suggerente materiam. *Blondus, Volaterranus, Leander, &c.*

In viâ quâ Tibure Romam itur candentes generantur lapilli, dulciariis condituris simillimi, velut Amygdalarum, Coriandri, Anisi, &c. Sunt autem adeò similes veris dulciariis, vt non nisi à peritis indigenis internoscantur; vnde per iocum nominantur Tiburtina Tragemata, *dragées de Tiuoli. Leander Albertus in Latio.*

In agro Terracinensi fons erat aliàs aquæ pestiferæ *Anxur* appellatus, quem ideo indigenæ obturarunt ne hominibus, & animalibus exitium afferret. *Boccatius libro de Fontibus.*

In fundo Vulsinij lacus visuntur adhuc vestigia pedum S. Christinæ, ex quo pro Christi fide, in eum præcipitata est. *Leander Albertus in Tusciâ.*

In vrbe Bolsenâ cernuntur lapides tincti sanguine hostiæ, qui defluxit cùm de veritate Christi corporis Sacerdos mysteria peragens dubitaret. Corporalia autem, & reliqua sacrificantis instrumenta, eodem tincta sanguine seruantur Vrbeueti *Oruieto. Idem Leander loco citato.*

Beata Catharina colitur in vrbe Monte-Falco in Vmbriâ, vnde oriunda erat, cuius in corde omnia passionis instrumenta mirabiliter impressa sunt. Inuenti sunt, & in eius præcordiis tres lapilli, qui inter se compositi, si duo appendantur in lance non præponderabunt vni; quibus indicari volunt augustissimum S. Triadis mysterium. Hoc tamen postremum de lapillis negant testes omni exceptione maiores. *Volaterranus, Blondus, Leander.*

Circa lacum Reatinum ligna passim in agris visuntur lapideo obducta cortice. Certè narrant accolæ lignum defixum in hoc lacu intra paucos dies lapideo cingulo circumcingi. Fidem etiam facit huic portento, quod saxum per quod exoneratur lacus ille, ita excrescat aliquando, vt id ferro repurgare necesse sit, ne per vicina loca lacus ipse, Velinúsque fluuius superstagnent. *Leander Albertus ipse* αὐτόπτης.

In lacu Pedelucensi, *de Pedeluco*, quidquid defixeris intra paucos dies obducitur lapideo cortice. Ex eo autem lacu perpetua semper existit nebula; quare è subiectâ valle respicientibus perpetua apparet Iris. *Leander in suâ Vmbriâ.*

Nursinus lacus, *Lago di Norcia*, imprimis memorabilis est apud

Ita-

Italos; huic vulgò dæmones innatare credunt indigenæ, quoniam hîc aquæ perpetuis motibus subsilire vicissimque subsidere cernuntur cum ingenti spectantium admiratione. Ferunt etiam dæmonas hîc interrogantibus responsa dare, & optatas diuitias, honores, atque voluptates iis concedere à quibus per magicas euocationes accersiti sunt. Quare in eo loco solent Magiæ dediti libros suos consecrare dæmoni, vnde contingunt maximæ tempestates, quæ totam deuastant regionem; quas vt impediant accolæ solent per vices hîc custodias agere, quò sacra illa & profanas consecrationes inhibeant. Alij tamen probabiliter motum huius aquæ refundunt in ventos per angustias montium sese insinuantes. *Facius lib. 3. Cantico 1. & Rassanus apud Leandrum in Piceno.*

Ibidem spelunca, quæ cauerna Sibyllæ nominatur, vbi dicitur Maga quædam possidere regnum magnificis ædibus, atque basilicis distinctum, in quibus innumeræ versentur gentes, quæ in omnium libidinum genera volutentur; & noctu quidem omnes loci huius accolas vnà cum Sibyllâ mutari in Dracones terribiles, quibuscum turpiter misceri debent, qui intro admitti volunt, nec intra annum ex iis quemquam contra voluntatem retineri, nisi quòd vnum omnino ex eorum numero qui tum recepti sunt manere oporteat. Reuersis autem exinde Sibyllam magna munera, & prærogatiuas singulis elargiri, eósque felicissimo deinceps vitæ cursu perfrui. Auctor tamen ait se multos agnouisse qui asserant hæc à se visa, & experientiâ comprobata, cæterùm totâ vitâ calamitosissimos extitisse, & longè infeliciori obitu è viuis raptos esse. *Rassanus apud Leandrum in Piceno.*

Ad Narniam in Vmbriâ Fontes adeo salutares, vt qui eos adeunt ab omnibus morbis, & malis liberari videantur; quare miro concursu celebrantur. *Leander Albertus in Vmbriâ.*

Non procul inde fons qui *Famis* appellatur, nec enim prorumpere solet, nisi cùm annus proximus grauem & difficilem annonam habiturus est: quod potissimùm obseruatum anno 1505. calamitoso Italiæ maximè, & indomitâ fame oppresso. *Idem Leander, ibidem.*

Item ad Narniam terra siccitate in lutum, pluuiâ in puluerem vertitur. *Idem Leander in Vmbria.*

Ad Cæsenam, vbi olim arx erat, stat ædicula, cuius è fastigio frustum porcinæ carnis salitæ pendet, ex quo pars videtur esse præ-

cisa. Ait ciuitas vniuersa hîc suspensum frustum in honorem S. Petri Martyris, qui cùm hîc ædificaret monasterium S. Dominici & eleemosynæ nomine accepisset hoc frustum, exinde partes decisas operis distribuit, & tandiu iis alendis suffecit, donec absolueretur opus. *Leander Albertus in Romanulâ.*

Bononiæ seruatur corpus B. Catharinæ *de Regri*, quæ aliter Bononiensis appellatur ex ordine S. Claræ. Sedet illa in Cathedrâ incorrupta planè, & eius vngues singulis mensibus resecantur, quotannis capilli, multis præsentibus. *Iacobus Grassetus Soc. Iesu, in huius Beatæ vitâ, & omnes Bononienses.*

In agro Bononiensi nascitur lapis, inde Bononiensis dictus, qui oppositus Soli lucem eius recipit & seruat aliquo tempore, quod deprehenditur si in obscurum deferatur locum; hîc enim ad instar candelæ lucet. *Ego testis* αὐτόπτων.

Apertis fodinis sub Monte Festino in agro Bononiensi, cùm lychni imprudenter terræ admoti essent excitatum incendium, quo operarij multi absumpti sunt, plurimi proturbati. *Philippus Cluuerius Antiquæ Italiæ lib. 1. cap. 28.*

In eodem agro ad Panarum fluuium puteus oleo petrino manat. *Idem Cluuerius eodem loco.*

Rhenus Bononiensis aquas habet saluberrimas, quoniam aquæ fontis Porrectani in eum cadunt. *Leander, Baccius, & alij.*

Aquarum Scarpettanorum lutum maceratum, & forinsecus appositum, hominum intestinis doloribus, & torminibus salutem, & remedium adhibet. *Leander in Romanulâ.*

In agro Bononiensi Balnea Porrectana sunt, quorum aquam qui bibit, aut purgatur, aut perit. Repertus est fons iste anno 1375. ab Agricolâ, cuius bos languebat, & grandi macie contabescebat, atque pro desperato relictus erat. Sed dum bos ille liber errat incidit in fontem, in eo sæpiùs bibit, & largiùs, ac deinceps meliùs habuit, demúmque omnino sanatus est. *Leander in Romanulâ, Andreas Baccius, & alij plures.*

Non procul ab his aquis Porrectanis locus est, cuius superficies passim flammas videtur emittere rem accuratè notantibus: præterea facili ictu ex silice huius agri flammas excutere est. Ignem etiam concipiet terra si facem admoueris, vbi verò restinctum fuerit incendium, vt priùs gramen, herbásque proferet. *Leander Albertus in Romanulâ.*

§. 5. *Admiranda Regni Neapolitani.*

SECTIO I. *Miranda Campaniæ.*

Ex Tilesiâ vrbe (quæ ab Auctore tribuitur Aprutio) fluuiolus oritur in Sabatum fluuium cadens, qui adeo frigidus est, vt nullum piscem generare, aut pati possit. *Leander Albertus in Samnio.*

Ad oppidum *Patria* olim Liternum fons defluit *Acidolæ* dictus, cuius aqua modicè pota capitis dolores leuat, immodicè hausta inebriat vini modo. *Leander in Campaniâ, & Scipio Mazella in Regno Neapolitano.*

Id tamen negant Raffanus, & Blondus, aiunt tamen se modicè ex eo bibisse, quod Leander annotat.

Tempore Roberti Siciliæ, & Neapolis Regis circa Auernum lacum tradit auctor se vidisse maximam piscium mortuorum multitudinem, visceribus atro colore defædatis, odorísque sulphurei tam tetri & grauis, vt accessum non permitterent. Eos autem putat suffocatos fuisse venæ alicuius sulphureæ recentis scaturigine, deinde eiectos fuisse vndarum impetu ad ripam lacus. *Boccatius libro de lacubus.*

Inter Baias & Puteolos fons visitur Ciceronis dictus, aliter Tritulis, & Pratensis, multis morbis remedium afferens. Fons ille interdiu semel, & item noctu cum occasu exortúque lunæ calidam, & fumántem aquam in balnei lacum emittit, quo repleto pars in mare quodam riuulo defluit, pars ad fontem reuertitur. *Boccatius libro de lacubus, & Leander in Campaniâ.*

Ad D. Hadriani balneum circa Puteolos aqua effluit, quæ propter mirabilem virtutem medicam *Subsidium hominis* vulgò appellatur. *Leander eodem loco.*

Ibidem ad vicum Petranum dictum aqua est, quæ pota calculos frangit, vnde loco nomen inditum. *Idem Leander ibidem.*

Ad puteolos in mari fontis scatebrâ ex fluctibus emicat, & ita prorumpit vt eminus videatur; huius causas exquirit Auctor. *Leander Albertus in suâ Campaniâ.*

Ibidem in horto Episcopi specus est adeò calidus, vt Austro flante adiri sine summo periculo non possit. Æstus enim vis mortales suffocare potest. *Idem Leander eodem loco.*

Locus est prope Puteolos vndequaque sulphureis collibus inclusus, vbi fuisse *Phlegræos campos* plerique non improbabiliter suspicantur. Figura est eius campi oui formâ; terra sub ingressu incedentium crepitat. In eius medio lacus est aquæ feruentis, qui aliquando dilatatur, aliquando restringitur; in hunc quidquid immiseris statim coctum retrahitur, sed imminutum semper. Ad hunc lacum periculosum est equo incedere propter voragines sulphureas. Et narrant accolæ equitem hîc haustum fuisse cum equo derepentè, sic vt propè disparuerit, cùm spreuisset monitus peritorum. *Leander in Campaniâ, Paulus Merula, & omnes Geographi.*

Anianus lacus, *Lago d'Agnano*, profunditatis est tantæ, vt nondùm fundus eius potuerit explorari. In præsentiâ caret piscibus, & ranis tantùm scatet. A Septentrione præcelsam habet rupem rigentem saxis asperis, ex quâ primo vere tot serpentum conuoluti globi decidunt vt fidem superent, eorum tamen, quod mirabilius, nullum videtur in lacu vestigium. *Boccatius de lacubus, & Leander in suâ Campaniâ.*

Ad prædictum lacum Specus Canis dicta *Grotta del Cane* pestiferum, & mortiferum spiritum exhalat. Huc si proiiciantur animalia, statim exanimantur, sed si mox proiiciantur in vicinam aquam, reuiuiscunt. Quod probatur quotidie in canibus, vnde antro nomen; Carolus VIII. Francorum Rex Neapolitanorum domitor, in Asino miraculum vidit. Homines tamen diutiùs hîc viuere possunt, quàm reliquæ animantes, vt probatum est in Turcicis remigibus eò immissis. *Leander in suâ Campaniâ, Philippus Cluuerius lib.* 4. *Antiq. Italiæ cap.* 2. *& quotquot eam regionem adierunt.*

Neapoli seruatur corpus S. Ianuarij, de quo id præclarum; quod eius sanguis qui in ampullâ vitreâ concretus asseruatur, cùm in conspectu capitis eiusdem S. Martyris ponitur, admirandum in modum colliquefieri, & ebullire perinde, atque recens effusus ad hæc vsque tempora cernitur. *Neapolitani omnes, & Aduenæ quotquot pæne Neapolim accesserunt.*

Sectio 2. *Admiranda Aprutij.*

In Aprutio Fucinus lacus, *Lago di Celano*, sic aliquando exundat, vt superet iuga quibus circumuallatur, aliàs ita subsidet vt in eo aretur. Videlicet meatus habet aliquot quibus effluit, qui

aliquando oblimantur, aliquando laxantur. In eodem pisces nascuntur cum 8. pinnis, cùm alibi tantùm quatuor habeant, quarum meminit Plinius, & eas auctor confirmat *Leander Albertus in Latio.*

Fluuius malè à quibusdam Iouencus vocatus, olim Phitornius, per medium Fucinum ita decurrit, vt eius aquæ non misceantur stagno, quod olim Plinius, & Vibius Sequester obseruarunt. *Leander in Latio.*

Non procul ab oppido Cantalupo scatebra laticis, quem oleum petrinum vocant; hunc indigenæ colligunt diligentissimè ob virtutem medicam. *Leander in Pelignis.*

Ad fontem Aterni fluminis *Pescara*, non procul à Monte Regali Pirus colli innata ita fastigiata, vt pluuia in hanc cadens triplici diuisione labatur in tria ingentia flumina, tres diuersas regiones petentia; sunt porrò hi fluuij Velinus, Truentus, & Aternus, *Velino, Tronto, Pescara. Leander in Vestinis.*

SECTIO 3. *Admiranda Principatus.*

AD Montem Virginis cœnobium est in quo omninò carnibus, atque lactariis vesci nefas est: & cùm eò inferuntur illiusmodi edulia mox vermibus aiunt scatere, haud sanè præter miraculum. *Leander in Samnitibus.*

Ad vrbem Oliuetum riuulus *Piceglia* dictus, intra anni spatium in lapidem vertit, quidquid lignorum in eum ceciderit. *Scipio Mazella de Regno Neapolitano.*

In ventre collis cui insidet vrbs prædicta, sæpissimè audiuntur ingentia murmura, & aliquando aliquid aquæ sulphureæ erumpit. *Idem Scipio & Leander.*

Non longè à Frigento, hodie *Fricento*, visitur locus nemoribus præcinctus, vbi spiracula tam terrum odorem efflant, vt animalia admota enecent. Locus ab indigenis etiamnum vocatur *Ampsancti*, vt vult Floridus, vt Parrhasius *Mephitis. Floridus 2. succesiuarum cap.* 18. *& Parrhasius, ex quibus Lacerda.*

Quæcumque folia, vel virgulta cadunt in Silarum fluuium lapidescunt, seruatâ priori formâ, & pristino colore. *Leander, & omnes reliqui Geographi.*

Amalphis ciuitas seruat ossa S. Andreæ, ex quibus perpetuus

liquor exſudat (Manna vocant indigenæ) idque Sacerdos ſacris penetralibus custos præpoſitus aſſiduè peregrinis diſtribuit. *Leander, & omnes Amalphitani.*

Salerni in Monaſterio Patrum Dominicanorum campana pendet, quæ dum ſponte ſonat, mortem alicuius fratris ex hoc cœnobio certiſſimam præcinit. *Angelus de Rocca.*

SECTIO 4. *Admiranda Apuliæ.*

BARII in Apuliâ ſeruatur corpus S. Nicolai Myrenſis Epiſcopi, ex quo liquor mirabilis. (Manna vulgò vocant) aſſiduè profluit. Quod miraculum ſe ſuis oculis ait vidiſſe *Leander Albertus in Apuliâ Peucetiâ.*

In Monte S. Angeli, ſeu Gargani lucus, ſeu ſylua, extra quam ne frutex quidem promicat, & videtur mirum tot, & tam ingentes arbores, hîc in viuum ſaxum radices egiſſe. *Leander in Apuliâ Dauniâ.*

Narrant indigenæ anno Chriſti 1494. vnum ex militibus Caroli VIII. Gallorum Regis, aliquam ex illis arboribus cecidiſſe, eúmque diuinitus illato ſupplicio ſtatim exanimem cecidiſſe. *Leander eodem loco.*

SECTIO 5. *Admiranda Calabriæ.*

HODIE ſi fila ſericea Crathidis aquâ abluantur, candidiora fiunt, ſi autem Buxento fluuio intingantur fuſcum colorem accipiunt. *Leander in Magnâ Græciâ.*

Cis fluuium Alecem etiam in præſentiâ vocaliores ſunt Cicadæ, quàm trans eiuſdem fluuij ripam. Cuius rei cauſa videtur eſſe, quod cis illum fluuium maiori Solis ardore torreantur Cicadæ; at id fert natura Cicadarum, vt ibi acriùs ſtrideant, vbi vehementiùs æſtuant. *Idem Leander in Magnâ Græciâ.*

SECTIO 6. *Admiranda minorum Inſularum ad Regnum Neapolitanum.*

IN Inſulis *di Tremiti*, volucres picarum inſtar dentibus armatæ, voce propè humanâ, oculis ardentibus, ventre candido, alis fer-

rugineis apparent. Earum adeps plurimùm valet contra morbos ex frigore contractos. *Scipio Mazella de Regno Neapolitano.*

In Insulâ *Ischia*, quæ terræ motibus & igneis eructationibus valdè obnoxia est, tempore Caroli II. Neapol. Regis incendium excitatum est, duósque menses tenuit, indigenas omnes expulit, locus eius adhuc ostenditur in loco *Cremata. Porcacius, Scipio Mazella, &c.*

§. 6. *Admiranda Siciliæ Nouæ.*

GIGANTVM corpora plurima effossa fuisse hîc certum est, celeberrima effossio contigit anno 1342. ad Erycem montem, quando repertum à pastoribus casam extruentibus cadauer Gigantis, cuius cranij pars anterior aliquot Siculorum doliorum capax erat, cuius & meminit *Ioannes Boccatius lib. 4. cap. 68. de Genealogiâ Deorum*, quod & Senatores Erycini confirmarunt auctori *Fazello.*

Altera effossio accidit anno 1516. in agro Mazarino, in loco *Gebilo*, vbi inuentum corpus cuius molares dentes vnciarum erant quinque.

Anno Christi 1547. repertum cadauer in agro Panormitano cubitorum ferè 18. dentes vnciarum quatuor.

Anno 1548. in agro Syracusano effossum cadauer cubitorum XX.

Anno 1550. Calatrasi aliud repertum circiter cubitorum XXII.

Denique anno 1552. inuenta pleraque sepulchra, in quibus cadauera infossa erant, octo cubitos superantia. *Thomas Fazellus Decadis 1. de rebus Siculis lib. 1. cap. 6.*

In Siciliâ fons, ad quem si quis accesserit rubro indutus vestimento, statim ad eiusdem staturæ modum in altum prosiliens fontis ebullit aqua, ad alios prorsus immutata colores. Sed ad illius hominis purpurati abscessum ad solitam mensuram rediens, pristinos in canales sereformat. *Eusebius Nierembergius.*

In quibusdam Siciliæ locis frumentum ita multiplicat, vt vnum granum terræ commissum centum reddat. *Porcacius de Insulis.*

In eâdem Insulâ lapides nascuntur variis notati animantium figuris: hi multùm valent contra scorpionum morsus, & aliorum venenatòrum. *Idem Porcacius.*

Oues quæ in Nebrode monte, vel *Mandonia* pascuntur, & dum

viuunt, & post mortem dentes habent inauratos. *Fazellus lib.* 1. *prioris Decadis.*

Incendium Æthneum perniciem Catanæ minitans igneo flumine, compescitur oblato ei S. Agathæ velo, quod in hac ciuitate magnâ religione asseruatur, ídque sæpius contigit. *Acta Ecclesiæ Catanensis.*

Mons Æthna sic eructat flammarum globos, vt continuos non euomat, sed instar animalis respirare videatur. *Petrus Bembus in Dialogo de hoc monte, ipse testis αὐτόπτης.*

Riuus ille igneus quem effundit Æthna pigro fluxu defluit, ignitum quidem corpus, verùm recedente calore materia hæc durescit in lapidem fragilem, & si contrectas putrem, atque friabilem. Illa ergo mollities superuenientibus nouis igneis riuis dat locum: & hi lapides quò recentiores sunt, eò nigriores & solidiores, tempore dealbescunt, atque dissoluuntur. *Idem Petrus Bembus loco citato.*

Pars Æthnæ montis perpetuis niuibus obtegitur, & frigore riget. *Fazellus primæ Decadis lib.* 2. *cap.* 4. *& Petrus Bembus.*

Ad montem Æthnam fons aquæ frigidæ, & acidæ aliquando ebulliens: in eum si infecti gallâ panni immittantur, subitò nigrescunt. *Fazellus, Porcacius, & alij rerum Sicularum scriptores.*

Circa Catanam pascua adeò læta, vt pecudes, & armenta suffocentur, nisi circa aures eis emittatur sanguis. *Fazellus Decadis* 1. *lib.* 2. *cap.* 4.

Iuxta lacum quem Pantanum appellant à Mylis passuum duobus millibus Messanam versus puteus est ædi D. Mariæ *à Planâ*, & *Bosquetto*, appellatæ propinquus, qui per hyemem omninò exsiccatur, per æstatem verò aquis abundat. *Fazellus Decadis* 1. *lib.* 9. *cap.* 8.

Circa Drepanum ex terrâ vrbi adiacente vitrum conficitur. *Botterus.*

Ager abest ab Agrigento ad Aquilonem quatuor millibus passuum, hodie *Mayharuca*, Saraceno idiomate, qui ex pluribus faucibus perpetuâ eiectatione limosas scaturigines euomit solo numquam deficiente. Ager est culturæ expers 10 passuum ambitu, totus cineritij coloris. Furit maximè singulis lustris, & cæli tempestate subortâ, præmissóque fragore maximo, ac denso nimbo tanta luti, ac cinerum copia egeritur, vt telluris solum ad sex ferè cubi-

cubitorum altitudinem excrescat. Orificio autem si lineam, seu perticam magni ponderis infigas, quæ non nisi magnâ vi adigi potest, à vento subterraneo excussa statim prosilit. *Fazellus Decadis* 1. *lib.* 1. *cap.* 5 *& Porcacius de Insulis.*

In Agro Aborangio 8. millibus passuum ab Agrigento versus Boream secturæ visuntur salis, qui in igne non crepitat, sed dissoluitur; in aqua crepitat, & induratur. *Fazellus Decade* 1. *lib.* 6. *cap.* 1. *& Philippus Cluuerius Antiquæ Siciliæ lib.* 2. *cap.* 11.

Inter Agrigentum, & Biuonam lacus est sulphureus Bissana vulgò dictus, centum ferè passuum ambitus, in quo crateres duo vicissim ad trium cubitorum altitudinem aquas emittunt. *Fazellus Decadis* 1. *lib.* 1.

Ad Biuonam fons oleo scatet. *Idem, ibidem*

Prope Passarum Promontorium ex pluuiis, & aquis fontanis aquæ confluentes in lacum congelantur in salem optimum. *Porcacius.*

Ex Taui fonte non procul ab . . . ro, Sarracenis in Siciliâ rerum potientibus, sanguis iugiter manauit. . . . *llus Prioris Decadis lib.* 10.

In Agro Clusitano in locis quibus nomen est *Iardinello*, & *Calanotto*, aqua lapidescit. *Fazellus eiusdem Decadis lib.* 10.

Lacus *Napthia* dictus paulò infra Simæthi fluuij capita (olim Palicorum) assiduam scaturiginem turbulentarũ aquarum egerit tribus in medio crateribus ad tres circiter cubitos in altum eiectans, non aliter quàm subiectis ignibus feruens olla ebullit, & illæ aquæ cadentes ad perpendiculum numquam effluunt, sed rursum in eundem sinum (qui eò tamen non fit amplior) recipiuntur, atque residunt: comitatur autem æstum, perpetuum murmur. Si autem aquas eius stagni manè ante Solis ortum brutæ animantes potauerint, repentino propè interitu occidunt; licèt frigidæ sint, turbidæ tamen sunt, & tetrum exhalant odorem. Superuolantes etiam volucres in periculum agunt, quia iis aquis aër impurus redditur, eòque fit concretior, quò est deterior materia. Ætate auctoris cùm aliquando Sicilia siccitate laboraret, stagnum hoc prorsus exaruit; è cuius tum crateribus, ventis furentibus, puluis tantùm efflabatur. *Fazellus Decadis* 1. *lib.* 3. *cap.* 2.

§. 7. *Admiranda Sardiniæ recentioris.*

HIC naſcitur etiamnum herba olim Sardonia dicta, nunc *Ranuncula*, vel *Rianuncula*, in fontanis aquis, quæ veſcentibus ita contrahit neruos, vt ridere videantur. *Leander, Volaterranus, Porcacius, & plerique alij recentiores.*

Aquæ inter Montem Regalem, & Fanum S. Ioannis oſſa fracta conſolidant, Solifugarum venena expellunt, & Ophthalmiam facillimè diſcutiunt. *Porcacius.*

§. 8. *Admiranda Nouæ Corſicæ.*

In Agro S. Bonifacij Cerasi neque creſcere, neque vnquam ferre fructum potuerunt *Florauantius in libello de hac Inſulâ.*

Prope Niolum valles perpetu[illegible] ſcatent & in his indigenæ perhibent latere plurimu[illegible] ſtalli exquiſi[illegible]mæ. *Maginus.*


§. 9. *[illegible]la Melitæ recentioris.*


Hæc Inſula hodie caret omni ſerpente, ſeu reptili venenato, & ſi hoc importatur ſtatim moritur, ex quo S. Paulum momordit vipera. Alij tamen hîc reperiri ſerpentes volunt, ſed abſque veneno. Terra autem vniuerſa Melitenſis contra omnia venena valuit, ex quo S. Paulus naufragus ad eam appulit. *Porcacius, Botterus, C[illegible]ſius, Megiſſerius, Boſius, & alij.*

Item hîc in lapicidinis reperiuntur lapides efformati in oculos & linguas ſerpentum, qui exquiſita ſunt contra venenum amuleta, & per vniuerſam Europam ſparſi hoc nullo negotio diſcuunt. *Iidem qui ſuprà laudati.*

Diu in hac Inſulâ menſe Auguſto febres peſtilentes viguere. Has refundebant quidam in malignitatem aëris: ſed demum obſeruatum luem exiſtere, quia tum lina aquis intingebantur: id prohibitum, annis conſequentibus diſparuere febres. *Boſius in hiſtoriâ Melitenſi.*

FINIS.




005644719


CB